

JURISPRUDENTIA ECCLESIASTICA

Sen.

CONSISTORIALIS

Rerum & Quæstionum

In

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI

PRINCIPIS ELECTORIS SAXON.

Senatu Ecclesiastico & Consistorio
Supremo

*Probè ventilatarum, maturo consilio deliberatarum, et accurate
judicio decisarum*

DEFINITIONES SUCCINCTAS, JURE

Divino, canonico & civili, Constitutionibus & Ordinationibus Ecclesiasticis probatas, Rescriptis, Decretis & Responsis Electoralibus corroboratas exhibens

LIBR. III.

Quorum



I. *Materia de iuribus Episcopilibus: Ministris Ecclesia; eorumq; vocatione ac confirmatione: Salariis, proventibus, accidentiis, successione & divisione legitimâ.*

II. *Causis matrimonialibus: Ritibus, Ceremoniis: Bonis, aliisq; rebus ecclesiasticis: Jure Sepultura & Academiarum.*

III. *Judicio & foro ecclesiastico, Pænis ac coercitione Clericorū &c. per tractatæ visuntur.*

A U T O R E

BENEDICTO CARPZOV JC. Consiliario Electorali Saxonico,
Supremi Appellationum Judicij Dresdensis ac Curiæ Provincialis, quæ est
Lipsiæ, Alesfore, ibidemque Facultatis Juridicæ Ordinarij, &
Scabinatus Seniore.

Geminò indice, uno Definitionum, altero Rerum & Verborum locupletissimo.

HANOVIAE,

Typis IOANNIS AUBRY, ANNO M. DC. LII.

34,090

ОГЛАВЛЕНИЕ АЛГИДОВА

51.

СТАРИНОВЫХ

ИЗДАНИЙ ИЗ УЧЕНЫХ

СЛЯСТОЧНЫХ
КОЖАХ

ОДИН

СТАРИНОВЫХ ИЗДАНИЙ ИЗ УЧЕНЫХ
ИЗДАНИЙ ИЗ УЧЕНЫХ

СЛЯСТОЧНЫХ КОЖАХ СЛЯСТОЧНЫХ КОЖАХ

СЛЯСТОЧНЫХ КОЖАХ





SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO, DNO
JOANNI GEORGIO
Duci Saxonie, Juliæ, Cliviæ, Bergæ, Sa-
cri Romani Imperii Archi-Mareschallo & Electori Landgravio
Thuringiæ, Marchioni Misniæ, superioris ac inferioris Lusatiaæ,
Burggratio Magdeburgico, &c. Comiti de Marcâ
& Ravensburg, Dynastæ in Raven-
stein, &c.



DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

ANNUS jam agitur quartus, SERENISSIME PRINCEPS, Domine Clementissime, cùm VESTRA SERENITAS ad consilia aulica mihî accersito in ipso splendidissimi hujus munéris lumine ex singulari clementiâ veniam ad pristinos Lares redeundi concessit, ac insimul officium Ordinariatûs cum annexis expeditiōnibus in hoc Athenæo demandavit: ex quo subinde mecum deliberare cœpi, quānam veneratione beneficium hoc insigne demereri, & quod debitum efflagitabat, devotio jubebat, grato eam splendore irradiare quirem. Cùm verò juris canonici professionem fidei meæ concreditam percepisse, animum illicò subiit lubido spartam hanc eā fidei ac industriâ exornare, ut multum inde commodi in Rempublicam literariam redundaret, plurimumq. laudis ad VESTR. SERENITATEM rediret, atque hinc de promptitudine meâ & devotione submissâ constaret. Nimirum licet Canonum pontificiorum autoritas nobis haud sit extimescenda, ac juri canonico (iis, quæ ad judiciarium processum spectant, exceptis) parùm autoritatis attribuendum; nec enim quæ in causis spiritualibus & conscientiam concernentibus Romanenses ex in veterato errore evomunt, nobis de purâ fide & orthodoxâ Religione edoctis strenuim injicere queunt,

EPISTOLA DEDICATORIA.

Si non sordidè penitus ac impie fidem & libertatem christianam jugo immundicie pontificiæ subjici patiamur, veluti B. Lutherus spurciem juris canonici haud dissimulavit: *Das Geistliche oder Päbliche Recht / inquiens, ist / wie alle Juristen sagen / ein Buch voller Unflats / das nach Gelt stinket.*
 Attamen in quantum Canones cum æquitate convenient, jurisque naturalis & divini vestigia imitantur, decisum præbent sufficientissimum etiam Augustanae Confessioni additæ in causis matrimonialibus & ecclesiasticis, cōcernentibus scilicet decentē formam Ministerium obeundi & exequendi, moresque Clericorum: tantum abest, ut planè ab Academiis jus canonicum exulare deberet. Decujus vero ac proprio usu in controversiis ac causis spiritualibus decidendis ne quisquam dubius relinqueretur, & quid commodi ac firmamenti in foro ecclesiastico seu Consistoriis ex jure canonico expectandum, omnibus innotesceret, peculiarē hac de re Jurisprudentiam & Opus Definitionum ecclesiasticarum conscribere, mecum constitui, ita tamen, ut singula quæque decisa autoritate VESTR. SERENIT. Electorali & Consistorii Supremi Rescriptis & Decretis confirmarem, quam & auditoribus meis ex cathedrâ publice prælegi, licet hunc labore desiderium inserviendi bono publico longè prævenerit, cui diutius invidendum non duxi, quod forsitan studiosa juventus vix decem annis in publicis prælectionibus à me excepisset, certa spe confisus, omniū & Theologorum & JCtorum commodo hoc futurū, diligentia ac studii in professione meā documentum inde positum, & quod intentionis meæ primum ac præcipuum fuit, statuam & columnam in memoriam sempiternam VESTR. SERENITAT. erectum iri. Ultimum si obtinuero, suscepti laboris nunquam me poenitebit, licet forsitan reliquis spes fefellerit; Obtinuisse autem me hoc nullus ambigo, cùm nemo, qui meridiano in sole haud cœcutire malit, ex tot Rescriptis, Mandatis, Responsis & Decretis Electoralibus, quæ primo obtenuit opus hoc exhibet, curam & studium indefessum VESTR. SERENITATIS in sinceri fide conservanda, purâ Religione propagandâ, rebusque ecclesiasticis probè & piè administrandis, satis superque colligere non possit. Gratissimi scilicet monumenti loco id haberi exopto, ut ne quidquam benefactorum in fidem & religionem ignoretur aut subtrahatur posteritati, cui veritas cordi est, seu quod soli VESTR. SERENITAT. debetur encomium, ab iniqua aliorum arrogatione vendicetur. Quemadmodum enim Magnates ultimum æviternæ laudis punctum in cura dei & Religionis fixum tenent; ita nunquam non de palma gregatim concertant: Jure sibi hanc competere contendit Hispanus, & eapropter Rex catholicus audire cupit, quod studeat fidem & Ecclesiam catholicam defendere ac propagare; quo primum gloriatus beneficio Pontificis Ioannis

II. Al-

in Sympo-
 sit. tit. 66.
 von Iuri-
 sten. pag.
 403.

EPISTOLA DEDICATORIA:

IX. *Alphonsus*, quem tuetur *Baroniū*, haud parūm præsidū petens ex jure successionis *Alphonso* delatæ post obitum **Recevardi*, cui totius Concilii Toletani tertii Anno 589. acclamatio eum honorem priùs detulisse perhibetur. Huic ne latum unguem cedat *Rex Angliae*, defensor fidei salutatus præminentiam in cura Religionis sibi pollicetur, quod cognomentum *Heinrico VII*. scriptiunculis suis doctrinæ *B. Lutheri** obicem ponere adinxo, ab ipso Pontifice indultum successores postea in sensu meliorem interpretati fuére, non absque offensione Pontificiorum, quam prodit scriptum *Bulengeri* hisce verbis Causobanum notantis: Vellem, inquit, persuasione suæ defensorem appelláasset. Nec enim ea fides esse potest, quæ ab Ecclesiæ catholice fide, sacrarum literarum verbis & mente, ac unani mi Veterum consensu discedit. Non minùs superbit* *Rex Gallie* elogio Christianissimi, quod ad magnam rerum ecclesiasticarum curam jure quæsib ereditario sibi appropriatum, actat, inq; eo supra modum delectatus *Ludovicus Pius* adeò devotum se præstítisse fertur, ut quadraginta dies ante obitum suum nullo alio cibo, quam sanctæ Cœnæ vesci voluerit, licet alii causam hujus tituli è sacro derivent oleo, quo Reges Francorum in coronatione ungū consueverunt.

Hisce nimirum encomiis Magnates sibi blandiuntur, magnam Ecclesiæ curam & ingentem fidei sollicitudinē aliis persuadentes, quibus gentis suæ scriptores non parūm applaudunt, & sempiternæ virtutis tribuunt adorē; sed adulatoriè magis quam verè, si scriptis suis spiritum favoris subtraherent, & sinistram Heroum fidem ac religionem in conscientiâ convicti haut dissimulare vellent, ex quo quam multum veneni sollicitudine suâ aliis instillent, oves Christi seducant, & veram conturbent Ecclesiam nemini non obviam, tantum abest, ut quidquam de hisce participant elogiis. Abstineant ergò & titulorum possessione, quam solo titulo pro possessore sibi arrogavere, VESTR. SERENITAT. cedant, quam solam jure veneramur cognomento *Catholici*, quippe sub cuius clypeo per Dei gratiam sincerâ fruimur Religionem catholicā, ab Antecessoribus Electoratuſ Saxonici nunquam satis laudatis ex scriptis Prophetarum & Apostolorum, ope *B. Lutheri* & coadjuvantium *Theologorum* a fecibus & sordibus Papisticis felicissimè restauratâ, Defensorem fidei quem alium agnosceremus, nisi VESTR. SERENIT. quæ zelo maximè pio semina dissensionum præcidit, errores in Religione pullulantes viriliter supprimit, tela Papistarum, Calvinianorum, aliorumque heterodoxorum veram Ecclesiam afflignant dextrè labefactit, & veritatem Evangelicam masculè propugnat. *Christianissimum* porrè Principem: qui VESTR. SERENITAT. decantant, nequaquam à vero aberrant, certo adjuti præsidio factorum christianissimorum, quæ ubertim in-

*Choppin. de
doman. gall.
tit. 30. n. 3.*

* *Casp. Sci-
oppinus Reg.
Hisp. Stipend
diar. in cons.
fil. Regio
p. 32.*

* *Pierre
Matth.
tom. 2. liv. 6*

*marrat. 2.
pag. 419.
Diarrib.
1. pag. 1.*

* *Paradin.
de antiqu.
flaz. Burz.
gund. c. 3.
pag. 12.*

* *Ioach. Er-
nest. Dux
Holfat. ap.
Lans. in or.
pro Gall.
Nic. Bellus
li. 2. dist. 12.*

EPISTOLA DEDICATORIA.

ritibus & ceremoniis ecclesiasticis piè fovendis, seminariis doctrinæ cælestis, artiumque bonarum & linguarum, Scholis & Academiis conservandis conspicere licet, mirari fas est. Extollant jam alii cognomen Bellicos, dictum Fridericò I. V. SEREN. tritavo: Placidi, Friderico II. atavo: Animosi, Alberto abavo: Piis, Henrico proavo: Justi, Augusto avo: Sapientis, Christiano I. patri: Liberabilis, Christiano II. fratri. Neutrum non horum V. SERENIT. verissimè conclamatum fatebitur quisquis in ea tanquam medio in centro omnes illorum virtutes ubertim confluentes haud dissimulans, quam eapropter longè splendidiori elogio Principis Catholici, Defensoris fidei ac Christianissimi mactamus, osculoq; subjectissimo adorimur. Quod eum profero, nec gratiæ nec auribus à me quicquam dictum, Ecclesiasticae hæ Definitiones ex Ordinatis, Edictis, Rescriptis, Decisis & Responsis Electoralibus petitæ, iisque rutsus firmatae, testatum abunde faciunt, omnemque removent adulationis suspicionem, ac tandem, unde venerunt, jure rursus redeunt.

VESTRÆ ideoque SERENITATI, POTENTISSIME PRINCEPS, opus hoc sistere, ac sacrum vovere lubens meritoque volui, debui, non quidem ut munus Majestate Electorali satis dignum, aut pro beneficiis immortalibus à V. SERENIT. in me derivatis sufficiens, sed ut monumentum publicum, ex quo quantæ curæ V. SEREN. sit fides catholica, Religio Orthodoxa & vita christiana, toti constare queat Mundo; ac tandem, ut sacrum cultum optimo Principi post DEUM hoc modo solvendum, quo ipso mentem V. SEREN. æternum devotam conservarem. Spes autem me foveat pulcherrima, VEST. SERENITATEM levidense hoc donarium clementissimo affectu suscepturnam, non certè minori quam quo anteriora mea scripta, in sinum Electoralem deponere, gratissimè concessit. Quod si obtinuero, sat habebo, qui & aliud in votis non habeo, quam ut cuncta VESTRA SERENITATI ad votum cant SERENISSIME PRINCEPS.

Serenissimæ Celsitudinis
Vestræ

Subjectissimus

Obedientissimus

Benedictus Carpzov. D.



PRÆFATIO AD LECTOR EM.

Vnt oppidò multi, Lector benevole, qui amplissimum I Ctorum munus iuris privati cancellis angustissimis includunt, itaq; non nisi tertiam politica partem, que causas concernit forenses, & minutiores de stolidiciorum ac parietum iure, de aquâ pluvia arcendâ, de finibus regundis, de calce fodiendâ, de cloacis, & eiusmodi reliquis, que non ita magni ad Rempublicam sunt momenti, relinquent; Legislatoriam verò & consultoriam solis Politicis attribuunt. Is a scilicet Politicos à J Ctos discriminant, illisq; curam & administrationem Reipubl. iuriq; publici tractationem plenâ manu largiuntur; hosce autem ad avaritiam usq; tenaces, in privatis litigiis subsistere iubent, ut parùm absit, quin J Ctos publica tractantibus πολυπεργοσίνη imputent & adscribant. Satis inique in nobilissimam Iurisprudentiam, si quid res est, & saniori iudicio alii senserint, fateri lubeat. Siue enim publici, siue privati iuris ratiōnē spectes in Republ. administranda, utroq; sunt implicati iustitia Sacerdotes, annuente qui Princeps fuit regiminis politici Iustiniano Imp. saltem quo publicā intendant salutē, ac finem Iurisprudentiæ, felicem nempe Reipubl. gubernationem, in quaratio formalis Politici consistit, asequantur. Verè hinc Iurisprudentia, vera non simulata nuncupatur Philosophia, hoc est, practica, in ipso usu posita, que in publicis simul & privatis officiis excellit, civitates & Rempublicam constanter, fortiter & peritè administrat, que omnium virtutū disciplina est, non quidem easde verbis tantum, sententias, variisq; Disputationibus docendo & inculcando, sed autoritate legum Imperiali praecipiendo, bonosq;, ut excitentur alii, præmiis atq; honoribus exornando, ex adverso autem vitia & delicta hominum non tantum præceptis prohibendo, vetando, sed etiam variis pænis damnando, coercendo, vindicando. Elegans Philosophia practica, seu Iurisprudentia potius descriptio, in qua nil quod officium Politici, omissum, quod I Cti, neglectum. Ut scitè non nemo Politicorum, nec horum minimus, Prætriges veros dixerit Philosophos experientiâ doctos, hoc est, Politicos & I Ctos, utrosq; in eodem prædicamento & quidem convertibili existentes: nimirum I Cti politicorum honore splendent: Politici arte & scientiâ I Ctorum clarescant, in centro autem, quod est salus publica, convenient, in eodemq; subiecto concurrunt: Nec enim alii, praterquam I Cti, Rēpublica Romana tūm veteris, tūm hodiernæ gubernationem non minus in statu monarchico, quam aristocratico vel mixto, haud sine dignitatis prærogativa concreditam videmus, ut, qui boni & qui notitiam profiterentur, clavamq; regiminis tenent, iustitiam colant, iustosq; moderamine Rempublicam tueantur. Veteres, ideoq; I Ctos in iuris utriusq; publici & privati studio egregie versatos & exercitatos produxit historia Romana, Titum vide-

Frid. Horr.
led. in pref.
de bello ger.
man.

lices

Præfatio ad Lectorem.

licet Aristonem, qui Traiano Imp. à consiliis fuit: Neratium Priscum, eidem Traiano adeò charum, ut illi Rempublicam commendaret, si quid sibi fatale contingere:

lib. 2. §. 46. de orig. iur. Quintum Tuberonem Consalem Romanum iuris publici & privati doctissimum: Domitium Ulpianum, Imp. Alexandri Severi Consiliarium, & Scrinii Magistrum:

Sexcentosq; alios, qui tam civibus, quam Reipublicæ consilia dedere: iudiciis simul & Regimini præfuerere. Nec alios hodie optamus nostros, si titulo Leguleiorum contemtum

sibi attrahere, vel iudice Trojano Boccalini sodalitium asinorum intrare nolant. In-

Parnasso ficias equidem haud imus, pulcherrimam hanc Iurisprudentia partem à plurimus olim

31. p. 113. fuisse neglectam, & contingere etiam hodie, ut privati quidem iuris quam plurimi:

Doctores peritisimi habeantur, utpote in quo aurea causidicina messis sita est, quando-

in l. 2. C. pro uii Baldus gloriatur, aliquot millia aureorum per unam legem quandog; comparare

possint; insignis verò contrā iuris publici ignorantia in illis deprehendatur, cuius nec un-

quam eos poenitet, nec defectum supplere student, quin potius magnâ audaciâ ius pu-

blicum ignorantiae iuris civilis mantellum appellare haud erubescunt. At mores ita

ferunt, non quidem ICtoruu, sed Causidicorum & Leguleiorum, qui tantum Imperii

Recessuum, vel, quam stabilimentum Reipublica dicunt, Aurea Bullæ, nedum aliorum

Imperii iuriu nunquam oblii sunt, sed nec unquam ea didicerunt. Quæ & Veterum

insitia & negligentia fuisse videtur, qui Imperium Romano-Germanorum ferè passi-

fuerant Pontifex beneficium fieri, quemadmodum Friderici I. atate in conventu No-

Rico ea de re gravissima contentio legitur excitata, cum Reinholdus Imperialis Can-

cellarius diligentius inciperet iura Imperii contra literas Pontificias interpretari &

tueri: ac verendum ne hisce accidat, quod Gallos suos multoties conquestos esse scripsit

Kirchn. in Bodinus, cum dicerent, se ab Hispanis publicis in conventionibus & foederibus nunqua-

lib. 1. ca. 13. non esse delusos & circumventos, magno argumento, publici iuris minus illos, quam hos

fuisse gnaeos. Longè alius eorū est genius, qui oblectamento & titulo inani se non ven-

ditant ICtos, sed tales verè existunt, oracula pro salute Reipublica statuq; Imperii depro-

mentes, nunquam fallacem dominū sua, quam olim torius civitatis Oraculum vocavit

Cicer. lib. 3. Lucius Crassus, possessionem simulantes, ipsoq; facto testatum facientes, ut in quibus

de orat. quasi palladium quoddam Reipublice collocatiū esse oporteat, in iisdem Palliis cum omni-

bis scientia ac Iurisprudentia donis habit et. Unico ut complectamur verbo, veri ICti

semper Politicos se ostendunt, si que iuris publici sunt, probè noscunt, si que ad belli &

pacis tempora pertinent, non vulgariter tenent; si que Regnorum & Maiestatis iura,

callent; si que electionis in Principatibus, que successionis, & que ad universum Reipubl.

statum attinent, in promptu habent. Vestigia horum premant, qui Iurisprudentia de-

diti sunt, nomeng; ac titulum ICti demerere student, ne unquam ius publicum ceu spe-

ciem Iurisprudentie nobiliorē silentio, involvisse eos poeniteat. At nec illud negligant,

quod aquæ, also quantumvis sensu, iuri tribuitur publico, dictamen scilicet poenarum

ac suppliciorum, in quo si impar ratio quoad regimen statu publici, par attamen in utroq;

ferè periculum, certè non miror huus difficultas; Magno enim Iure & peritorum consen-

Præfatio ad Lectorem.

ſu, magni non ſolummodo ponderis, ſed etiam periculi plenisimares eſt, in cauſis criminalibus conſulere ac reſpondere, pānamq; mortis deſinire, quippe quā de nulla nimis ſera eſt cunctatio, ne Theodosii quidem Imp. 30. dies, ſcīlicet qua ſanguis & vita haud recipit aſtimationē, nec ſemel amiaſa reſtitui potēt. Ex quo nonnunquam leviori bra- chio aut ſuperficialiter cauſe criminaliſt tractandæ, ſed maturo ſemper iudicio ac delibe- ratione diſcretā ventilanda, perſpectā omnium circumſtantiarum ratione, ut quae etiam leviuſcula & prudentiſimorum ICtorum iudicium exercere poſſunt: iusq; ſepoſitus, vel fal- tem perfunctoriē & abiter ponderatis, non poſteſt non index cauſarum criminalium in eiusmodi incideſe errore, qui poſtea conſcientiā graviter ſauciet, ut hinc nō abs re Angel⁹

*Paulus Caſtreñis & Ludovicus Bologninus, *ICti sagaciſimi & excellentiſſi- *confiſl. 199.
mi, pānam ſanguinis deſinire renuerint. Ac veriſimile ſibi bene dicitur conſulere, qui *confiſl. 205.
alii in cauſis criminalibus non conſulit, modo ratione officii abſtinere queat. Nequeunt, *confiſl. 8.
autem ICti, quorum functio & munus exigit, ut pro ſalute Reipublica & præmiis bonos in-
ſigando, malos pœniſ coercendo vigilent, inq; iure publico & criminali ſint ſolertiſimi.
At nec in eo ſubſtendū, ſed & cauſe eccleſiaſtica diſcretioni, prudentiae & cognitioni ipſo-
rum committenda. Poſtquam enim per transactionem Paſſavienſem & ſubſecutā Re-
ligionis pacificationem iuriſdictio eccleſiaſtica Pontificiorum, in ieris & diſtitionibus Sta-
tuuſ Imperii Auguſtana Confessioni addictorum planè fuit ſuſpensa, ipſorumq; exerci-
tio reſtituta, res eō devenit, ut Principeſ Evangelici utrumq; regimē, tam ſeculare quā
eccleſiaſticum in provinciis ſuis vigore Superioritatē teneant, diuerto quantum viſ ti-
tulo ac respectu: Illud euidem, ut Magiſtratus politici & ſeculareſ: Hoc vero, ut Epifo-
pi, ſatuſ de center ac modo convenienti, non ut predaſtione publica & verbi divini &
ſacramentorum administrationi ſeipſos introuittant, ſed iure poreſtatis externæ provi-
deant, quō ministri Eccleſia ſecundūm normam Evangelicam ſuum faciant officium, ea
ſolummodo, que iuriſdictioni ſunt eccleſiaſtica & legis diocesanæ, ſibi reſervanteſ. Ne
autem diſtincta iuriſdictioni negotia uſu promiſcuo in Senatu politico confundantur,
tractari placuit cauſas haſce eccleſiaſticas, hoc eſt, ſpirituaſ & mixtas in peculiariſforo,
quod eſt Conſiſtorium Eccleſiaſticum, cui non modo Theologi, ſed & Politici ac ICti aſ-
ſident, prudenter omnino, ne de iure clericorū quidquam remittatur, nec clericis cauſis
ſecularibus ſe implicare permittatur.

Ita ſcīlicet ICti non modo cauſis ciuilibus criminalibus ac publicis ſunt implicati, ſed
& negotia eccleſiaſtica tractant; ex quo quam variis Iuriſprudentie articulis retinean-
tur, ſatuſ perſpicuum, ut nunquam ſat eruditioſis colligi, nunquam ſat informationis
præberi queat. Ego ſanè pro medulo iudicii & tenuitate ſupelleſtilis aceſſe nolui, quomi-
nus ſuppetias ferrem. Quantum enim occupationes variae, & labores ferre in deſinentes
mibi confeſſerunt, iamduſum non modo cauſarum ciuiliuſ deciſa & reſponsa methodo
ſuccincta cum laui; ſed etiam rerum criminalium iudicata magno ſudore collecta publi-
ci iuriſ feci, & bonā ſide bonis communicavi. Quin & tandem pauxillum pro enuele-
ando iure publico addidi, non peſiſt in rerum publicarum notionem, quam qui à me

Præfatio ad Lectorem.

afflagitaverit, petitio suo frustrabitur, sed legem dunt axat fundamentalem, Capitulationem nempe Casaream, cui moles imperii nostri innititur, declaratam exhibendo. Restare videbitur, ut & de causis ecclesiasticis operis quidquam à me quis desideraret, cui n̄ satisfacerem, piaculum duxi sem. Inter medios itaque labores novum aggressus labore, quod alii & quidem paucissimi de rebus & negotiis Consistorialibus, de personis nempe, bonis ac dotalitiis ecclesiasticis, nominatione, vocatione, presentatione, ordinatione & investiturā Pastorū ac ministrorum Ecclesiæ, horum salaris & redditibus, de causis matrimonialibus, gradibus coniugii prohibitis & permisitis, dispensatione Magistratus, nuptiis, divorciis, ritibus & ceremoniis sacrīs, bonis ecclesiasticis, inre sepultura, Academiarum, de iurisdictione, foro, processu & pénis ecclesiasticis, sparsim & obiter saltē interlinearunt, haud sine labore diligentius excusi, quæque apud optimi commatis auctores scitu usque circa hanc materiam digna hinc inde se reperta darent, in unum quasi penū contraxi, inq. certum opus, quod hec vides, congesi, idque nomine ac titulo Iurisprudentia Ecclesiastica & Definitionū Consistorialium insignitū volui. In quō si quid, ut vereor, levioris nota & discussionis perfecta ac desiderata occurrit, vel etiam rudiori Minervā & stylō scriptum sit, autoritate publica facilè compensabitur. Nec enim qua opere hoc continentur, decisa ex meo vel alterius privati prodierunt ingenio & iudei, sed ex SERENISSIMI SAXONIAE ELECTORIS Senatu sacratissimo, & Consistorio ecclesiastico supremo, cuius quoque Rescriptis Mandatis, Decretis & Sententiis sunt firmata, corroborata, adeoq; censurā Electorali probata. Etenim ne quid dissimulem, quæ quondam ICtus eximius Dn. Cornelius Crollius piae memorie, Professor Academie Wittebergensis, antea functus officio Secretarii in Protosynedrio Dresdensi tūm temporis, sibi soli consignaverat, amicā heredum manu mihi tradita fuere, cumq; ea ad rationes & fundamenta iuris revocaverim, & quantum fieri potuit, pensiculatiū concinnaverim, aliorum in usum iam elaborata luce publicā fruisci, & omnibus fructuosa fieri placuit.

Non autem est, ut hederam aliquam aut mangonia circumposita expectes, cūm & instituti difficultas & rei utilitas per se obviam, nec ulteriore desideret commendationem. Quod si tamen aliquis vehementius Praconis vocem expeteret, provocare licebit ad eos, qui SERENISSIMO SAXONIAE ELECTORI & Consiliis sunt ecclesiasticis & Consistorialibus, incansis eiusmodi versatisimi, exercitatissimi, veri horum. Decisorum autores, quæ Theologi, inter orthodoxos Principes & antesignani; quæ Politici, nunquam non ICtiprimarii & excellentissimi, de quorum præcellentia, laude, fide incorrupta & integritate, si non modestia prohiberet, multa mihi suppeterent verba, at non sufficientia, si dicendum sufficenter foret, quod res est. Et quo tandem literarum ductu, quoque elogio satis à me extolleretur Collegii huius sacratissimi & Consistorii Supremi Præses, Sacrae Cæsar. Majestati & Consiliis, & ætarii Imperialis Præfectus, nec non Serenissimi Saxon, Electoris Consiliarius intimus, fidelissimus: Vir Generosus, Strenuus & Magnificus Dn. FRIDE-

KICUS

Præfatio ad Lectorem.

RICUS à METZSCH, hereditarius in Reichenbach, & Friesen, dæriarum linguarum scientissimus facundia excellentissimus, iuris publici & privati peritus, omni virtutum genere nobilissimus, & rerum Imperialium experientia præclarissimus, Domus Saxonia-Electoralis decus singulare, Aula Dresdenis ornamentum insigne, & Nobilitatis Aesisne splendor lucidissimus, cuius prudentiam in suffragiis ferendis incomparabile, successus in rebus gerendis nunquam non felicissimos, judiciū in causis decidendis perfectissimum, fidemq; in iustitia administranda integerrimā dexterim; omnes in Imperio Romano venerantur, exteri admirantur. Cuius solertia, quicquid boni gratia divina ex sanis consilii vel civibus ac subditis Electoratus Saxonici, vel Academicis Professoribus, Studio, Ecclesia & Scholarum Ministris unquam contigit, acceptum lubenter ferunt. Quem propterea cum Lipsio, cuncta civilia prudentia Enchiridium, & cum not. ad i. pol. Kirchnero, preciosissimum orbis Christiani thesaurum meritò reveremur. Nil favori, nil auribus à me ^{9.} in Mor-dictum fatebitur quisquis, gravissimarum Viri huius laudissimi functionum haud ignarus. Ex quo e-vill. l. i. c. v. Anno 1619. nimiam ante tricennium inter Consiliarios aulicos adscitus, & mox ob singularis ingenii & iudicij dotes Anno 1620. in Senatum Appellationum receptus, rerum forensum notitiam haud vulgarem sibi comparaverat, quam non integrum postea vicennium Praesidij munere in Senatu Ecclesiastico ac Consistorio Supremo laudabi-^{Anno 1622.} liter fuculum, & decennium in Senatu Serenissimi Electoris secreto occupatisimum, causarum ecclesia-^{Anno 1630.} fiarum rerumq; Imperialium cognitionem & experientiam sibi acquisiti esse existimes? Exactissimam sa-^{Anno 1638.} nè & perfectissimam: Cuine quidquam deesset, tot accesserunt Legationes splendidissima non alterius praeterquam ipsius fidei demandatae, tot Comitia Imperii, universalia pariter & particularia, quibus non modo laudabiliter nunquam non interfuit, sed etiam quantum magnifica autoritate præsulit. Quam verd graviter ille, quam perut & feliciter superata omnium hominum expectatione, negotia sibi commissa ex-pediverit, nondum memoria excidit eorum, quibus innotuit attestatum Sacrae Cæsareae Majestatis & Serenissimi Saxonie Electoris sanctissimum, quod non semel, nec sine invidia reportavit. Indies hinc meritis inclaruit egregius, ut ad summum tandem dignitatis culmen electus, Ratibona Comitii pro' novo Rego Romanorum eligendo indictis Electoralibus, medius inter Electores in conclavi Electorali gravissimum Saxonum gravissime dixerit votum. Et, quod silentio non sepeliendum, iisdem in Comitiis Sacrae Cæsa-^{Anno 1636.} reæ Majestati ex jussu singulari evaginatum prætulerit ensem Imperialem; honos certè omnium maxi-^{7. Sept.} mus, qui forsitan antea contigit Legato; Sed opiuo jure Metzschio nobilissimo, de quo quod de duobus Saxonia Consiliariis ad se missis Stephanum Regem Poloniae usurpare ferunt, cum diceret, se Kirch. de non dubitaret totius terrarum orbis gubernationem suscipere, si duos istos Nestores suorum consiliorum socios cap. 9. haberet, verissime predicari potest; Cuius tandem encorio addere mihi licet, quod de Tito Aristone lib. 1. epist. scripsit Plinius: Illo nihil gravius, sanctius & doctius fuisse, ut libi non unus homo, sed litera ipsa, omnesque bona artes in uno homine summum periculum adire viderentur. Quam peritus, inquit, ille & pri-vati & publici iurius? quantum rerum, quantum exemplorum? quantum antiquitatis tenet? Nihil est quod dicere relis, quod ille docere non posset: Mihi certè quoties aliquid abdilem quero, thesaurus est.

Praesidio huius & Assessorum nunquam sat laudatorum de rebus ecclesiasticis prudenter cogitata, maturo consilio ventisata, acutissimoq; ingenio ac iudicio conclusa & judicata quio non dixerit totius Electoratus Saxonici Oracula! Quibus Lector amicissime, sive studio theologico, sive juridico operam naves, multum debet si quae ex his meis lucubrationibus ad te utilitas redibit, de quo nullus dubito, idq; ut fiat, Deum amicus precor, à te vero nil quidquam aliud, quam ut operariorum errata, quibus per incuriam correctorum Opus hoc misere scates, condones, ac ea in se haud gravatim & amice corrigas Vale.

De cetero, cum Definitiones hæc Consistoriales jam ante quadriennium auditoribus meis publicè in Collegio ICtorum Petriano prælegere ac profiteri ceperim, programma invicatorium, hæc præteri meo visum fuit.

In Nomine IESU CHRISTI

BENEDICTVS CARPZOVI J. U. D.

Consiliarius Electoralis Saxon, & Facultatis Juridicæ
in Academiâ Lipsiensi Ordinarius.

Lectoris salutem.

Dilia illa Gallica, quæ in scutis Regum, si Diis placet, christianissimorum, mutatis trium Buffonum vel lunarum crescentium insignibus, à Clodovæo unâ cum religione primum assumta, postea à Carolo VI, eleganterioris aspectus causâ ad numerum ternarium redacta, etiamnum hodie spectantur, jam olim Noachi ætate in usu Francis fuisse, & illa quidem cœlo delapso, propterea quod non quævis lilia sed cœlestia essent, nec alii quam sibi divinitus data, glorianur Francorum populus; vel, quod cœlitus Eremita quidam admonitus Clodovæo lilia attulerit, vel, quod ipsemet Clodovæus Eremitam substituerit. Hoc si non hieroglyphicè intellectum, interprete Philippo Valesio, qui Eduardo Angliae Regis cæpta gallica affectanti resistebat ex illo Salvatoris: Considerat lilia agri, quomodo criscunt, non laborant, nec nent. Scilicet lilyum gallicum non cadit in colum & fulum, vel ut apertius dicam, ex lege Salica in Franco-Gallorum Imperio feminæ à successione repelluntur; præculdubio fabulosè dictum & fictum est à Gallis quorum ingenia inquietæ eousque sunt progressa, ut in galligallinacei capite, Regis sui insignia observaverint notata, indeq; Regiæ potentiaæ maximum duxerint argumentum, si non potius solutoris cachinni. Quoniam enim in capite galli gallinacei, in cerebro integrè sine fracturâ exstato, reperiuntur unâ facie Bocco, quo in dorso in verso, altera facie exprimitur lilyum, inde symbolum auctumant delumentum, Monarchicum Imperium in Regem Galliarum tandem devolutumiri. Parili oblectatur futilitate superbìa Hispanorum, qui Regibus catholicis crucem Christi, ejusque vexillum stemma omnium preciosissimum assignant, idq; majoris sublimitatis gratiâ è cœlo demissum nugantur. Idem ferè figmentum, quo Dani suo blandiuntur Regi, eujus emblemata perspicuum exhibet typum crucis vivificæ, quam temporibus Waldamati II. cùm Dani armatâ manu Livoniæ suæ potestati subigerent, & ad Christianam Religionem converterent, de cœlo lapsam ferunt: Non aliter quam Scottiæ Reges victis & debellatis Piætis, S. Andreæ crucem, quæ jam ante super eorum castra in cœlo apparuerat, pro insigni acceperunt. Nimirum quando curiosè nimis & arroganter Principes ac Reges de titulis & stemmatibus contendunt, vix sibi queunt temperare, quin ad ejusmodi vanitatis lapidem impingant, anilem q; in superstitionem protuant.

Non ita SS. Cæsarea Majestas, quam in Aquilâ Imperiali veneramur, eam que non superstiosè, sed verè divinitus è cœlo quasi delapsam, in Monarchicum emblemata assumtam remur, ex vaticinio Ezechielis Prophetæ: *Aquila grandem magnarum alarum, longo membrorum ductu plenam plumâ & varietate venisse ad Libanum, & medullam Cedri tulisse;* per quam Nabuchodonosorem Orientis Monarcham indigitatum non minimi inter Theologos & Politicos opinantur; Nec parum hunc juvat intellectum illud Hoseæ: *Aquila super dominum Domini. Assyriacæ ergo quod tunc emblemata fuit Monarchiæ, id meritò postea à Romanis usurpatum, ultima ad quos pervenit Monarchia, etiamnum in Imperio, quale apud Germanos hodiè est, continuata, licet antiquitus alias extitisse causas Romanis, quod formi,*

formidabile alitum Reginam insignibus suis inservierint, ac quasi propriam sibi habendam facient adducti, ex historicis sit perspectissimum. Semper itaque fuit & est in hunc usque diem Aquila coronata Imperatorum & Imperii Romani armis inviolatum, perpetuâ quasi conleccatione magnificentum insigne, quod commendatam nobis reddit Nobilitatem Imperiorum, ipsâ notante voculâ germanica Adlers/ unde Nobiles Adlers/ Adel vel Edelleute vulgo nominari creduntur, & ipsem Imperator in jure Nobilissimus, seu culmen Nobilitatis, ex quo omnis Nobilitas fluit, & in eundem refluit, tanquam flumen de mari & in mare præminentiam, quam habet in mundo praeterea Cæsarea sublimitas, perinde sicut Aquila vis regia non solùm avium universarum tenet Regnum, ac præ se fert Majestatem Regiam, sed & Buteonem, Sanqualin, Immunulum ac Vulturium longè antecedit; reliquarum volucrum ostenta, quæcunq; tandem offerantur, interventus suo aboler, neq; per omnes aëreos tractus ulli quam fulmini cedit, proverbio hinc antiquitus apud Jeros recepto: Aquila Leo ubi figit pedem, reliqua animalia quiescunt. Et tandem ridetur postquam Romanæ Aquilæ vices quiete cere vix potuerunt, quin armorum horrore universam totius Orbis ditionem, quæ ascendentem vidit, aut descendenter Solem, & quæ ex utroque latere, metidie scilicet & septentrione percellerent, natâq; semel populotû dominatione, brevi tempore Orbis terrarum partes, quotquot ha- stenus in notitiâ hominû venerant, & pro quartû Imperio sibi & patriæ quærendo decer- tabant, tandem devincerent, siueque juris facerent: non aliter quam Aquila rostro & unguibus, reliquo avium generi (prout fabula habet) quondam monstratis, virtutem & potentiam satis commendatam & formidabilem reddiderit, imperium que sola ve- luti Rex (pro quo vulgo habetur) obtinuerit. Hæcce est nobilis illa, potens & formida- bilis Imperii Aquila, at nimis hodie deplumata, cuius bina conspicuntur capita, non quod insignia duas repræsentent aquilas concorporatas & in unum sic mixtas, expansis ad invicem alis dorsa sibi jungentes; forsitan monstrum omninentur unum corpus duobus capitibus exornari; Sed quia biceps est Aquila una, unanimi Procerum placito in Recessibus Imperii sic depicta, unius undis Reichs Adler mit zweyen Röppfen/ scissura si non naturæ, quæ unius corporis unum duntaxat constituit caput, attamen corpori mystico, quod saepius naturæ egreditur terminos, conveniens, in quam argutè satis Blo- sus, Palladius Romanus hoc lusit disticho:

Picta biceps Aquila bina occasum, hinc dum aspicit ortum;

Alter ait nos tri est Cæsar, alter erit.

Inter memorabilia enim, quæ sub constantini Imperio acciderunt, illud maximè prædicatur illustre, quod Constanti inopolin extruxerit, eamque alteram Imperii Romani sedem constituerit, Aquilamque Romanam bicipitem fecerit. Nam cum ultima Monar- chia sub Augusto Cæsare cœpta dudum Romæ persistisset; tandem per Constantium Magnum, eum eam Constantinopolin transferret, indeque novam appellaret Romam, divisum est Imperium, in Orientale & Occidentale, quod bicipiti Aquilâ videtur adum- bratum. Dogma hoc est aliquot seculorum, sed ad ritum si vocetur examen, vix oracu- lum. Sicuti nec illud, quod fissa Aquilæ imago à Carolo Magno Germanorum, & Nice- phoro Græcorum Imperatorum conventione ortum duxerit. Conjecturæ scilicet sunt hieroglyphica, quæ imaginario tantum sustinentur fulcro; mihi si penitiores cogitatio- num recessus sint explicandi, dixerim, insignia Aquilæ duplex designare Regimen, se- cularare & ecclesiasticum Imperatori divinitus demandatum. Unicum enim Aquilæ cor- pus quemadmodum binis exornatur capitibus, ita Imperator unus duplex sustinet Regi- men, duplex Imperium; Unum caput ecclesiasticum jus Majestatis, alterum seculare de- signat;

signat; Unum, Ecclesiae caput Episcopum & Pontificem, alterum Imperii caput, Regem & Cæsarem repræsentat. Ita nempe Imperator qui est idem quoque supremus Ecclesiæ Praefectus, Advocatus, Pontifex & Nutritius, cui Religionis cura incumbit, ad exemplum Davidum, qui arcam fœderis in civitatem reduxit, & ut juxta altare starent Cantores, dulciorum ejus cantica sacra decantarent, constituit: Iosua, qui cultum Dei restituit purum, & explosa idolatria congregatis omnibus & senioribus Judæ & populo a parvo usq; ad magnum, omnia verba libiti fœderis cunctis audientibus legit sedusque cum Domino percussit, ut custodirentur præcepta ejus; Ezechie, qui reformatione templi & cultus instituit, ac Phæse celebravit. Aquila ergo avis Regia in stemmate ut regiam innuit potestatem, ita biceps Aquila binum Ecclesiæ & Imperii Regimen infert, utrumque Regis potestatis iure; quod toties Imperatores fassi sunt, quoties ratione potestatis Cæsareae, Krafft ihres obligenden Kaiserlichen Amts / curam Ecclesiæ in Recessibus Imperii sibi Solis vindicarunt. Nec enim decet Imperatorem quicquam aliis communicare de eo, quod insigne est Majestatis supremæ, & de Imperii Reservatis; Insignia hinc Aquilæ Imperialis sacra censentur & inviolabilia, in tantum, ut non facilè quisquam tantâ audaciâ vetecundia limites fuerit supergressus, qui Imperialis Aquilæ participationem expetierit, nec ullus Imperator extiterit, qui eam alii voluerit communicatam, nisi (quod perratae & singularis gratia decus) præclara & singularia præclarorum Virorum demerita hanctenacitatem superaverint, & communicationem Aquilæ bicipitis extorserint, quod virtutes Martini Cromeri in Polonia, familiam Tessaurorum in Pedemontio, Pistoriorum de Nidda, & Appianorum in Germania in suis insignibus reportasse novimus. Quod quidem de privatâ dictum velim. Eletores vero, Princes ac Status in Imperio qui sunt, licet nec ipsis Insignia bicipitis Aquilæ fuerint communicata, Majestatis tamen Imperiorum summæve potestatis ex lege Regia, sive capitulatione Galareâ participes facti, ipsum obtinuerunt insignatum. Recte omnino: Cum enim in territoriis suis Proceres ac Status Imperii ipsum Imperatorem repræsentent, Privilgio ac Reservatis Imperiorum utantur, præminentius Imperatori in daliis coruscant, inque ditionibus suis quilibet ipsorum pro Imperatore habeatur, juxta illud vulgi: Ein jeder Herr ist Kaiser in seinem Lande/ scilicet quasi Imperio, iuribusque Imperialibus tam quoad secularem quam ecclesiasticam potestatem & curam Religionis, quodammodo divisis, Aquila biceps tam arcte constringi nequit, quin saltem plumis sui splendoris eos exornaret, proclamque suam inter ipsos distribueret. Scilicet cum per transactionem Passavensem & subsecutam Religionis pacificationem jurisdictione Ecclesiastica Pontificiorum in terris & ditionibus Augustanæ Confessioni addictorum, planè fuerit suspensa, hisce jurisdictione seu regimenter tam Ecclesiasticum quam seculare in terris ac provinciis suis vigore territorialis superioritatis, Krafft habender Landes Fürstlicher Obrigkeit / datum, vel potius restitutum est. Nam sicut Archi-Episcopi & multi ex prælatis utrumque tribunal Principum benignitate nacti, jamdudum exercuerunt, ita multò æquiù visum fuit, ut & seculares Imperii Status ex causis gravissimis utramque jurisdictionem decenter & convenienter usurpent tam in his, quæ Ordinis, quam quæ Jurisdictionis sunt Episcopalis ac legis diocesanæ, non quidem ut Princes & Status Augustanæ Confessionis seculares prædicationi publicæ verbi divini, administrationi Sacramentorum & potestati scipios intromittant, sed saltè curâgerant, ac jure potestatis exterræ provideant, ut per Superintendentes & Ministros Ecclesiæ, secundum ordinem divinitus institutum ad normam Evangelicam, decenter perficiantur; ea vero quæ sunt jurisdictionis Ecclesiasticæ & legi diocesanæ, per Conistoriales expediant. Notuerunt siquidem Status Evangelici utiusq;

eriusque tām secularis, quām Ecclesiasticæ potestatis genera promiscuū usu confundi sed diverso Senatu tractari; quō alterā altoram non turbaret, sed potius mutuis administris juvaret, & quidem ita, ut ad decisionem caularum spiritualium, vel mixtarum, unde cum Politicis personæ adhicerentur ecclesiasticæ, ne de jure Clericorum quicquam remittatur, neque Clericis secularibus se implicare permittatur: quod non modò ab Helvetiis, in Chor. oder Ch. Gericht/ & Anglis in Christianitatis curiā plurimis ab hinc annis observatum est; sed etiam totius Germaniæ consuetudine generali receptum, ut Principes & Status Augustanae confessionis sua propria habeant Consistoria, in quibus à tot Theologis quot Jurisconsultis conjunctim assidentibus causa eiusmodi tractentur & definiuntur. Sunt hinc Consistoria judicia Ecclesiastica, in quibus omnes indifferenter causæ, pertinentes ad Ecclesiæ personas, res ac dotalitia, patronatū atque matrimoniales casus, & id genus alia, nomine supremi Magistratū, ceu Episcopi ventilantur ac deciduntur. Invidēt equidem Catholici ac novissimè JCti Dillingenses hoc Principibus Evangelicis, causas matrimoniales, aliasque ratione saltem consequentiæ spirituales vel mixtas, à suspensâ Episcoporum Pontificiorum iurisdictione impudenter eximentes; sed contra tenorem Sanctionis Religiose, longissimamq; e temporis immemorialis observantiam, quā Status Evangelici firmissimè sunt muniti, ut sine ulla victoria spe inanem desuper controversiam Consistoriis denudò movere censeatur, quicunque id facere præsumat. Rectius verò faciet quisquis, operamq; impendet longè utiliorem, & dignitatis palmarum laudumque primatum merebitur, si ad ipsam materiarum & quæstionum Ecclesiasticarum disquisitionem se accingat: Eas nempe, quæ in Consistoriis tractari & ventilari solent, examinet, at rationes & fundamenta juris divini, civilis & canonicis revet, decidat, aut à peritioribus in Consistoriis decisas aliis communicet, jurisque publici faciat. Dolendum sanè & vehementer dolendum, quod inter tot multos JCtos longè præclarissimos, quos superior, vel etiam nostra ætas tulit, quique innumera ferè scripta & tot librorum millia divulgârunt, paucissimi duntaxat de materiarum ac quæstionum Consistorialium suppellectile, obviis quod ajunt, manibus & primoribus labris aliqua saltem fragmenta obiter & sparsim interlineârint, & dígo tantum tetigerint, nullus verò ex professo quicquam publicarit, & intacta hastenus præclaro conatu diligentius excusserit, licet hoc plurimi tām studio theologico quām juridico addicti maximoperè experient & optârint, quorum desiderio ego pro mea tenuitate diutiùs deesse nequeo, quin nec debo.

Ecce enim, postquā Serenissimus & Potentissimus Princeps ac Dominus, D. IOHANNES GEORGIVS, Dux Saxonia, Iulia, Clivia & Monium, Sacri Romani Imperii Arni-Marschallus & Elector, Landgravius Thuringie, Marchio Misnia, nec non superioris & inferioris Lusatia, Burggravius Magdeburgensis, Comes Marchie & Ravenberge, Dominus in Ravenstein, Dominus meus clementissimus officium Ordinariatus in hac Academia Lipsiensi, & unā professionem juris Canonicis superioribus diebus clementissimè mihi, licet indigno obtulerit, fideique mea crediderit, provinciam hanc submissâ reverentiâ aggredi & promodulo ingenii ac tenuitate virium jus Canonicum profleri, mearum partium existimavi. Hoc autem quatenus in terris Protestantium usu receptum, duplēc nobis exhibet rerum materiam, spiritualium nempe seu Ecclesiasticarum, & forensium; illa quæstiones concernit Consistoriales, hæc juris processum: Neutra negligenda, utraque tractanda; Sed cùm de posteriori iam plura Doctorum scripta in manibus Studiosorum versentur, hujus explanationem in aliud diffaram tempus, quo si Deus gratiam, vitam & valeudinē concederet, processum juris

in nostro fôro, in primis verò in curiis Electoralibus & Supremo appellationû judicio Dresdensi introductum & observantia comprobatum, annexis semper modis ac formulis petendi & sententiorandi, breviter & succinctè studiosæ juventuti in calatum dicabo & communicabo. Nunc autem, Deo adjuvante, quæstiones illas Consistoriales sive Ecclesiasticas diu desideratas, de personis nempe, bonis ac dotalitiis ecclesiasticis, vocatione, præsentatione & ordinatione Pastorum ac ministrorum Ecclesiæ horum salatiis & redditibus, ceremoniis ac ritibus sacris, causis matrimonialibus, gradibus permisso ac prohibitis, dispensatione Magistratus, divortiis, jure sepulturæ, iurisdictione & pœnis ecclesiasticis, aliisque plurimis in Consistoriis quotidiè occurribus, proponam. Hoc verò breviter & succinctè faciam, ita ut quæstionis cuiusque decisio fundamento aliquo & textu juris divini, civilis vel canonici, Ordinationis harum terrarum ecclesiasticæ, Decreti Synodalis, vel Articulorum generalium probetur, veritasque sine tardio verborum multisque ambagibus demonstretur, ac tandem ex singulari permisso Protosynedii Dresdensis singulum quodque decimum uno atque altero eiusdem præjudicio speciali, expresso semper illius tenore confirmetur, methodo haut dissimili, quâ Definitiones meæ forent iam ante sexennium in publicum prodierunt, ex quo tandem opus hoc, Jurisprudencia Consistorialis seu Ecclesiastica insigniri queat. Aggredior eisdem rem utique impeditam, negotiumque curæ & laboris plenissimum, sed vincunt omnem difficultatem fructus inde sperandi, quos non modò utriusque Juris, sed etiam factos sanctæ Theologiae Studiosis, si quandoque Pastores, Episcopi & Superintendentes evadant, maximè utiles & proficuos fore, confido, & certissimè polliceor. Quæ cùm ita sint, utrique tam juris quam theologiae Studiosi prælectiones meas audire & excipere, continuaque frequentia studium & laborem meum excitare velint, rogo vehementer, forsitanne horula præteribit, quâ si non integrum decimum, scituramen quid dignum percipient.

Horum laborum auspiciis, more sic recepto, præmitram ad diem Martis proximum post preces statim maturinas, in Auditorio Pettino, velut augurium aliquod, Orationem, in qua vinculum pacis Religiosæ firmissimum, & iurisdictionem Statuum Evangelicorum Ecclesiasticam in causis matrimonialibus, aliisque mixtis, & spiritualibus ex sanctione Passavensi; ab iniuriis Autoris autonomiae sinistroque Jutorum Dillingensium intellectu, & iniquâ restrictione vindicabo. Huic ut suspensis cateris, quibus detinentur negotiis, haud gravatim velint adesse Magnificus Academiæ Rector, trium Facultatum Decani, Magistri & Doctores, Virique omnium ordinum ac dignitatum in hac Academia & Civitate amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi, Clarissimi, præstantissimi, gravissimi, oro reverenter officiosè, & amicè. Vosque sequimini Studiosi Nobilissimi, Euditissimi, Doctissimi, Favete novo Ordinario, Favete novo Professori. Vicissim ille vobis ex animo favet, vstraque Studia omnibus modis promovere indesinenter laborat. Pericrib. Lips. i. Maii, Anno reparatae Salutis M. DC. XLV.

INDEX GENERALIS DEFINITIONUM ECCLESIA-

sticarum seu Consistorialium, quæ in tribus hisce
libris continentur.

L I B R I .

De.

Jure Personarum Ecclesiasticarum sive Clericorum eorumq;
Vocatione, Officiis, Reditibus & Salariis.

T I T. I.

De

Juribus Episcopalis, quæ in Con-
sistoriis Principum ac Statuum Im-
perii Evangelicorum tractantur.

Definit.



1. Religionis rerumq; sacrarum cura
ad Principem & Magistra-
tum spectat politicum.
2. Vigore pacificationis religiosa jura episcopalia
Principibus & Statibus Imperii Evangelicis com-
petunt: ex quo duplēm representant personam,
duplicemq; exercent potestatem ecclasticam &
politican.
3. Iurium Episcopalium particeps non sunt Nobiles
mediatè Imperio subjecti, qui sunt Electorum ac
Principum Landissii.
4. Iura Episcopalia quānam sint: & in quibus con-
sistant?
5. Indictio & Convocatio Synodorum ad eum spe-
ciat, cui competunt jura episcopalia.
6. Refertur quoq; ad iura episcopalia gubernatio &
administratio Bonorum ac rerum ecclasticarū.
7. Vigore Pacificationis religiosa iuriumque episo-
palium inde sibi competentium, Principes & Sta-
tus Augustane Confessionis de causis matrimonio-
alibus cognoscunt & judicant.
8. Administratio & cura Academiarum refertur ad
iura episcopalia.

9. Nec non cura Scholarum trivialium & oppida-
narum.

10. Ius etiam sepulta accensetur juribus episcopa-
libus.

11. Causa ac negotia iurium episcopalium à Statibus
Evangelicis in Consistoriis ecclasticis tractantur
& peraguntur.

12. Tria habentur Consistoria in Electoratu Saxonio,
Lipsiense, VVittebergense & Dresdense;
quod ultimum nuncupatur Supremum, cui incor-
poratus est Senatus ecclasticus der Kirchen,
Rath / queq; inter hunc & Consistorium diffe-
rentie.

T I T. II.

De

Jure Patronatus.

Definit.

13. Differt à iuribus episcopalibus ius patronatus,
quod spirituale non est: et tamen neglegit, voca-
tio ministrorum nulla.
14. Exercetur quoq; ius Patronatus in vocatione ac
presentatione Praeceptorum & Ministrorum
Schole.
15. Quando Patronus negligens est in exercitio iuri
patronatus, Episcopus ex officio inservire valeret
ministros Ecclesiae.
16. Nondum vacante Ministerio seu Pastoratu, iure
patronatus nequit alius presentari nisi in casu ne-
cessitatis,

Index Generalis

- defitatio, si verbī minister vel duxerit fit atatu, vel continuo morbo labore.
27. Ne quidem justa ex causā Pastor vel minister verbi ipsiusmet sibi alium adjungere valet; sed à Patrono Ecclesia Substitutus est presentandus.
28. Substituto, Pastorū adjungendo, vel certa, spes Successionis in pastoratu, vel provisio de futurā alimentatione à Patrono est facienda.
29. A Patrono Ecclesia non presentatur Superintendentis, sed munus hoc à Principe habente jura episcopalia immediate defertar.
30. Non valet Patronus sibi obligare Pastorem vel ministrum Ecclesia per exactionem Reversu.
31. Quādo li veritutis super jure patronatus, preferitur is, qui in possessione vel quasi bona fide est constitutus. T I T. III.
- De Nominatione & Vocatione Ministerorum Ecclesie.**
- Defin.
- 2.2. Quo ordine electio facienda in vocando Pastorū & Ministerū Ecclesia: quaq. differentia inter nominationem, vocationem, presentationem ordinationem & institutionem eorundem?
- 2.3. Legitima vocationis requisita in electione quoq. Substitutis praeceps sunt observanda.
- 2.4. Libera competit Patrono nominatio & vocationis novi Pastorū, sine determinatione familie, ac generis personarum.
- 2.5. Nisi ex conventione ac lege provinciali ad indigenas & stipendiarios nominatio sit restricta.
- 2.6. Piè agit Patronus, ex paribus nominans eum, cui parva est res familiaris curiae supplex.
- 2.7. Consensu totius Ecclesia omniumq. diaconi subiectorum seu parochianorum, nempe Cleri, Magistratus ac plebis, vocandi sunt Pastores & ministri Ecclesia.
- 2.8. Nec Substituti sive Adjuncti sine totius Ecclesia consensu ad functionem Pastoratus admittuntur.
- 2.9. Non representat Ordinem politicum & secularem in vocatione ministeriorum Ecclesia. Senatus, oppidanus, qui Schriftifab? nō est, sed Ambitassius.
30. Consensus quoq. populi & parochianorum, der Etn. gepfarrten ad vocationem Ministerū Ecclesia, requiritur, nec iis invitatis novus obtruditur Pastor.
32. Consensus & judicium populi de novo Pastore non committendum promiscue plebe arbitrio: quoq. medio ac modo id explorandum?
32. Populi consensus non prejudicat juri patronatus: nec potest huius dissensus vocationem novi Pastoris à Patrono electi sine justa ac sufficiente causa impedire vel remorari.
33. Nō vocand? nec presentand? est nov? Pastor, priusquam ad Concionē dōxi, μασινγ? fuerit admissus.
34. Omitte nequit Cōcio, quā vulgā dōxi, μασινγ? appellat: sed neglecta ea vocationis novi Pastoris est nulla.
35. Sine praescitu & permissione Superintendentis ad concionem dōxi, μασινγ? nemo admittendus.
36. Si tamē de Ecclesia cōsensu & iudicio constet, presentat, quādōg. cōfirmatur, idone? si fuerit repertus.
37. Voto & cōsensu Pastoratus vel Superintendentis irquisito, vocati nō sunt Diaconi, aliuvē Ecclesia ministri.
38. Quo casu tamen secundūm consuetudinem & observationem cuiusq. loci procedendum.
39. Ad functionem Pastoratus vel Ministerii, sine vocatione legitima nemo admittendus.
40. Ad Ministerium eligendi, frāndib⁹, pecunib⁹, aliis remalitibus se non ingerere, nec legitimam vocationem pravēre debent.
41. Vocationem ministri Ecclesia Patronus nec ad certum tempus restringere, nec semel vocatum rējurius patronatus ab officio rurū removere potest.
41. Licet accidentaliter illa vocationis conditio, ut minister Ecclesiæ Antecessoris Videlā vel filiam in uxorem ducat, modo limitato subsistat, cavendū tanē, ne hinc lex introducatur, & officia ecclesiastica sunt hereditaria. T I T. IV.
- De Presentatione, Ordinatione & Investiturā novi Pastoris.
- Definit.
43. Presentatio procedere necessariō debet Ordinationem & investiturā, qua nec sine illa subsistit.
44. Patronus multo quantumvare alieno obtutus habet ius presentandi, nec ab eo à creditoribus est excludendus.
45. Quomodo occurrendum contentioni de duobus simul presentatis inter plures Compatronos, ubi certissimum est remedium, ut alternis vicibus presentem.
46. Patro-

Definitionum Ecclesiasticarum.

46. **Patronus novum Pastorē vel Ecclesia ministriū undā cū Superintendentē Diocesis präsentare debet, nec etiam Superintendentē excluso Patrono.**
47. **A solo tamen Patrono präsentatio novi Pastoris absq; Superintendente facta quandoq; admittitur.**
48. **Præsenz d^o corā Episcopo vel in Consistorio præsens esse debet, nec cōfirmatur absens per literas præstat?**
49. **Nisi causa justa & sufficiens präsentiam personam præsentata impedit, de cuius eruditione & qualitatib^z iātūm Episcopo vel Consistorio confit.**
50. **Quo tamē casu cessante impedimento Pastor cōfirmat^z in Consistorio ad subscriptionē Formula Cōcordie & præsētationē iuramenti Religionis s̄istere se debet.**
51. **Pastor seu Minister Ecclesia præsentatus in examine si idone^z reperiatur ordinari & cōfirmari debet.**
52. **Literæ confirmationis in originali in manu confirmati Pastoris sunt tradenda, ac penes eum respondere & custodienda.**
53. **Sumpitus ordinarius ac confirmationis à fisco Ecclesia & parochi, a pastorentur.**
54. **Investitura novi Pastoris et si de substantiā ministerii non est requaque tamen omitti debet.**
55. **Quamvis investitura novi Pastoris adijs Episcopale spectet, præscītu tamē Patrōni, eoq; & Parochianū præsentibus peragi debet.**
56. **Sumpitus ad celebrandum Investitura actum ex Fisco seu arario ecclesiastico suppeditantur.**
57. **Ærarium ecclesiasticum si non habeat unde sumpitus investitura solvantur, Parochiani ad contributionem sunt obstricti.**
58. **Pastor novus sine Parochio ut cum familia & suppellectile advehatur, Parochianicurare & sumitus subministrare debent.** **TIT. V. De Qualitatibus & Officio ministeriū Ecclesie.**
Definit.
59. **Erudit^z esse debet Ecclesia minister, gnarus controversiarū theologicarū, articulorū fidei, Augustana Confessionis & Formulæ Concordia. (Ecclesie.**
60. **Lectioni Biblorū indecessō studio incubas minister**
61. **Quoad gravitatem morum, vitamq; ac conversationem honestam & exemplarem inculpabiles esse decet ministros Ecclesie.**
62. **Non admittendus ad functionem ecclesiasticam, quin potius removendus, qui ratione eruditio^z, vel morum ac vita sededit indignum.**
63. **Ministri Ecclesia se non immisceant rebus politicis & ad magistratus officium pertinentibus.**
64. **Procuratorio more literas supplices ne scribant ministri Ecclesia in causis litigantium.**
65. **Ministri Ecclesia tabernam vinariam vel cœrariam erigere non licet.**
66. **In officio elenchico ministri Ecclesia modestia uantur, nec quenq; pro concione ex privatio affectib^z perstringat, vel injurias contra eū evomant.**
67. **Magistratum peccantem ministri Ecclesia modestè arguant, ne subditū ad seditionem excitentur, vel reverentia & obsequium diminuantur.**
68. **Extra diocesim suam Pastores non debent exercere alios ministeriales.**
69. **Patronus sine Collatoris sacris se immiscere. & cultum divinum prolubitū disponere haut debet.**
70. **Non potest Patronus Pastoris seu ministro Ecclesia interdiscere suggestum.**
71. **Vt gradus, ita etiam ordo & præcedentia inter ministros Ecclesia observanda; & præcedunt Ministri oppidani Ministros paganos.**
72. **Ministro Ecclesia non licet fugere tempore pestis, nisi id fiat absq; scādalo & jactura munerū ecclesiastici.**

T I T. VI.

De Ludimoderatoribus, Custodibus, aliisq;
Clericis, eorum vocatione & officio.

Definit.

73. **Ludimoderatores & Praeceptores in Scholiis idonei à Magistratu cuiwq; loci constituuntur, ceteroquin Principis officio incumbit huic rei proficere.**
74. **Praeceptorices quoq; informandis puellis præficiantur tales qua functioni huic utiliter praesse queunt.**
75. **Nomine ministrorum Ecclesia & Schole, Kirchen und Schuldienst quinam veniant retiam Custodes & Organici Cuister und Organisten.**
76. **Ludimagiſtri & Praeceptores non præficiantur Scholis sine præscītu & consensu Superintenden- tis vel Pastoris. (cari debet,**
77. **Nec Custos sine præscītu & consensu Pastoris vo-**
87. **Si inter Magistratum & Pastorē de vocanda novo Ludimoderatore vel Custode non convenit, res decisō Consistorii committenda est.**
79. **Ludimoderatores pariter & Custodes ad examē Consistorio præsmari, ab eoq; confirmari debent.**

Index Generalis

80. Organici quoq; prvio examine à Consistorio confirmantur.
81. Ad confirmationem tamen Organici necesse haud est, ut literae vocationis peculiares in Consistorio exhibeantur.
82. Ludimagister vel Custos non à Pastore, sed Superintendente e Consistorio presentari debet.
83. Persona novi Ludimoderatoris vel Custodis in Consistorio sistenda est ad confirmationem: nec confirmandus absens.
84. Propter senium tamen absens quandoque à Consistorio confirmatur.
85. Pro obtinendâ in Consistorio & editui vel Ludimoderatoris confirmatione sumptus de redditibus Ecclesie sunt suppeditandi.
86. Curare debent Parochiani & sumptus subministrare, quò Custos seu Æditius, Ludimoderator & Organicus cum familiâ & suppellectile adveniantur.
87. Opifices si siant Æditui, unâ opificium exercere haud prohibentur.
88. Actuarii vices una gerere potest Æditius in Iudicio pagano.
89. Ab advocando tamen & patrocinando in foro abstinere debere Ludimoderatores, Custodes seu Æditius.
90. Scholarum moderatores quando sunt Notarii, exercitio Notariatus prohibendi non sunt.
91. Ab Æditius sive Custodibus, si de horum fide & dexteritate haud notoriè constet, ratione ornatus ecclesiasticus autem benè exigi potest.
92. Patroni quoq; Hospitalium ad prestationem cautionis sunt obstricti.
93. Permutatio affiiorum inter Custodes Ecclesie & ministros consensu & approbatione Consistorii facta subsistit.
94. Modò Patronorum vel Collatorum & Parœciorum consensus acceperit.
95. Non prohibendi sunt pueri scholares celebrare festum Gregorianum.

TIT. VII.

^{De}
Stipendiis sive Salariis ac Rediribus
Pastorum & ministrorum Ecclesie,
eorumque immunitatibus.

- Definit.
96. Certa sunt Pastoribus & ministris Ecclesia constituta ex solvenda stipendia atque salario.
97. Consignanda sunt à Magistratu Salaria Ministrorum Ecclesie, atq; matricula inferenda.
98. Causendum est, ne salario & reditus ministrorum Ecclesia diminuantur.
99. Aucti pars parochianorum pradiis, augeri quoq; debent salario & stipendia ministrorum Ecclesie.
100. Nova si erigantur ac adficiantur molendina, augmenum stipendiis ministrorum Ecclesie addi debet.
101. Vt usfructus Sylva cadua parochiana seu pars. salarii cedit Pastoribus. & qualisnam sit?
102. Panes Pastoribus debiti pondere & qualitate correspondere debent panibus parochianorum pro cuiusq; familiâ pistis.
103. Idemq; habendum de panibus, Æditius sive Custodibus annuatim praefundis.
104. Quandog; pro panibus pretium & estimatio exsolvitur Pastoribus atq; Æditius: & quanta hec esse debeat?
105. Missales, Opferpfennige / quinam sint, à quo, & per quem exigantur?
106. Incola pagorum, qui agros hanc possident, Häusler, Gärner und Häusgenosten ultra missales, octodecim nummos Pastori, & sex Æditio, zum Häuselgroschen annuatim exsolvere obstricti sunt.
107. Nummos pro incolatu, den Häuselgroschen/ hauc separatum exsolvent liberi & parentes, qui convictu communi fruuntur.
108. Quilibet Mansarius, Hueßner / annuatim pro singulo manso unum grossum Pastori solvere tenetur, si non præstet decimas.
109. Prestationes annue ministris Ecclesia debita parochia-

Definitionum Ecclesiasticarum.

- parochianis pauperibus potius remittenda, quam rigorosè nimis ab iis sunt exigenda:
110. Pastoribus & Ministris Ecclesia accidentalia consueta haud invidenda, nec deneganda sunt.
111. Accidentale seu honorarium proclamationis & copulationis qualenā ministris Ecclesia debeatur?
112. Pro deducione funeris merito exsolvitur honorarium Ecclesia minister.
113. Quidnam honorarii pro concione funebri Pastori bus praestandum?
114. Si de panno & linteo funebri inter Pastorem & Custodem discrepatur, cuiam cedere debeat, consuetudo imprimis loci est attendenda.
115. Ex jure quoq; possessionis controversia super panno linteo funebri inter ministros Ecclesia est decidenda.
116. Quando autem de consuetudine & possessione justa non constat, pannus funebris ater Pastori, linteum verò album Editio cedit.
117. Optio tamen relinquenda est Pastori, num linteum eligere velit, si maiori id pretio & valore constet.
118. Haud probaberis debet minister Ecclesia à conscente donarium seu nummum confessionarium, den. Reichspfennig sponte oblatum accipere.
119. Exigere autem à considente, vel pro administracione Baptismi donarium, ministro Ecclesia haud licet.
120. Editui aquæ ac Pastores in villis & pagis ad cenan post Baptismum paratam invitari debet.
121. Si non invitetur Edituius ad cenan post Baptismum apparatu honorarium pro ea ipsi exsolvi debet: & qualenam?
122. Praestanda sunt Ecclesia ministri stipendia & accidentalia, etiam si aliunde habeant, unde vivant.
123. Immunes sunt ministri Ecclesia à prestatione metariorum der Einquartirung.
124. Haud gravandi sunt Ministri Ecclesia passione pecorum; pastori tamen communi ad pascentium conducto mercedem pro rata ex solvere tenentur.

T I T. IIX.

De

Decimis.

Definit.

125. Etiamnum hodie ministris Ecclesia debentur Decima; at non semper in decimâ parte, sed quâtitate, piâ cuiusq; loci consuetudine receptâ.
126. Praestanda sunt decima frumenti in eo frumento quod in cuiusque agro ex culturâ suâ procreatur, so gutes ihm gewachsen.
127. Parochianum decimas frumenti modio cumulato vel hostorio equato, mit gehäussten oder ab gestrichenen Scheffel/ministris Ecclesia admetiri teneantur?
128. Decima non soluta à novo prædiū possessore iure tacita hypotheca prestari debent.
129. Una cum decimis solvuntur etiam nummi pro incolatu, der Heilsgroschen / à possessoribus agrorū, qui casam vel tugurium onere illo nummario gravatum acquirunt.
130. Requirendi sunt ad decimationem ministri Ecclesia, si ipsis mergites vel manipuli, garben in agri offerantur.
131. Debentur Decima ministris Ecclesia ex omnī frumento, sive sit secale, sive hordeum, triticum aut avena.
132. De cannae etiam ac lino præstantur Decima ministris Ecclesia.
133. Solvenda quoque sunt decima de rapis, cepis, brasficiis & oleribus, ervis sylvestribus, pisis, fagopyro, milio, aliisque eiusmodi fructibus agrari.
134. De pomis, pyris, aliisq; arborum fructibus haud solvuntur Decima, nisi aliud consuetudine loci receptum probetur.
135. Pro solutione Decimarum parochiani ad eades Ecclesia ministrorum annuatim ire, easq; sponte offere debent.
136. In praesentiâ Sculteti & Scabinorum Parochiani decimas admitti debent ministri Ecclesia.
137. Iure retorsionis Catholicis denegari possente decima, que ipsis ex locis & districtibus Evangelicorum debentur.

Index Generalis

338. Causa decimarum in Consistorio Ecclesiastico sunt tractanda ac decidende.

T I T. IX.

De
Potu ministrorum Ecclesie
à collectis libero.

Definit.

- 139.** In oppidu pariter ac villis privilegiati & donati sunt Pastores & Diaconi potu à collectu libero, inde dem frenen Tischerunt.
- 140.** Substitutus Pastorius aquè libero à collectu potu fruitur.
- 141.** Eodemque gaudent privilegio Ministri Scholarum.
- 142.** Nec non Æditui seu Custodes.
- 143.** Nec Ludimagistris, nec Ædituis usus datur liberipotus, antequam de eorum confirmatione à Consistorio facta constet.
- 144.** Privilegium potus à collectis liberi Ecclesie & Scholarum ministri concessum in aliquo saltem dolio substitit.
- 145.** Numerus doliorum consuetu pro ratione personarum & circumstantiarum à Consistorio quādoque augetur.
- 146.** Ministri Ecclesie quod privilegio liberi potus fruantur, cerevisiam pro se & familia sua coquere hanc prohibentur.
- 147.** Aliunde licet ministri Ecclesie emant cerevisam, privilegio tamen potu liberi fruantur.
- 148.** Ne ministri Ecclesie, qui cerevisiam coquunt, privilegio liberipotu abuntur, nimium id excedant, vel tabernam cerevisariam erigant, maxime operè providendum.
- 149.** Schedula, quā numerus doliorum à collectis exemptorum Ærario significatur, det Freyzel, et hanc acceptari debet, priusquam Superintendens vel inspecto diocesos ei subscripserit.
- 150.** Quicunque Ecclesia vel Schola minister falsam exhibendo schedulam fraudem committit, ultra privilegii de potu libero amissionem,

vel remotione, vel aliâ pœnâ arbitraria multatur.

151. Unus Pastor si bino preest pastoratu, pro ratione duplicitis functionis duplicari quoque ei debet numerus doliorum à collectâ cerevisaria exceptorum.

T I T. X.

De

Statu Ecclesie, si Pastor ob secundum & adversam valetudinem ei præesse nequeat; vel è vitâ discedat.

Definit.

- 152.** Parochus quando est decreitus & ad ecclesiasticam functionem administrandam minus idoneus, Substitutus ei adiungi debet.
- 153.** Parochus emeritus, cui adjungitur Substitutus, si non habeat in proprio unde se alat, provisoria ei effacienda; & unde habet?
- 154.** Æditius quoque decrepita etatu & emeritis certa provisio ad vitam est facienda.
- 155.** Defuncto Pastore, si Ecclesia conductat, alteri eam incorporari, unio hec consensu Episcopi in Supremo Consistorio est facienda.
- 156.** Nunquam absq; justâ & legitimâ causâ facienda est unio Ecclesiarum.
- 157.** Conservari debet in parochiis Inventarium ecclesiasticum; & quanam hoc nomine comprehendantur?
- 158.** Defuncti Pastoris heredes tenentur ad restituitionem Inventarii ecclesiastici, si res in eo consignata facta & culpâ ipsius fuerint desperita vel deteriorata.
- 159.** Alter res se habet, quando in Inventario ecclesiastico consignata vi hostili ablata fuerunt, vel casu fortitudo perierunt.
- 160.** Rebus ad Inventarium ecclesiasticum pertinentibus vi hostili aliove fortitudo casu ablatis & desperatis, restitutio earundem fisco Ecclesia & parochianis incumbit.
- 161.** Novo Pastori competit jus proximiseos in frumento

Definitionum Ecclesiasticarum.

- mento, fieri quin in iño, fano, flamenco & pabulo
pecunario, post factam Inventarii restitutionem
venali.
162. Vacante pastoratu cura ecclesiastica vicinius in-
cumbit Pastoribus.
163. Quo tamen casu equum est, ut labor vicino-
rum Pastorum pramio aliquo sive honorario re-
compenseretur.
164. Defuncto Parochio sine liberio & vidua; vel
el apso dimidio gratia anno, & vacante etiamnum
ministerio: redditus non immerito assignantur iis,
qui curam interim gerunt ecclesiasticam.
165. Vacante ministerio in pagis ac locis peste infes-
tis, vicini Pastores ad curam Ecclesia gerendam
obstricti haut sunt.
166. Sed maturè novi Pastoris surrogatione provi-
dendum est hoc casu parochianis, in periculo &
infectione constitutus.
167. Poteſt etiā vacante in pagis & locis peste infectis
ministerio, cura animarum substituto vel mini-
stro extraordinario ad tempus committi.
168. Defuncto Superintendenti, usq; dum novus con-
ſtituatur, functio ejus à Principe jura episcopalia
habente certo defertur Substituto.
169. Substitutus in locum defuncti Superintendenten-
ti inspectioni diaconi eos praefat, ac vices Inspectoris
in omnibus sustinet, & schedulius potus à collectis
liberi subscribit.

T I T . X I .

De

Successione Viduæ ac heredum
defuncti pastori in residuo
salarii.

Definit.

170. Defuncto Ecclesia ministro Residuum salarii
eius hereditibus cedit, salvo gratia anno.
171. Residuum salarii debetur saltem prorata tem-
poris, quo minister Ecclesia functioni presuis.
172. Computatio ac divisione decimarum, censuum &
redituum quomodo hoc casu facienda.
173. Quomodo instituenda divisione in fructibus mes-
sum, fano, cordo, oleribus & brasici?
174. Terminus promeriti salarii pro completo ha-

- decur, si modicum temporis à die obitus reger.
175. In facienda divisione multum valet amicabilis
compositio.
176. Fructibus divisionis impensarum in culturā
agrorum factarum partiuleriq; pro rata tempo-
ris incumbit.
177. Residuum salarii inter defuncti Pastoris vidu-
am & heredes, secundum statuta localia vel Con-
stitutionem Electoralem dividi debet.
178. Nihil lucratur vidua defuncti Pastoris de resi-
duo salarii, quando repetit bona illata.
179. Ès alienum defuncti Ecclesia ministri etiam de
Residuo salarii exsolvi debet.
180. Non relinquunt Clerici res expeditorias, nisi
consuetudine locali aliud sit introductum.
181. De residuo salarii inventarium quoq; ecclesie-
sticum supplerri debet.
182. Facta divisione redituum parochialium inter-
antiqui Pastorii heredes & novum Parochum,
cuinam cedant stramenta & pabulum pecuniarū
das gestrode und' futurer.

T I T . X I I .

De

Dimidio gratiae anno, sive Salario-
Semestri.

Definit.

183. Ultra salarium, quod defunctus Ecclesia mi-
nister promeruit, ex singulari beneficio vidua ac-
liberio eius etiam dimidius gratiae annus hisce in-
provinciis assignatur, das halbe Gnaden-
tahr.
184. Beneficiū Salarii semestris in gratiam vidua &
berendum, invito novo Parochio ulterius extende-
non potest.
185. Ex beneficio Salarii semestris omnium indiffe-
renter redituum ac proveniunt annuorum me-
diatatem capium heredes.
186. De Reditibus quoque à Filialibus Parochio sol-
vendis, medietas jure salarii semestris defuncti he-
redibus cedit.
187. Habitationem quoque in domo parochiali
tribuit hereditibus defuncti Pastorii Salarium se-
mestre.

188. Di-

Index Generalis

188. *Licet proprias habeant edes, in quibus commorari possunt.*
189. *Durante dimidio gratia anno, Nummi confisionarii, die Beichpfennige / defuncti viduae at liberis cedunt.*
190. *Honoraria quoq; pro deductione funerum, aliique accidentia jure salarii semestris lucratur defuncti Pastoris vidua & heredes.*
191. *Quenam iusta accidentalium divisio inter defuncti Pastoris Viduam liberosve, & novum Parochum?*
192. *Pecunia laudemialis das Echtingeld/ quando referatur inter redditus Salarii semestris & quanto inter defuncti Pastoris Viduam liberosq;, & novum Parochum dividenda?*
193. *De provisione quoq; emeriti Pastoris, Vidua & liberi eius participant Salarium semestre.*
194. *Currere incipit Salarium semestre ab ipso momento & termino, quo Pastor è vita discessit.*
195. *Beneficium semestre, seu dimidius gratiae annus in salario pecuniario quomodo computandus?*
196. *Computatio ac divisio Decimorum, censuum, fructuum, aliorumq; reddituum quomodo facienda in Salario semestri?*
197. *Termini solvendorum Reditum, qui cedunt tempore Martini, Nativitatis Christi, vel quadragesimali, ad diem Michaelis retrotrahuntur, eique includuntur in computatione Salarii semestri.*
198. *Idemq; observandum in evolutione Salarii, quod Pastor defunctus ante obitum promeruit.*
199. *Defuncto Pastore circiter festum S. Michaelis, totus in sequentis anni redditus ab hoc termino computandi inter Viduam liberosque, & novum Parochum pro obtinendo Salario semestri in duas aequales portiones dividuntur.*
200. *Circiter diem Barth' omnis si moriatur Parochus, eadem sit computatio Salarii semestris, ac si ipso Michaelis die è vita decessisset.*
201. *Sic circa diem Luciae vel Nativitatis Christi, Pastor ultimum obeat diem, quoniam partes an, nuorum redditum iure salarii semestris viduae & liberis cedant?*
202. *Circiter festum Paschatos quando moriatur Pastor, Vidua & liberi ejus totius anni fructus usque redditus termino sequenti Michaelis ex solventibus lucrantur.*
203. *Quomodo facienda computatio Salarii semestris, si circiter festum Pentecostes, Iohannis Baptista, vel Petri Pauli Pastor mortem obeat?*
204. *Quid iuris, si circiter medium termini Pastor moriatur?*
205. *Impensa in culturam agrorum facta de redditibus Salarii semestris pro rata detrahuntur.*
206. *Supplendum quoq; est de redditibus Salarii semestris inventarium ecclesiasticum.*
207. *Sumptus necessarios durante dimidio gratiae anno in edes parochiales factos, Vidua liberisque defuncti Pastoris repetere valent; & unde hirefundendi?*
208. *Salarium semestre non soli Viduae defuncti Pastoris, sed etiam eiusdem liberis est concessum, siue cum Vidua concurrant sive soli existant.*
209. *Si Parochus moriatur, relictis ex primo, secundo ac etiam tertio matrimonio liberis, omnes simul cum Vidua in Salario semestris succedunt.*
210. *Nepotibus quoq; defuncti Pastoris cedit Salarium semestre.*
211. *Gaudent etiam beneficio Salarii semestris liberi elocati & per institutionem propria econome reique familiaris à patre separati.*
212. *Salarium semestre perinde ut hereditas defuncti Pastoris secundum statuta loci, vel Constitutionem Electoralem, inter Viduam atque liberos dividitur & distribuitur.*
213. *Regulariter ex Constitutione Electoralis, Vidua quarta pars Salarii semestris debetur: Tertia autem, quando statutum locale ex bonis defuncti trieniem ei defert.*
214. *Debetur Vidua Salarium semestre, etiam si dotem ac bona illata repeatat.*
215. *Una cum portione statutaria ex bonis defuncti Pastoris Vidua eius Salarium quoq; semestris capiat, nec id in portionem statutariam conferre tenetur.*
216. *Si Vidua vel liberi Pastoris post obitum eius mori-*

Definitionum Ecclesiasticarum.

- moriuntur, Salarium semestre ad heredes suos transmitunt.*
217. *Si Pastor absq; liberis moriatur, nec ascen-
tes, nec collaterales quidquam de Salario semestri
participant.*
218. *Nec heredes defuncti Pastoris testamentarii ad
Salarium semestre sunt admittendi.*
219. *Non excludit Substitutus Pastoris emeriti libe-
ros à Salario semestri: quia nec ipse quicquam
de hoc participat.*
220. *Vacante ob defectum Vidua & liberorum Sa-
lariorum semestri, Reditus in sortem certam sunt re-
digendi, eaq; sub annua pensione ad meliorem
futuri Pastoris sustentationem elocanda.*
221. *Nisi Princeps vel Episcopus ad alios usus pios re-
ditus Salarii semestris conferendos decernat.*
222. *Haud raro Salarium semestre in casu deficien-
tium liberorum ac vidua novo assignatur Pa-
roch.*
223. *De Salario semestri as alienum defuncti haud
est exsolvendum.*
224. *Arestari nequit Salarium semestre pro cre-
ato defuncti Pastoris.*
225. *Liberis defuncti Pastoris cedit Salarium seme-
stre, quantum vñ paternam hereditatem repudia-
verint.*
226. *Non gaudent beneficio Salarii semestris Vidua
ac liberi Custodiū sive aditū.*
227. *Nec vidua ac liberi Organici Salarium seme-
stre lucrantur.*
228. *Vidua quoq; ac liberi ministrorum Schola à be-
neficio Salarii semestris excluduntur: nisi ex com-
miseratione eos quandoq; admissi Consistorium
specialiter decernat.*
229. *Ex speciali seu locali consuetudine si Vidua &
liberi Custodis Organici vel ministrorum Scho-
la ad Salarium semestre admittantur, inviden-
dum hoc ipsis non est.*
230. *Non habenda est ratio Salarii semestris, quan-
do Pastor relictā Parochiā ad alium promovetur
pastoratum, seu functionem ecclesiasticam.*

L I B. II.

De

Rebus ac bonis ecclesiasticis, causisq; spiritualibus & mixtis.

T I T. I.

De

Matrimonio & Nuptiis in genere.

Definit.

1.  *Ausa matrimonialis ecclesiastica
pariter est & secularis; adeoq; mixta.*
2. *Praefat matrimonium caliba-
tui, ideoq; non impediendum.*
3. *Matrimonium non nisi inter duas constitit perso-
nas; Estq; digamia seu polygamia prohibita.*
4. *Ecclesia ministro non minus ac laicus conjugium
inire licet.*
5. *Non tamen cogendi sunt Ministri Ecclesie ad in-
tendum matrimonium si in celibate vivere ma-
lit.*

6. *Quando & quibus conditionibus à diversa Reli-
gionis, Pontificia & Lutherana, hominibus
contraheri possit matrimonium?*
7. *Sponsalia à diversa Religionis hominibus contra-
cta nequaquam sunt dissolvenda.*
8. *Nec rūm Sponsalia ob Religionis diversitatem sunt
dissolvenda, si Magistratus ex recepta consuetudi-
ne in ea non conseruit.*
9. *Beneficiunt Nobiles, à matrimonio cum plebeis
absidentes; ac Conjuges nobilitate pares sibi eli-
gentes.*
10. *Contrahere tamen matrimonium cum plebeis
personis Nobiles haud prohibitur, sed jure illud
inter eos subsistit.*
11. *Mulier plebeja si nubat Viro Nobili, & ipsa fit
nobilitas*

Index Generalis.

11. Nobilis, & liberi ex hoc matrimonio procreati reverè habentur Nobiles.
12. Quo aratus anno permisum sit inire conjugium & nuptias contrahere?
13. Viro Sexagenario nuptias, presertim cum juvenulâ contrahere dissuadendum: haut tamen ejusmodi conjugium omnino prohibendum, multò minus contractum jam dissolvendum est.
14. Adulter in uxorem ducere potest eam, quam constante matrimonio per adulterium polluit.
15. Modò adulter vel adultera vita prioris Conjugis haud fuerint insidiari: nec conjug vivente sibi invicem matrimonii fidem dederint.
16. Non permittendum est Hermaphroditis matrimonium contrahere, priusquam ex inspectione de sexu posteriori constet.
- TIT. II.
De Sponsalibus.
- Definit.
17. Per publica sponsalia de praesenti ipsum contrahitur matrimonium.
18. Tractatus de matrimonio non faciunt sponsalia de praesenti.
19. Non subsistunt nec ligant sponsalia jocose contracta.
20. Sponsalia conditionata pendente conditione firma non sunt, nec obligant, eaq; deficiente expirant.
21. Pendente conditione alia contrahere sponsalia de praesenti haut licet, sed expectari debet conditionis eventus.
22. Subsistunt sponsalia sub conditione aliquius lucris vel pecunia inferenda: eaq; deficiente, rata non sunt.
23. Condicio turpis, qua tamen non est contra substaniam matrimonii sponsalibus apposita, haut annihilat ea, sed pro non adjecta habetur.
24. Renunciare potest conditioni, qui eam sponsalibus apposuit, invito etiam altero contrahente.
25. Sponsalia sub conditione contracta pro pure contractis habentur, si copula carnalis fuerit subsequuta.
26. Non obligantur liberi ex sponsalibus à parentibus ipsorum nomine contractis, si absentes non consenserint.
27. Sponsalia vi metuere contracta non obligant contrahentes ad promissionem coactus.
28. Non subsistunt sponsalia vi metuere contracta, licet juramentum intervenierit.
29. Convalescent tamē sponsalia vi metuere contracta, si levius fuerit timor, vel sponsalia ex post facto à contrahentibus ratificata.
30. Non cogendi sunt liberi à parentibus ad connubia eorum, à quibus abhorrent: nec jure subsistunt sponsalia ejusmodi ab invitis contracta.
31. Sponsalia ab ebrio contracta, rata & valida non sunt.

TIT. III.

De Sponsalibus clandestinis.

Definit.

32. Prohibita sunt sponsalia clandestina; & ex quibus causis?
33. Nec jure subsistunt vel obligant sponsalia clandestina absq; testibus contracta.
34. Duo ad minimum requiruntur testes ad hoc, ut publica sint sponsalia: qua coram uno saltem teste contracta pro clandestinis habentur.
35. Ex sola contrahentium confessione non convalescent sponsalia clandestina, priusquam in praesentiā testū vel Consistorio fuerint denud contracta.
36. Clandestina sponsalia absque testibus contractarata & firma habentur, si copula accesserit carnalis.
37. Spes saltem facta & tractatus de contrahendis sponsalibus, subsecutā copulā carnali ad consummationem matrimonii obligant.
38. Clandestina quoq; sunt sponsalia, sine consensu parentum contracta.
39. Non solum de honestate, sed etiam de necessitate juris naturalis, civilis & divini, consensus parentum ad nuptias liberorum requiritur.
40. Non ergo subsistunt sponsalia absq; parentum consensu contracta, sed pro nullis & invalidis declarari debent.

41. Spon-

Definitionum Ecclesiasticarum.

41. Sponsalia sine parentum consensu contracta, per subsequentem eorum ratihabitationem non nisi ex tempore ratihabitationis convaleseunt.
42. Sufficiens consensus parentum tacitus in nuptiis liberorum contrahendis, modò sit certus, non ex verbis ambiguis presumtive collectus.
43. Negligi hanc debet in nuptiis liberorum patris consensus, licet sit impius & crudelis.
44. Matris consensus aquè ac patris ad nuptias liberorum requiritur: sine quo sponsalia ab iis contracta pariter sunt clandestina & invalida.
45. Ari quoque aviaq. consensus in nuptiis nepotum neptumq. est necessarius parentibus defunctis.
46. Tutorum & Agnatorum consensus in contrahendis sponsalibus præcisè necessarius hanc est: sed valida sunt sponsalia publica, illa invitus initia.
47. Consensum tamen tutorum & proximorum ad nuptias exquirere & impetrare pietas pariter aquæ honestas suadet.
48. Non conveniente tutor cum matre in elocatione pupillæ ac filiæ, arbitrio Consistorii decisio est committenda.
49. Liberi quantumvis majorennes & patria potestate soluti, nuptias sine parentum consensu validè haud contrahunt.
50. Dissolutis ob defectum consensus paterni sponsalibus liberorum clandestinis, ipsi præterea pena carceris arbitriari multantur.
51. Ex causâ clandestinitatis sponsalibus dissolutis, restituenda sunt invicem arræ.
52. Haud cogi possunt parentes, ut in nuptias liberorum consentiant, si justam dissensus sui causam allegent, cuius diuisitio in Consistoriis committenda.
53. Ex permisso & decreto Consistorii liberi nuptias contrahere valent, invitis etiam parentibus, si causam dissensus nullam, vel non justam pretendere queant.
54. Quo tamen casu in provinciis Electoratus Saxonici parentibus permisum est, liberos vel ad dimidiam usq. partem legitima, vel pro ratione circumstanciarum totaliter exheredare, qui & porro carcere multari possunt.
55. Paupertas sponsi sponsæve justam à nuptiis liberorum dissentendi causam non præbet parentibus.
56. Nec justam dissentendi causam sovent Nobilis parentes ex eo, quid filius uxorem plebejam ducere velis.
57. Solus contemptus paterni consensus in sponsalibus à liberis jam contractis, sufficientem parentibus dissentendi causam præbet.
58. Non firmat juramentum sponsalia liberorum clandestina, quo minus ea ex solo parentum dissenſu sint nulla & invalida.
59. Consensus parentum ad nuptias liberorum semel datum, ab iis rursus revocari haud potest.
60. Sponsalia clandestina insciis sive invitis & reluctantibus parentibus contracta, si copula carnalis accesserit, annihilari & rescindi non debent.
61. Quo tamen casu liberi, novi conjuges ex provinciis Electoratus Saxonici migrare & domicilium alibi constituere necessum habent: quin & carcere puniri, & à parentibus totaliter exheredari possunt.
62. In diuisitione pariter causarum dissensus paterni & dissolvendis sponsalibus liberorum clandestinis, multum arbitrio judicis ex circumstantiis informando committi debet.

TIT. IV.

De Binis Sponsalibus.

Definit.

63. Binis publicè contractis sponsalibus, priora per benedictionem sacerdotalem consummari debent, annullatis ac dissolutis posterioribus.
64. Contractis binis sponsalibus, si posteriora rursus dissolvantur pars nocens innocentia expensas restituere tenetur & arrham perdit.
65. Gemina si fuerint contracta publicè sponsalia, firma & rata habentur priora, licet copula carnalis ad posteriora accesserit.
66. Preferuntur tamen prioribus sponsalibus posteriora, si per nuptias & benedictionem sacerdotalem fuerint consummata.

Index Generalis

67. Sponsalia publica licet posteriora, praeferuntur anterioribus clandestinis.
68. Sponsalia sine parentum consensu à liberis contracta licet priora, sedunt posterioribus, in qua consenserunt parentes.
69. Præferuntur tamen sponsalibus publici posterioribus priora clandestina, concubitu seu copula carnali firmata.
70. Sponsalia pure contracta licet sine posteriora, præferuntur sponsalibus conditionatis anteriorib⁹.

T I T. V.

De

Propinquitate Confanguinitatis matrimonio adversâ.

Definit.

71. Nefaria & incesta nuptiae non contrahantur, omni studio cavendum est, ac propterea à Pastoriis ante proclamationem in propinquitatem inquirendum.
72. Nuptiae illicita ac rations proximitatis prohibita ut populo innotescant & evitentur, sanctio matrimonialis certe anni tempore à ministro Ecclesie publice ex suggestione eccl prælegenda, eisq; abortio severa annectenda.
73. In linea recta inter ascendentibus & descendentes omnijure prohibitum est matrimonium.
74. Nuptiae inter Susceptorem ex Baptismo seu patrinum, & Alumnam vel baptizatam contracta pro illicita non habentur.
75. In causis matrimonialibus circa propinquitatem coniugio adversam non civilis, sed canonica graduum computatio observari debet: & quamnam hac?
76. Quos inter gradus consanguinitatis connubium sit reatum, ex Nombris pariter divina & legibus ac statutis municipalibus cuiusq; provincia decendum.
77. In Ecclesia atq; provinciis Electoratus & Ducatum Saxoniorū prohibitio matrimonii ad tertium usq; gradum collateralis linea inqualis inclusisq; personis, quae sunt sibi invicem loco parentum & filiorum, se extendit.

78. Licit & non contrahuntur nuptiae in provinciis Electoratus & Ducatum Saxoniorū à duorum fratrum sororum vnu duarum, vel fratri & sorori liberis.

79. Nuptias quoq; illicitas contrahunt in hisce provinciis consanguinei collaterales, qui gradu tertio linea inqualis ab invicem distant.

80. Interdictum porro est matrimonium cum proaviae fratribus & sororibus, aut cum fratribus & sororum pronepotibus proneptibus q; in quarto gradu inqualis linea constituta.

81. Propinquitas sanguinis sive ex utroq; sive alterutro tantum parente originem trahat, in gradibus prohibitis impedimento est nuptiae.

82. Etiam proximitas ex fornicatione impedimento est nuptiae in gradibus prohibitis.

83. Sponsalibus in gradibus prohibitis jam publicè contractis, licet etiam copula carnalis accesserit, non tamen per benedictionem sacerdotalem matrimonium hisce in provinciis consummari debet: quin nec novis conjugibus in Electoratu domicilium & habitatio permittitur.

84. In Electoratu & provinciis Saxoniciis, nuptiae haud prohibentur in gradu tertio linea equalis.

85. Multo minus in quarto aequalis & inqualis linea, ulterioribus q; & remotoribus gradibus.

86. Extra Saxonia Electoratum in locis, ubi nec ius pontificium est receptum, nec alia provincialis obstat prohibitio, Consobrinis nuptias contrahere interdictum haud est.

87. Commixtio carnalis in gradibus jure divino prohibitis propriè dicitur incestus, blutschande impropriè vero in gradibus solâ provinciali lege vetitus.

T I T. VI.

De

Propinquitate Affinitatis matrimonio adversâ.

Defin.

88. Graduum in affinitate eadem est computatio, easdemq; prohibitio, quae in consanguinitate.

89. Non

Definitionum Ecclesiasticarum.

89. Non sufficiunt nuptiae inter vitricum & privigenam.
90. Nec inter Vitricum & propriae cognatam, vel coniugis defunctae neptem.
91. Prohibita sunt nuptiae in primo gradu affinitatis linea aequalis, ex quo nec defuncta uxor sororem, nec frater viduam in uxorem quis ducere potest.
92. Nuptiae haut contrahibili possunt cum defuncta uxoris sorori sive glori filia, aut simili in gradu secundo linea aequalis affine.
93. Nec licet contrahuntur nuptiae in provinciis Electoratus Saxonici in secundo gradu affinitatis linea aequalis cum patruelium vel consobrinorum Viduo Viduaeque.
94. Sufficiunt tamen nuptiae in secundo affinitatis gradu linea aequalis extra Saxonia Electoratum.
95. Prohibitum porro est in Electoratu Saxonia oonubium in gradu affinitatis tertio linea aequalis.
96. Quare nec cum avi avieq; fratribus sororumq; Viduis, & vice versa, nuptias contraherelicet.
97. Affinitas quoque ex fornicatione ortis impedit nuptias in gradibus prohibitis.
98. Nec non affinitas ex uno saltu latere vel parente contracta.
99. Connubium in gradibus affinitatis pariter & consanguinitatis etiam iure divino prohibitis contractum & per benedictionem faterdotalem consummatum rursus dissolvi non debet, pena tamen hoc casu arbitriaria delinquentibus est injungenda.
100. Sponsalia tamen, licet publica, in gradibus iure divino prohibitis contracta sunt rescindenda.
101. Prohibitum est matrimonium in secundo genere affinitatis in linea collateralia; quare nec privignus vitrici sui viduam; nec vitricus viduam defuncti sui privigni in uxorem ducere potest.
102. Nec in linea collateralali in secundo genere affinitatis licet contrahuntur nuptiae cum Coniugis defunctis fratris vidua.
103. Inter tertio genere affinitatis nulla hodie prohibito est impedimento nuptiae.
104. Inter consanguineos utriusq; coniugis prohibiti-

tum haut est matrimonium; quare sorori privigenam aliamve consanguinei affinem personam in uxorem ducere licet.

105. Privignus quoque & privigna matrimonio iungi possunt.
106. Nec pater & filius matrem & filiam, vel duas sorores: nec duo fratres personas illas ducere uxores prohibentur.
107. Abstinendum est a matrimonio cum sponsa fratri defuncti & sponsa defuncta sorore.
108. Nec matrem sponsa defuncta in uxorem ducere licet.

TIT. VII.

De

Dispensatione matrimonii in gradibus prohibitis.

Definit.

109. Dispensare non potest Magistratus, nec veniam nobendi dare in gradibus iure divina prohibitus.
110. At bene in gradibus prohibitu de iure municipalis, quo nec ipse Princeps & Magistratus tenentur.
111. Non ergo dispensare valet Princeps ac Magistratus in gradu secundo linea aequalis, ut quis frater aut sororis filiam ducat, & vice versa.
112. Nec in affinitate locum habet dispensatio Principis aut Magistratus secundo in gradu linea aequalis, si quis nempe uxor prædefuncta sororis filia, parilive modo sibi iuncta affinem ducere velit.
113. Ex dispensatione Magistratus in provinciis quoque Electoratus & Ducatum Saxoniorum duorum fratribus ac sororum liberi, consobrini ac patruelis matrimonio iungi possunt.
114. Idemque obtinet in affinitatis gradu secundo linea aequalis, quoad matrimonium cum patruelium vel consobrinorum Viduo Viduaeque contrahendum.
115. Admittitur quoque dispensatio in gradu tertio consanguinitatis linea aequalis: modò non intervenerat respectus paternus.
116. Nec in affinitatis gradu tertio linea aequalis de dispensatione dubitandum.
117. Circa dispensationem matrimonii in gradibus

Index Generalis

- prohibitis nihil refert, an personae nupturientes ab utroq; vel uno saltem latere sint coniunctæ.
118. Non minus in consanguinitate & affinitate ex fornicatione, quam legitimo matrimonio ortâ, contrahentes in gradibus prohibitis, nuptias, dispensatione opus habent.
119. Ex dispensatione Magistratus in secundo affinitatis genere privigenii vitriæ sui viduam, & vitius viduani defuncti privigeni in uxorem ducere potest.
120. Dispensationi quoque locus est in nuptiis cum coniugis denata & fratri viduâ contrahendis.
121. Sponsam fratri defuncti, & sponsæ denata & sororem, ut quis ducat, Magistratus dispensare potest.
122. Ex dispensatione Principiis sponsa quoq; defuncta matrem: eiusve filiam in uxorem ducere licet & qua conditione?
123. Quo tamen casu, quantum fieri potest, dispensatio declinanda.
124. Nunquam facilis Princeps ac Magistratus ad dispensandum in gradibus prohibitis.
125. In supremo duntaxat Consistorio dispensatio in gradibus prohibitis petenda: non autem absque certâ pecuniâ vel multâ decernenda.
126. Ante impetratam dispensationem in gradibus prohibitis sponsalia contrahentes ultra pecuniâ dispensationis carcere puniuntur.
127. Arbitrio tamen Magistratus relinquendum, an sponsalibus in gradu prohibito, iam contra dictu dispensare velit, nec nè.
128. Dispensationem nuptiarum in gradibus prohibitis petentes, si iam carnaliter se commiscuerint multam dispensationis pariter solvunt, & pauperrimi stupri luunt: nec una alteram consumunt.
129. Personæ in gradibus prohibitis desponsatae, si multam dispensationis ob paupertatem solvere nequeant, carcere diuturniore puniuntur.
- TIT. IX.
De
Matrimonii Consummatione
per nuptias, earumque ritibus
solennibus.
Definic.
130. Sponsalia ipsum matrimonium non sunt, sed per nuptias demum hoc consummatur.
131. Permittenda haut est despensatio coabitatio ante matrimonium per benedictionem sacerdotalem consummatum.
132. Compelli debent despensate persona, ut per benedictionem sacerdotalem seu Nuptias matrimonium perficiant & consumment.
133. Conjugium promissum consummare nolentes incarceratione vel multâ pecuniâ ad hoc sunt adigendi.
134. Quandoque relegatione punitur coniugium consummare nolentes.
135. Copulantur quandoque inviti à Pastore vel ministro Ecclesie, conjugium promissum consummare detracitantes.
136. Sponsa pro consequendis alimentis una cum fœtu in bona sponsi, consummationem conjugi detrectantis, immitti potest.
137. Proclamatio novorum sponsorum trina in solenni Christianorum catu nuptiis premitti debet.
138. Non proclamandi novi coniuges, si de impedimento aliquo nuptiarum appareat: quin potius ut obstaculum, si quod latet, exquiratur & removetur, denunciatio publicè facienda.
139. Ex speciali Principiis vel Consistorii dispensatione omitti potest proclamatio novorū conjugū.
140. Contrahi quoque & anticipari potest proclamatio novorum conjugium, ita ut unicâ vice, unaque Dominica, bina ac trina fiat denunciatio.
141. In casu extrema necessitatis, absque speciali quoque Magistratus superioris dispensatione omissa proclamatione, novi coniuges copulari possunt.
142. Copula & benedictio sacerdotalis necessaria requiriunt ad consummationem coniugii, nec omitti potest.
143. Co-

Definitionum Ecclesiasticarum.

143. *Copulatio novorum coniugum nequaquam in eis privatis aut sub dio, sed in templo coram facie Ecclesia est peragenda.*
144. *Ex speciali tamen dispensatione peragitur quandoque in eis privatis copulatio novorum coniugum.*
145. *In casu necessitatis absq; speciali Principi dispensatione copulari possunt novi coniuges in eis privatis, ex permisso Superintendens.*
146. *Copulatio sacerdotalis quandoque in Consistorio peragitur, si nempe periculum est in mora.*
147. *Quin & in pratorio ac foro politico novi coniuges quandoque à ministerio Ecclesia copulantur.*
148. *Eieri potest copulatio ex dispensatione Consistorii à Parochio alterius dioecesis, si Pastori eius loci debitum ex solvatur honorarium.*
149. *A festivitate & convivio nupciali omnis abficitur atque luxus.*
150. *Pro evitando scandalo ex crimen Sponsorum vel nuptiis illicitis, abstinendum quandoq; ab omni pompa & ritu consueto in consummationem matrimonii.*
151. *Tempore Quadragesima & adventus Domini nuptiae haut sunt celebranda.*
152. *Nisi ex speciali Principi ac Magistratus Ecclesiastici dispensatione.*
153. *Non facile tamen dispensandum: & quo propius instat festum Paschatis vel Natalitorum Christi, tanto difficulter venia nupciarum celebrandarum est concedenda.*
154. *Instituenda non sunt nuptiae die Dominico aut festo.*
155. *Qua conditione saltem ex dispensatione speciali; relobservantia loci recepta nuptiae in die sabbati vel festo celebranda.*
156. *In Septimana post Vocem Iucunditatis nuptiae ita sunt instituenda, ne tertia dies nupcialis incidat in festum Ascensionis Christi.*
157. *Chorea decentes & honesta licet prohibita non sunt, attamen tempore publici lucius ab iis est abstinendum.*

TIT. IX. De Secundis Nuptiis.

Definit.

158. *Dissoluto per mortem naturalem matrimonio integrum est superstiti coniugi ad secundas nuptias convolare.*
159. *Intra annum lucius tamen vidua ad vota secunda transire prohibentur.*
160. *Vidui quoq; à morte prioris uxoris tempore lucius semestris à novo matrimonio abstinere debet.*
161. *Subsistunt quidem Sponsalia tempore lucius contracta, sed consummatio matrimonii per nuptias suspendi debet.*
162. *Ex dispensatione speciali nuptia intra tempus lucius celebrantur: Quae dispensatio à solo Electore vel Consistorio Supremo impetranda.*
163. *Non facile, nec sine causa dispensandum circa prohibitionem nupciarum tempore lucius: se proserit pauca effluxerint septimana ab ultimo coniugis defuncti die.*
164. *Sufficiens ac iusta dispensationis habetur causa ad matrimonium secundum tempore lucius consummandum, si prior maritus ante obitum lecto decubens longe agrotaverit, vel debitum conjugale non praefliterit.*
165. *Dissoluto per divortium matrimonio lucius quidem tempus haut observari debet; ad vota tandem secunda nimis properandum non est.*
166. *Non permitienda sunt nuptiae secunda, prima quam de obitu seu morte prioris coniugis constet, eaq; duabus ad minimum testibus probetur.*
167. *Mors tamen eius, qui in mari, acie vel morbo aliquo contagioso obiit, unius etiam testis positio ne probari potest.*
168. *Probatur etiam mors coniugis attestacione iudiciali Magistratus eius loci, quo coniunx obiisse dicitur.*
169. *Admittitur quandoq; viduum viduare, si moritur coniugis defuncti juramento suo probare velit.*
170. *Mors coniugis absentis si nullo modo probari queat, superstites ad vota secunda haut admittitur, an sequam prævia citatione edictali ac processu deserptionis.*

Index Generalis.

cionis finito matrimonium prius per senientiam fuerit dissolutum.

171. Ob divisionem bonorum paternorum cum liberis primi matrimonii haut factam prohiberi non debet vidua secundas conrahren e nuptias.

172. Ex promissione priori marito facta de non nubendo alter i post obitum eius, haut obligatur vidua, quod minus ad vota secunda accedere queat.

TIT. X.

De

Sponsaliorum dissolutione, sive Repudio.

Definit.

173. Mutuo contrahentium dissensu sponsalia publica a haut dissolvuntur.

174. Alter res se habet in sponsalibus de fisco, à quibus pro lubitu, in ita etiam altera parte rursus recedere licet.

175. Rescinduntur quandoque sponsalia publica: sed saltem ex causa, quam Consistoria justam ac sufficientem judicaverint & declaraverint.

176. Inimicitia sponsorum capitales sufficientem prabent causam Repudio.

177. Propter homicidium à sposo dolose commissum audienda est Sponsa petens repudium.

178. Obscurum à sposo commissum, quod extraordinariam duntaxat meretur pœnam, haut dissolvenda sunt Sponsalia.

179. Annuendum tamen quandoque dissolutionem Sponsaliorum potentibus si sponsus ex culpa suâ alio migrare, & peregrinum querere domicilium necesse habeat.

180. Dissolvi possunt Sponsalia propter Epilepsiam, paralysin, alium ve morbum contagiosum alterius partis supervenienteem.

181. Nec non ob vitium corporis, mutilationem & clauditatem membris post sponsalia supervenientem.

182. Causam repudii sponsaliorum, dissolvendam sufficientem prabent sibi rebemens, usumque rationis exterminans.

183. Differenda tamen est dissolutio Sponsaliorum,

usque dum appareat de curâ furoris desperata, nisi agrotus ante sponsalia morbo hoc percitus, illum celaverit.

184. Propter fornicationem seu adulterium Sponsa post sponsalia commissum Repudio locus est.

185. Etiam si fornicatio presumivè saltēm fuerit probata.

186. Sponsa quoq; repudiare potest Sponsum post sponsalia a fidelib; libidinibus se contaminantem.

187. Repudiare licet Sponsam ante sponsalia ab alio vitiata.

188. Concedi potest repudium ob fornicationem & stuprum à sposo ante contracta sponsalia commissum.

TIT. XI.

De

Divortio.

Definit.

189. Veram divortii causam præbet adulterium alterutrius coniugis.

190. Dissoluto ex causa adulterii coniugio, innocentia nuptias cum alia persona contrahere licet.

191. Parti etiam nocenti seu adulteri & certis conditionibus novæ concedi possunt nuptiae.

192. Propter desertionem quoq; malitiosam ita dissolvitur matrimonium, ut liceat parti innocentia inire matrimonium.

193. Parili modo dissolvi potest matrimonium, si xor, quam maritus virginem esse creditit, ab alio corrupta & gravida reperiatur.

194. Quo casu stuprat etiam quandoq; alteri, praesertim stupratori nubere permititur.

195. Opus pium ac Christianum facit maritus, uxorem ab alio ante nuptias stupratam vel gravidam repartam in matrimonio retinens, de quo admittendus, & reconciliatio in Consistorio tentanda.

196. Uxorem ab alio stupratam si maritus in matrimonio retineat, stuprator infantem alimentare obstrictus est: si vero hoc aliove medio infanti de alimentis propici nequeat, onus id Magistratu accrescit.

197. Non audiendas est uxoris divorzium petens, si Uxori

Definitionum Ecclesiasticarum.

- si uxori ab alio ante nuptias stuprata, gnarus stupri debitum praeliterit conjugale.**
- 198. Ignorantiam stupri ante nuptias Vxori illatis si maritus pretendat juramento suo ea obtinere debet**
- 199. Dissoluto ob stuprum ante nuptias uxori illatum matrimonio, omnia bona illata una cum dimidiate donorum nuptialium ei restituuntur debent.**
- 200. Propter impotentiam mariti matrimonium dissolvi potest, data Vxori licentia novarū nuptiarū.**
- 201. Idemq; obtinet, si maritus cum Vxore ob corporis aliquod rituum coire nequeat.**
- 202. Hanc dissolvendum est conjugium propter impotentiam aliudvē corporis rituum post nuptias superveniens.**
- 203. Non permittenda est separatio conjugum sive devotū propter furtum ab alterutro commissū.**
- 204. Non concedendum est diuortium ob paupertatem conjugis, aut si multo ore alieno sit gravatus.**
- 205. Nec annuendum Marito diuortium petenti ob dotem promissam sibi non exsolutam.**
- 206. Diversitas Religionis non dissolvit matrimonium, nisi accesserit malitiosa desertio.**
- TIT. XII.**
- De**
- Separatione Conjugum quoad thorū & mensam ex causā discordiae atque sc̄vitiae.**
- Definit.**
- 207. Conjuges sibi invicem cohabitare debent, ad quod etiam invitū à Magistratu sunt adiungendi.**
- 208. Cohabitationem detrectantes à Magistratoopolitico, carcere quandoq; aliavē penā arbitraria ad eam compelluntur.**
- 209. Vxor si diu à marito absuerit, priusquam suspicionem adulterii purgaverit, vitaq; honestas speciem demonstraverit, maritus ad cohabitationem compelli hanc deberet.**
- 210. Separatio conjugum quoad thorū & mensam verum diuortium non est; & quomodo ab eo differat?**
- 211. Sola Magistratus ecclesiastici auctoritate & pravia causa cognitione, facienda est separatio conjugum quoad thorū & mensam.**
- 212. Impedit sc̄vitia sponsi, quod minus cum eo sponsa matrimonii per nuptias consummare cogatur.**
- 213. Facta licet separatione inter coniuges quoad thorū & mensam: maritus tamen alimenta Vxori præstare obstrictus est.**
- 214. A præstatione tamen alimentorum liberatur maritus, quando uxori restituit bona illata, eaq; ad alimentationem sufficiunt.**
- 215. Separatio quoad thorū & mensam non tollit inter coniuges ius successionis in portione statuaria; quantumvis pars nocens superstes sit coniugi defuncto innocentia.**
- 216. Facta post separationem reconciliatione coniuges ad cohabitationem rursus compellantur. (tur.)**
- 217. Vxor si xosa paenitenti marito cohabitare teneat.**
- 218. Cautio quandoq; de non offendendo ulterius uxorem præstanda à marito, ut eō facilius obtineatur reconciliatio à parte uxoris sc̄vitiam mariti metuens.**
- 219. Quia cautio regulariter præstatur pignoribus vel fideiisoriis. quandoq; tamē iuramento, si Vxor huic fidat.**
- 220. Præstata cautione à marito de non offendendo Vxorem separatio quoad thorū & mensam rursus abolebitur. & coniuges ad cohabitationē adiunguntur.**
- 221. Facta reconciliatione conjugum præstataq; cautio, pena sc̄vitiae exercite marito facile remittitur.**
- 222. Pendente separatione processu, marito, ut interim separatum degat, bene injungi potest.**

TIT. XIII.

De

Partu legitimo: & quisnam talis habeatur?

Defin.

- 223. Cognitio de partu legitimo causa habetur ecclesiastica; adeoq; Consistoris committenda.**
- 224. Partus septimestri habetur legitimus, quoque etiam die septimi mensis fuerit editus.**
- 225. Legitimus quoq; est partus nono mense natus.**
- 226. Nec pro illegitimo haberi debet partus octavo mense editus.**
- 227. Non rigorè nimis inquirendū in tempus conceptionis, si partus in dubio pro legitimo haberi potest.**

TIT.

Index Generalis

TIT. XIV.

De

Stupro, Fornicatione & Alimentatione Spuriorum.

Definit.

- 228. *Stuprata licet coniugium sibi promissum haud probet, stuprator nihilominus ad satisfactionem & præstationem interesse est obstrictus.*
- 229. *Satisfactione & interesse pueræ ac vidua stuprata in eo consistit, ut stuprator illam vel ducat, vel doceat.*
- 230. *Stuprata quo satisfactionem obtineat in bona stupratoris absentis ac fugitiui immitti potest.*
- 231. *Tractat à quantumvis & decisâ causâ stupri in Consistoriis quoad interesse stuprata, pénata tamen delinquentibus imponenda reservatur Magistrati politico.*
- 232. *Stuprum confessus pro patre infantū à stuprato procreati habetur, donec aliud probet.*
- 233. *Licita est transactio in causis matrimonialibus, ut pro redimendâ vexâ Reus pecunia summam exsolvas, quando promissio matrimonii adhuc dubia, ejusq; probatio difficultas.*
- 234. *Sponsa de stupro & fornicatione diffamat a proxima virginem habetur, usq; dñ diffamans contrarium probet, propere nec sponsus nuptias remorari potest.*
- 235. *Tolerari haut debet in Ecclesiâ Concubinatus.*
- 236. *Legitimatus per subsequens matrimonium quia ex thoro legitimo & parentibus honestis censetur natus in Collegium opificum recipi debet?*
- 237. *Virgo vi stuprata num caput poplo regere cogatur, vel ei permittendum, ut seruo coronara incedat.*
- 238. *Non credendum nuda assertioni mulieris stuprata, qua vi se compressam dicit, sed in veritatem stupri violenti à Magistratu est inquirendum.*
- 239. *Quando stuprata de fornicatione cum alii est suspecta, stupratori alimentatio infantis injungenda haut est, priusquam juramento suo stuprata se à suspitione purgaverit.*
- 240. *Transactione licet super defloratione inter stupratorem & stupratam inita, infanti tamen alimenta sunt præstanda, quantumvis de hisce in transactione nil dicendum fuerit.*

- 241. *Suprator non possessionatus in carcere est detinendus, usq; dum caveat de judicio sibi & judiciorum solvi, idq; vel pignoribus aut fidejussionibus, vel saltem jurato.*

- 242. *Stuprator quando est absens & fugitiivus, ex bonis ejus alimenta infanti spacio sunt suppeditanda.*

- 243. *Si stuprator fugitiivus non habeat bona, unde spurius alio posset, pater ejus seu avus paternus alimenta suppeditare tenerunt.*

- 244. *Infans in foribus templi expositus non ex redditibus Ecclesiæ, sed ab eo, qui merum habet imperium, est alimentandus.*

TIT. XV.

De

Ritibus & Ceremoniis ecclesiasticis.

Definit.

- 245. *Uniformes quantum fieri potest, observantur in Ecclesiâ ritus & ceremonia ecclesiastica.*

- 246. *Non faciliter ritus ac ceremonia in Ecclesiâ sunt mutanda, nisi justa causa subfit, ac necessitas statutus ecclesiastici id exposcat.*

- 247. *Non consultis in Synodo verbi divini Ministris, nec convocationis Ecclesiæ ordinibus, suscipienda haut est à Principe & Magistratu mutatio vel abrogatio rituum ecclesiasticorum.*

- 248. *Non potest Ecclesiæ minister pro arbitrio mutare ceremonias sua Ecclesiæ: quod si fecerit, puniam incurrit.*

- 249. *Observantia rituum & ceremoniarum, nec non Ordinatio Ecclesiastica milites a quæ ac alios obligat.*

TIT. XVI.

De

Sanctificatione Sabbati & Concionibus publicis.

Definit.

- 250. *Prohibita sunt in Sabbatho & festis diebus opera manuales opificum; mercatura: & negotiaciones alia, que diebus operariis tractari solent.*

- 251. *Ex causâ tamen necessitatû etiam in Sabbatho opera & labores manuales, finito tamen cultu deum divino permittuntur,*

252. Trans-

Definitionum Ecclesiasticarum.

252. Transgressores Sabbati pro ratione operarum servilium, quas in Sabbato fecerunt, certa punienda sunt multa.
253. Non profanatur Sabbathum exercitio artis sagittariae, palasti & pila & Concediarum, modò non fiat cum neglectu cultus sacri.
254. In civitatibus, oppidi & villis populosisioribus Concilio expetina in Sabbatho ac festis nequam est intermittenda.
255. Non extendatur Concilio ultra horam in Sabbatho festisq; diebus, nec ultra dimidium vel terciū hora quadrantem in diebus profectu ac operariis.
256. Admittendi sunt Studiosi Theologiae præsertim alumni, ad exercitia concionatoria.
257. Modò sint ad hoc satis qualificati, tantosq; in studio theologico profectus acquisiverint, fidemq; Superintendenti fecerint, ut auditores utiliter informare queant.
258. Caveant tamen Parochi Ecclesiæ ministri, ne sapient Studiosis Theologiae exercitium: concionatorium permittendo ipsimet desideria notam incurant: quin & ad Concessiones funebres & solenes substituere Studiosos hanc debent.
259. Precibus publicis post concionem in templo recitandis nominatim persona Collatoris ac Magistratus Diocesos una cum familia sua inseri, proge ex orari debet.
260. Principes vero Nobiles, aliivè, qui nec Domini Dioceses jurisdictionales, nec Patroni sunt, precib⁹ publicis nominatum ac in specie hanc exprimuntur.
- TIT. XVII.
- De
- Ritibus Ecclesiasticis circa pœnitentiam & Baptismum.
- Definit.
261. Piè facit Magistratus pro ratione status ac temporis inserviendo concessiones pœnitentiales quæ intermittenda, ac negligenda hanc sunt.
262. Tempore lucis⁹ publice & calamitatis abstinentia est à Masi a instrumentis sibi sub pena arbitrariorum.
263. Iure multi quoq; solet tempore tuctus publici in tempore lucis⁹ publice & iugica instru-
norum, & a cunctis aliis in cultu diuino & jactu.
264. Severè prohibendum, ne in Republica christiana, celebrentur Bacchanalia.
265. Bona conscientia in judicio litigare possunt Christiani, modò absit indicta & rancor animi.
266. Expellendi sunt Calviniani, qui nulla admonitione se commoveri patiuntur, ut ad orthodoxam accedant Religionem, sed in errore suo malitiosè perseverant.
267. Calviniani & Pontificii, aliivè sectarii rectius informati & ad orthodoxam Religionem Lutheranam conversi, prævia gratiarum actione & precibus publicis, absq; alia solemnitate ad communionem S. Cœna admittuntur.
268. In administratione Baptismi non nisi tres Patrini vel suscepentes admittuntur.
269. Plures quam tres qui adhibent Patrinos vel Successores in Baptismo, multa puniuntur arbitraria.
270. Nobilis generis parentibus numerum Patrinerum in Baptismo liberorum augere permisum est: non etiam patri plebejo, licet mater sit nobilis persona.
271. Pater si ad Baptismum liberorum suorum Patrinos invitare nolit, matri aliisq; proximioribus Cognatis hoc injungi debet.
272. Munera à Patrini in administratione Baptismi oblatæ non parentibus, sed ipsis baptizatū consentur donata, ad eosq; spectant.
273. Cogenda hanc est Puerpera, ut finito puerperio una cum infante seu partu in templo se sistat, & a ministro Ecclesiæ benedictionem acceperit.

TIT. XIX.

De

Administratione & usu Cœnæ Dominicæ.

Definit.

274. Summa devotione ac decenter absq; omni levitate ad sacram Cœnam accedendum.
275. Sanctam communionem & usum sacra Cœna semper procedat Confessio privata, vulgo auricularis, nec intermitterea debet.
276. Si tamen accessurus ad sacram Cœnam justæ ex causa intermisserit Confessionem arceri propterea non debet à sacra Communione.

Index Generalis

227. Multam arbitriam haut effugiet, qui post Confessionem privatam die Sabbati factam sequenti die dominicâ ad sacram Cœnam non accedit: nisi justa causa præpeditus id fecerit, quo casu altera Dominica sequenti absq; ulteriori confessione privata ad Communionem admittendus.
278. A peregrinis, qui lingua am germanicam non calent, bene Confessio per interpres proferri, & absolutio obtineri potest.
279. Resipientibus ac paenitentibus nunquam deneganda est sacra Communio.
280. Impenitentes verò & cum proximo non reconciliati ad usum sacra Cœna nequaquam sunt admittendi.
281. Homo facinorosus, ut homicida, blasphemus, adulter &c. quantumvis paenitentiam agat, ad sacram Cœnam tamen admitti non deber, antequam per depreciationem publicam cum Ecclesia fuerit reconciliatus.
282. Facta licet homicida aliive facinoroso remissione pena à Magistratu, ad sacram tamen Communionem ante publicam depreciationem admitti is haut debet.
283. In casu tamē necessitatis mortis, subito instantis, facinorosi paenitentes etiam absq; publica depreciatione ad usum sacra Cœna admittuntur.
284. Non deneganda est sacra Cœna, nec depreciation publica injungenda iis, qui vulgo facinorosi habiti, tales revera non sunt.
285. Multò minus arcendi sunt à sacra Communione, vel depreciatione publica gravandi qui criminis inculpati de eo neq; confessi neq; convicti sunt.
286. Indicit tamen urgentibus si gravati sint de crimine aliquo inculpati, absq; depreciatione publica ad sacram Communionem admitti haut debent: Sola autem fuga ex metu carceris pro urgente indicio non habetur.
287. Pendente processu vel inquisitione super crimen. Reus admitti debet ad usum sacra Cœna absq; depreciatione publica: pravia tamen quandoq; admonitione, ne scandalum inde capiant parochiani.
288. In foro qui litigant, a sacra Communione arcri hant debent.
289. Diligenter prospiciendum de vino in pagis, ne deficit in administratione sacra Cœna.
290. Nemo auditorum reliquo suo ordinario Pastore, ab alterius Ecclesia & dioceſeo ministro ad sacram Communionem admitti debet.
291. Alter tamen res sese habet in casu necessitatū & periculo pestis, qua cœtus ordinarius & dioceſis est infecta.
292. Extra casum necessitatis aut morbi in adibus privatissimis vel sacrario templi sacra Cœna uti nō licet.
293. Plures quando sunt in ministerio College, unus porrigit sacram Cœnam: ad quod alias vicinus vicino Pastori est obstrictus.
294. Qui rariſime aut nunquam ad sacram Cœnam accedunt, à Pastore, ne diutius abstineant, admoneri: & si non pareant, Superintendenti ac Consistorio res deferri debet.
295. Diutius à Cœna sacra abstinentes ad usum ejus comminatione carceris, alterius re pena adigi debet.
296. Expellendi sunt, qui sepius admoniti in abstinentia a Communione sacra malitiosè perseverant: ipsisq; injungendum, ut bona sua vendant & alio migrem.
297. Deneganda est sepultura honesta contemtoribus Sacramentorum, qui nulla opera ad usum sacra Cœna adigi potuerunt.

TIT. XIX.

De

Bonis Ecclesiasticis, eorumque
administratione.

Definit. (nuenda.

298. Bona Ecclesia augenda potius sunt, quam mihi.
299. Cura bonorum ecclesiasticorum, eorumq; administratione Principibus & Statutibus Imperii jure Episcopali incumbit.
300. Sine decreto & consensu Magistratus ecclesiastici sive Consistorii haut alienari debent bona Ecclesia.
301. Nunquā sine causa justa, rationabili & sufficiente alienatio & distractio bonorum ecclesiasticorum permittenda.
302. Causa cognitio distractiōnem bonorum Ecclesiasticorum & Magistratus consensu præcedat, necesse est.
303. Ipso

Definitionum Ecclesiasticarum.

303. *Ipsò iure nulla est bonorum ecclesiasticorum alienatio sine causa sufficiens, eiucumq; cognitione & consensu Magistratus ecclesiastici seu Consistorii suscepta.*
304. *Locatio bonorum ecclesiasticorum ut subsistat, causa pariter cognitionis & decretum Magistratus ecclesiastici necesse est.*
305. *Bona Ecclesia locanda sunt ei, qui majorem offert pensionem.*
306. *Pro impedienda bonorum Ecclesia locatorum præscriptione, pensio seu merces non nunquam & ad summum, singulis decem annis augeri, vel conductoris persona mutari debet.*
307. *Emptores prædiorum & bonorum ecclesiasticorum sunt dotales Ecclesia, ac proinde patrocinio Consistorii fruuntur.*
308. *De bonis & redditibus Ecclesia neque rectigalia & tributa exiguntur, neque alia onera iis impununtur.*
309. *Excepto summa necessitatis casu, ne quidem collectus extraordinarius Clerici & bona ecclesia gravari debent.*
310. *Nec conductores prædiorum ac bonorum ecclesiasticorum collectas & tributa horum nomine prestare obstricti sunt.*
311. *Patrimonialia seu hereditaria bona si Clerici possideant, borum intuitu tributis & collectis se eximere nequeunt.*
312. *Canoniciatum certa pecunia Summa redimere & acquirere non licet: nec subsistit jure hic actus, aut quemquam obligat.*

TIT. XX.

De

Reditibus & Ætrario Ecclesie.

Definit.

313. *Prefectus seu Curatoribus Ecclesia den Kirchvätern administratio reddituum & ararii ecclesiastici committenda; reservata tamen Parochi inspectione.*
314. *Libri rationum à curatoribus Ecclesia confici, inque iis omnes ac singuli redditus & accepta consignari debent.*
315. *Matricula pariter & libri rationum acredi-*

- tuum ecclesiasticorum non incuria vel Pratorio, sed apud ecclesiam custodiri debent.*
316. *Quotannis à Curatoribus Ecclesia seu Prefectis ararii ecclesiastici rationum redditio est exigenda, cui non solum Curator sive Patronus, sed etiam Pastor ac Superintendentis cuiusque diaconos intersit necesse est.*
317. *Super rationibus à Prefectis ararii vel Curatoribus Ecclesia redditus Parochiani etiam sunt audiendi, priusquam subscriptione & quitatione Superintendentis administratores liberentur.*
317. *Frovidi sint Curatores seu Prefecti ararii in exigendis Ecclesia nominibus, eiusque pecunia à ecclesia, nec sine consensu Patroni & Pastoris novum contrahant nomen.*
319. *Elocari debet pecunia ararii ecclesiastici sub usuris: moderatis tamen & licitis, non medium permisum excedentibus.*
320. *Annuorum reddituum nomine Ecclesia ultra quincunces à venditore exigere nil valet.*
321. *Vel si de iustitione sufficiente, vel hypotheca expressa in bor. is debitorum constituta, Ecclesia ratione pecunia mutuo data asecurari debet.*
322. *Blanditiis inducere lucet moribundum, ut legatum relinquat & assignet Ecclesia in testamento.*
323. *Delegato reliquo den Altarleuten/ hoc est, iis qui altari in servient, non participant Curatores Ecclesia vel Prefecti ararii ecclesiastici, die Kirch. Väters.*

TIT. XXI.

Mendicis & Sustentatione miserabilium personarum.

Definit.

324. *Non ferendi sunt in Republica ignavi & validi mendicantes, sed eorum importunitas cohibenda.*
325. *Mendicantibus non concedatur sine permisso Consistorii ostiatum stipem colligere.*
326. *Licentia quantumvis data mendicis eleemosynas ostiatum colligendi, sine proscitu tamen Magistratus cuiusq; loci collectio institui non debet.*
327. *Eleemosyne pro Universitate incendium passa collecta ita distribui debent, ut maior earum pars cedat ad reparationem Ecclesia aliarumq; domum*

Index Generalis

- um sacrarum & publicarum; reliqua vero fin-
gulis proratione damni cuiusq; aſſiguntur.
328. Sine prescitu & co- ſenſu Superintendentis ſti-
pendia ſi e publica ſint, ſive privata, Studioſis &
Scholaribus conſerri haut debent.
329. Pieſi: uunt miniftri Eccleſia, iſiſum fraterni-
tati ſeu ararium in favorem Viduarum ac Or-
phanorum ſuorum erigentes, & conſenſum Prin-
cipiſ perentes, qui nec ius denegari, nec rediuiſ ſiſci
alies in uſu converti debent.
330. Predium Hospitali ſive pauperibus legatum,
ut ex annis reditibus ſuſtentetur, contra vo-
luntatem teſtatoris diſtribui haut debet.
331. Niſi iuſta, probabiliſ & ſufficiens diſtractionis
cauſa aliſit.
332. Legatum ad certam piam cauſam, eā defici-
ente in aliam & ſimilem cauſam aequē piam con-
verti potest.
333. Stipendium ad ſuſtentationem: proximioribus
consanguineis relictū: deī necliti Feundē,
ad utriuſq; ſexus Consanguineos ſpectat.

TIT. XXII.

De

**Ædificatione & Reparatione Ec-
clesiarum domuumque parochialium:
nec non operis ad agriculturam in pa-
rochiali preſtandis.**

Definit.

334. Conſenſu & auſthoritate Epifcopi ſeu Conſiſto-
ria, aſſificatio & reſtauratio Ecclesiarum eſt fuſci-
pienda.
335. Quod & de domo parochiali aliuſq; edificiū ec-
clieſticiū eſt aſſeverandum.
336. Non properandum ad edificationem & reſta-
rationem Eccleſia domuumq; parochialium, iſe-
quiuſ Patronis & Paročianis.
337. Non minuſ. Eutuo ſire Cuſtodi quām iſi Pa-
rocho de habitatione idoneā ac domo eſt proſpici-
endum.
338. Extra cauſum certe conſuetudinis ſumptus ad e-
dificationem & reparationem Eccleſia domumq;
parochialū ex araria deſumū: ut ecclieſtico.
339. Facultate: ac rediuiſ Eccleſia ſi non ſufficient ad

- fabricam, Paročiani contribuere & ſumptus
ſuppeditare tenentur.
340. Operas inſuper non ſolummodi equis, ſed &
manibus ad fabricam Eccleſia & domuum pa-
rochialium preſtare obſtricti ſunt Paročiani in
villis ac pagū.
341. In differenter contribuunt ad fabricam Eccleſia
& domuum parochialium Paročiani, ſive ſint
mansarii, inquilini vel hortulanii, Hoeffner /
Heuſler und Gärterer.
342. Quomodo collecta inter paročianos paganos,
mansarios nempe, inquilinos & hortulanos di-
ſtribuende?
343. Paročiani quoque Eccleſia filialis, vulgo Filia-
liſte ad reparationem adiſiſorium Eccleſia ma-
tri ſunt obſtricti,
344. Aequali ſiat hoc caſu diſtributio collectarum
inter Filialiftas & reliquos paročianos, ſeius at-
que in ſumptibus viſitationum: niſi conſuetu-
ne loci aliud ſit introductum.
345. Non contribuunt ad fabricam Eccleſia matris
Filialifta, qui peculiarem in pago ſuo habent e-
dem ſacram, templum vilfanum.
346. Nobile paročiani à collectu ad fabricam Ec-
cleſia & domuum ecclieſticarum immunes haut
ſunt.
347. Ratione tamen bonorum feudalium ad contri-
buendum haut adigi poſſunt.
348. Non audiendi ſunt paročiani, contributiones
ad fabricam Eccleſia propter ea derelictantes, quod
alio in territorio & ſub alio Magistratu degant,
ſuumque habeant domicilium.
349. aliud ſacuendum de forensibus, qui in pa-
rochiali, cuius Eccleſia refectione eget, fundos & pra-
dia poſſident: Non niſi enim pro ratione neceſ-
ſitatis, conſuetudinis & aliarum circumſtantia-
rum ad contribuendum bi adigi poſſunt.
350. Sumtu ex arario ecclieſtico vel à paročianis
preſtandi ſunt, non modo ad conſtructionem, ſed
& ad reparationem adiſiſorium ecclieſticum &
Parochialium partiale, ut ſi Baptiſteriū, Cam-
pana, Organum pneumaticum, aut in edibus pa-
rochialibus muſeum Paſtoris, Balneum vel aqua-
ſaliens, &c. ſit refuenda.

351. Sa-

Definitionum Ecclesiasticarum:

351. *Sacra ade devastata, vel domo parochiali peste infecta, usq; dum fiat reparatio & purgatio, de alio commodiore loco cultui divino & habitationi Pastoris est propiciendum.*
352. *Incumbit ministeris Ecclesie, propriis sumibus ades parochiales sartas tectas & in bono statu conservare, in dach und erhalten.*
353. *Habitationem in adibus parochialibus Ministri Ecclesie alii locare non debent.*
354. *Sine prescitu & consensu Consistorii haut instituenda ac celebranda sunt nuptie in adibus parochialibus.*
355. *Agrorum parochialium cultura & operis subtrahere se nequeunt Parochiani.*
356. *Onnes indifferenter operas agriculturae praestant parochiani: nec non vecturas simi in agros, & frumenti in horrea.*
357. *Haut tamen gratis operas agriculturae prestant parochiani, qui dotales non sunt, sed certa mercede conducti: & qualis haec esse debeat?*
358. *Parochiani operas suas ad culturam agrorum alii elocare nequeunt, priusquam agri Ministeriorum Ecclesie parochiales ab ipsis consisti fuerint.*
- TIT. XXIII.
- De
Subsellia templorum, co-
rumque jure.
- Definit.
359. *Cura & administratio subselliorum templi Superintendenti una cum Aedibus vel Prefectis Ecclesia incumbit.*
360. *Pro qualinam pretio subsellia in templis vendenda & redimenda?*
361. *Tutus quilibet subsellium semel ematum possidet, nec rursus eo est destituerius.*
362. *Possessores subselliorum in templis pro lubitu eauri rursus vendere, & in alios transferre non possunt.*
363. *Nulla valet dispositio testamentaria de sellis templorum.*
364. *Obitum possessoris pariter & eius migratione ex parochia, domiciliu mutazione extinguitur unus subselliorum, eaq; rursus templo ceavit.*
365. *In redemptione subselliorum templi, possessoris heredes gaudent iure protomiseos & prælationis.*
366. *Præcedunt in redemptione subselliorum inter plures heredes, qui sunt alii proximiiores.*
367. *Non habitaratione agrationis vel cognationis, sola graduum proximitas in redimatione subselliorum templi attenditur.*
368. *Ius protomiseos seu prioritatis in redemptione subselliorum templi non nisi initia menstruum spatium exerceri potest quo elapsa extinguatur.*
369. *Non invidendum Nobilibus parochianis, si de commodiорibus subselliorum in templo iis propiciatur vel etiam in honorum assignatione alii ei præferantur.*
370. *Subsellia Officialium publica in templis nulli subjecta sunt redemptioni post ipsorum obitum.*
371. *Quorumnam sumibus subsellia Officialium publica in templo construenda & adiuncta?*
372. *Usus subselliorum publicorum haut concedatur aliis qui ipsi Officialies non sunt.*

• TIT. XXIV.

De Iure Sepulturæ.

Definit.

373. *Corpora defunctorum terra sunt inferenda & sepelienda: quaque sepulchrorum profunditas esse debeat?*
374. *Sepultura honestamini ob paupertatem est deneganda.*
375. *Sepelienda quoq; & terra inferenda sunt cadaver occisorum in viis publicis reperta.*
376. *Digni haut sunt honesta sepultura autoxipes, qui semetipsos interficiunt.*
377. *Non vero privandi sunt honesta sepultura, qui ex melancholia, furore, aliavè animi impotentia mortem sibi inferunt: cernmonius tamen moderatiорibus sepeliendi.*
378. *Moderatio ceremoniarum infunere eorum qui dementes, vel ex animi impotentia mortem sibi intulerunt, cognitioni & arbitrio Magistratus ecclesiasticus Consistorii est committenda.*
379. *Cadavera Reorum delinquentium in reatu mortuorum, ac Carnifice in loco famoso terra inferuntur.*

380. C4-

Index Generalis

380. *Carina sepultura afficiendi haut sunt Rei de criminе nondum confisi vel convicti.*
381. *Ex casu fortuito ac improviso minis felici morte abrepti, sepultura honesta haut carent.*
382. *Absq; omnibus ceremoniis in loco separato sepeliendi sunt impii, contemtores verbi divini & Sacramentorum.*
383. *Catholici, Calviniani vel alii secta addicti in provinciis Statuum Evangelicorum honeste sepeliri debent, omisis licet vel temperatis saltim pro ratione circumstantiarum ceremoniis consuetis.*
384. *Dinegari haut debet Sepultura ceremoniis consuetis adornata sit, qui de falsa Religione tantummodo sunt suspecti.*
385. *Munda sint Cœmiteria ab omni illuvie, mæni busq; & septimento cincta.*
386. *Ex frequentia funerum si cumulentur sepulchra, contagioni inde metuende omnibus modis occurrentum, & Cœmiterii vel dilatandum, vel aliud novum est construendum.*
387. *Sumtus ad fabricam & constructionem Cœmiterii ex avario Ecclesia defumendi: aut si facultates huius non sufficiant, à Parochianis sunt suppeditandi.*
388. *Urgenti necessitate ad Cœmiterium extrendum vel dilatandum ut possessor fundum vel agrum suum pro justo pretio vendat, invitus compelli potest.*
389. *Non improbanda est consuetudo, ut honoratiōes defuncti in Ecclesia seu templo sepeliantur.*
390. *Sine præscitu & consensu Patroni seu Collatoris nemo in Ecclesia sepeliri debet.*
391. *Non invidendum Ecclesia lucellum seu honoraarium pro loco sepulture, in cuius aſignatione maximopere providendum, ne scilicet templi officiator, vel cuiquam sit impedimento.*
392. *Annuendum est illastribus, nobilibus & honorarioribus personis, in memoriam & honorem suorum defunctorum Cenotaphia in Ecclesiis erigi, vexilla affigi, aliaq; monumenta ponī & funus ornari curantibus.*
393. *Deferendum petito heredum, ut in cœmiterio coniunx juxta tumulum prædefuncti Coniugis sepeliantur.*
394. *Præcavendum, ne in sepulta maneat corpora peste defunctorum: quātamen in loco peculiari ac remoto humari debent.*
395. *Non admittenda est appellatio in causa sepulture, si moram haut patiatur.*

T I T. XXV.

De

Rebus & Juribus Academicis. Definit.

396. *Academias in emporiis seu civitatibus Mercorialibus commode erigi, nostra fidem facit Lipsiaca apud Status Imperij Evangelicos primum tenens locum.*
397. *In Collegiis Facultatum Academicorum, quarum primum tenet locum Theologica, secundum Iuridica, tertium Medica, quartum Philosophica, ad Professionem non facile admittendi sunt, qui gradum Doctoris in tribus superioribus, in Philosophicā vero Facultate Magisterii titulum haut sunt affectui.*
398. *Officium & dignitas Rectoralis beneper electi, non defertur Principibus & Illustribus personis in Academiâ literis operam navantiibus, aliquique Professoribus & membris Universitatis absq; ulla Superioris & Patroni confirmatione: modò causa prægnans interventionem & censuram eius haut exigat.*
399. *Præviâ demum nominatione certarum personarum à totâ Universitate facta, una ex iis ad Professionem vacantem à Patrono Academia confirmatur.*
400. *Culibet tamen facultati in Academia Lipsiensi competit ius nominandi novum professorē: sed prævia communicazione cum reliquarum Facultatum Professoribus.*
401. *A Serenissimo Saxon. Electore Ordinarius, qui & Facultatis Iuridice perpetuus est Decanus, in Academia Lipsiensi immediate, haut præcedente aliqua nominatione constituitur.*
402. *Singula Facultates in Universitate Lipsiensi pro Schrifffasfis habentur: quorum jure totius solum-*

Definitionum Ecclesiasticarum.

- luminis modo Academia VVittbergensis Collegium gaudet.
403. Solet quandoq; Serenissimus Elector haut expectata Vniversitatis nominatione novos constituere Professores.
404. In nominatione ac electione novorum Professorum ed semper est responsum, ut inter pares preferantur alii indigenae, stipendiarii, quique in Collegio Professorum nullo consanguinitatis vel necessitudini vinculo aliis sunt conjuncti.
405. Seduli & fideles sint Professores in profitendo ac disputando, nec propterea extraordinarie Commissionibus & occupationibus, quibus remora iniici potest, gravandi.
406. Bene valet dispensare Princeps Academiae Patronus, ut Professor legat per Substitutum.
407. Nequaquam prohibendi sunt Professores juris in Academias profitendo ac disputando ius publicum tractare.
408. Gradus ac tituli Academicci non nisi doctis & honore dignis sunt conferendi.
409. Stipendia non nisi piis, probis, studiorum avidis & eruditis conferri debent.
410. De redditibus Facultatis absens quoq; Collega

- participat, si occupationibus publicis a Principe vel Magistratu sibi impositis praepeditus, expeditionibus Collegii interesse haut poterit.
411. Cadavera punitorum licet Medicis recte concedantur ad Anatomiam, exercitium tamen anatomici extra Academiam nemini est permittendum.
412. Non facile inter Professores Academicos processus iniuriarum admittantur, sed contentio ac discordia quibuscumq; modis componantur,
413. Absq; censura & subscriptione Inspectoris vel Decani in Facultatibus Academicis nul quicquam literarum typis excudere & publicare Typographis fas est.
414. Iure conceduntur privilegia Bibliopolii super certis autoribus ac libris sumptibus ipsorum impressis, nec alius quisquam eisdem excudere faciat, & exponat venales, indicta confiscatione multaq; pecuniaria in transgressores.
415. Cavendum maxime, ne irrevocabile Bibliopolis detur privilegium; & quando id revocari queat.
416. In causis privilegiorum, qui ea concepit, legitimus est Index & interpres.
417. In Collegiis ac Dicasteriis non facile recendum est a recepta titularum obsecranta.

L I B . I I I .

De

Iudicio & Processu Ecclesiastico, paenique in hoc foro dictandis.

T I T . I .

De

Foro ecclesiastico, ejusque competencia & iure.

Definit.

1. Negotia & res ecclesiastica non in foro seculari, sed iudicio ecclesiastico ventilari ac trattari debent.
2. Non sunt tractanda in Consistoriis ea, quae internam potestatem Ecclesiasticam concernunt: nec qua ad totam pertinent Ecclesiam, vel sibi Princeps sunt reservata, sed causa propriè Consistoriales: & quam illa?
3. Pastores & persona Ecclesiastica exempta, non

- sunt a potestate seculari. Magistratum tamen & judicem politicū in personalibus haut agnoscunt competentem, sed conveniri debent in Consistoriis.
4. Priuquam in Consistoriis processus admittatur contra personas Ecclesiasticas, tentanda est amicabilis compositio a Superintendente inter partes litigantes.
5. Iurisdictio Consistorii se non extendit ad causas criminales, quae paenam merentur capitalem vel corporis afflictivam.
6. Custodes quoq; & Ludimoderatores, aliq; Ecclesia ministri hoc fori privilegio gaudent, ut in personalibus tantummodo coram Consistoriis convenientur.

f

7. Non

Index Generalis.

7. Non gaudent faro Consistorii privilegiato Ministeri Ecclesiae in actionibus realibus, sed coram iudice seculari sub quo res sita sunt convenientur.
8. Defuncto Ecclesiae ministro mobilia ejus secundum statuta Latorum seu fori, ubi commoratus est, dividi debent.
9. Pastore vel ministro Ecclesiae absq; hereditibus defuncto bona ejus mobilia cedunt Fisco Principi qui iurabat Episcopalia, eaq; per Consistorium exercet.
10. Clerici & ministri Ecclesiae, uxori predefuncti in Gerade non succedunt.
11. Causa世俗的 in Consistorio tractanda haut sunt, sed ad forum secularare remittenda.
12. In curiis Provincialibus forum haut sortiuntur Academia Electorale Saxonica, vel Magistratus Universitatum, nec ibidem jure convenire possunt, nisi aliud consuetudine introductum.
13. Decretum vel mandatum Consistorii Iudex secularis requisitus sub pena centum florenorum executioni mandare obstrictus est.
14. Contra mandata Electoralia Inhibitiones ac precepta decernere haut valent Consistoria.
15. Decretis Synodalib⁹ ab omnib⁹ precise est parendū.
16. Prudenter in Electoratu Saxonia est constitutum, ut Ecclesiastici pariter ac Politici, qui publice funguntur muneribus, juramenti Religionis vinculo obstringantur.

TIT. II.

De

Processu fori Ecclesiastici in genere.

Definit.

17. In Consistoriis constitueri baut sunt certi Notarii.
18. Viduis Pastorum litigantium curatores in Consistoriis dantur & constituuntur.
19. In causis ecclesiasticis Laici per iudicem ac Magistratum seculariem ad Consistoria citari debent, hoc est hujus subsidium non sit implorandum.
20. Vidua defunctorum Pastorum consumax sub comminatione privationis Salarii semestris ad Consistorium citari potest.
21. Incarceratus sive causa ecclesiastica conveniatur, per dictores in Consistorio sibi debet.
22. Clerici & ministri Ecclesiae perinde ac Laici me-

- diantur iuramento ad testificandum compelluntur.
23. Nisi ex conventione partium litigantium ministeri Ecclesiae, ad testimonium prohibendum producti, juramentum remittatur.
24. Clerici Ecclesiastici ministri ad testimonium prohibendum producti, non nisi coram Magistratu ecclesiastico vel seculari, cui speciatim id dedit licentiam, examinari debent.
25. Sacerdos ad testificandum requisitus non debet revelare confessionem sibi factam.
26. Non adigendi sunt testes ad testificationem & juramenti prestacionem, si effectu ea destituatur.

TIT. III.

De

Processu in causis Matrimonii & Stupri.

Definit.

27. In causis matrimonialibus summarie procedendum, nec singula quaq; ordinarii processus strictè observanda.
28. Non omittenda tamen sunt in causis matrimonialibus substantialia processus jure naturali inducta, veluti citatio, Rei responsio probations & interrogatoria &c.
29. Coram Superintendentे & Magistratu loci causa matrimoniales etenim tractari possunt, quare non agitur pro matrimonio consummando.
30. Contra matrimonium verò nihil validè agitur coram Superintendentе & Magistratu loci, nec absolutio à matrimonio ab iis decerni potest.
31. Non valent litigantes in Consistoriis causas matrimoniales per mandatarios & defensores tractare, sed in propriâ persona comparere ipsos necesse est, quod & in feminis obtinet.
32. Actione de promissio matrimonio intentata, Reus ne lite pendente cum alia persona contrahat nullitas, cautione ab ipso praestanda adiungi potest.
33. Actione de promissio matrimonio intentata, etiam post litiu contestationem actor renunciare, & à litio pro rorsus discedere potest.
34. Imposita quantumvis post litiu contestationem probatione, vel etiam suscepta jam ea, Actor tamen paenitere, rursus illam deserere & à lite discedere valer.
35. Etiam

Definitionum Ecclesiasticarum.

35. Etiam post publicata testium attestata, quin & post latam sententiam, nondum tamen publicatam vel ante rem judicatam actor ab actione de promisso matrimonio intentata resistere valet.
36. Desistente Actore ab actione de matrimonio promisso instituta, Reus absolvitur, & utrig₃ part cum alia persona conjugium inire permittitur.
37. Quocunq₃, verditate tempore Actor in causā matrimoniali ab actione institutā discedit, Reo expensas refundere obstrictus est.
38. Sapienter tamen hoc c. u. Actori à lite discedenti Reus expensas refundere tenetur, quandoq₃ etiam, si actore succubente vicit oriam reportaverit & absolvatur fuerit.
39. Contra matrimonium nulla subsistit transactio privata seu extra judicialis.
40. At valida est transactio judicialis coram Magistratu Ecclesiastico seu Consistorio, etiam contra matrimonium inita.
41. Per transactionem qui obtinuit absolutionem ab actione de matrimonio instituta priusquam satis fecerit promissū, ad consummationem alterius matrimonii non admittendus.
42. In causis etiam matrimonialibus actori incumbit probatio, qua non uno sed duobus ad minimum testibus perficietur.
43. Fratres, affines, proxeneta & domestici admittuntur quidem ad testificandum in causis matrimonialibus: attamen testes omni exceptione maiores haui sunt.

T I T. IV.

De

Juramentis præsertim in causis matrimonialibus præstandis.

Definit.

44. Deferre licet iurandum in causa matrimoniali dunt axat affirmativum pro matrimonio contrahendo: non etiam negativum ad illud dissolvenāum.
45. Iuramentū purgationis tamen, etiam ad matrimonium dissolvendum, Reo à judge deferri potest.
46. Iurandum quoq₃ in supplementum à Iudice in causis matrimonialibus potest deferri.

47. Sola confessio stupri sufficiens indicium hanc facit ad juramentum purgationis de non facta matrimonioris prouisione Reo injungendum.
48. Secus res se habet, si una cum stupri confessione contra Reum alia adhuc concurrant indicia.
49. Super stupro pariter & prouisione matrimonii Reo conjundim deferri potest juramentum purgationis, si triusq₃ ratione indicis fuerit gravatus.
50. Vrgentissima ac indubitate si contra Reum militent presumptiones de promisso matrimonio, consummatio ejus ipsi patius injungenda, quam iuramento res committenda erit.
51. Prestito iuramento, si Reus à prouisione matrimonii se liberaverit, in totum absolvitur, concessa simul facultate nuptias cum aliā personā contrahendi.
52. Reus iurare nolens pro confesso habendus, & consummatio matrimonii ei est injungenda.
53. In causā matrimoniali iurare jussu facere id debet in propria persona, nec admittendus nomine eius procurator.
54. In causis matrimonialibus non observatur terminus jurandi peremptorius.
55. Juramentum super matrimonii prouisione vi extortum ipso jure nullum est, & quomodo hec casu procedendum?

T I T. V.

De

Processu Desertionis.

Defin.

56. Desertio justa ac sufficiens est causa divorii.
57. In Sponsalibus quoq₃ obtinet divorium sive Repudium ex causa desertionis.
58. Ad processum desertionis haud deveniendum est, priusquam Magistratu ecclesiastico sive Consistorio de malitiosa desertione, eiūque circumstantiū constet.
59. Iniungi potest de seruo iuramentum purgationis, si probabilem coniugis absentiam, vel locum, in quo reperiendus, dissimulet.
60. Tempus absentie in desertione malitiosa iudicio arbitrio committendum.
61. Triplex requiriatur citatio in processu desertionis: & quanam illa.

f 2 62. Cī.

Index Generalis

62. Citatio in processu desertionis fit editio publica: in trium diversorum Dominorum territoriorum in dreyer unterschiedener Herren Landen intimata.
63. Editio citatio in processu desertionis vel ex suggestu notificanda: vel publico in loco est affigenda.
64. Non procedendum ulterius in causa desertionis, priusquam de citatione legitime facta constet.
65. Admittenda est mulier desertrix, si ipsam in Consistorio comparere, & ad actionem super desertione institutam respondere velit.
66. Reo in contumacia perseverante, nec à criminis desertionis se purgante, quomodo definitivè adversus eum sit pronunciandum?
67. Nunquam Conjunx desertus impunè contrahit cum alia persona matrimonium ante sententiam definitivam judicialiter super desertione latam.
68. Ante finitum desertionis processum Sponsalia cum alio contracta, licet pro bigamia verè non habentur, rursus tamen dissolvuntur.
69. Si de adulterio vel bigamia desertoris seu desertrici certè constat, absq; ulteriori desertionis processu dissolvitur matrimonium.
70. Desertorem suspectum de adulterio, redeuntem conjunx in matrimonium recipere non tenetur, priusquam juramento se purgaverit a suspicione commissi adulterii.
71. Absq; speciali dispensatione ex causa rationabilis facta, desertori ac desertrici hanc novum inire facit matrimonium.

TIT. VI.

De

Pœna Supri.

Definit.

72. Stupri ac fornicationis pœna à Magistratu politico, non ecclesiastico vel Consistorio est decernenda.
73. Stupri crimen pœnam carceris, quandoq; etiam relegationis meretur.
74. Stupri ac fornicationis Rei pecunia multanda hanc sunt.

75. Pœnam carceris vel relegationis supri Rei à Magistratus convertere nequit in multam pecuniariam.
76. Parili modo despensata persona ante nuptias concubentes: vel post commissū suprum matrimonium contrahentes carceris pœna, non multa pecuniaria sunt coercendi.
77. Coercitio Sponsorum ante nuptias concubentium aequè ad Magistratum politicum spectat.
78. Quandoq; tamen per modum dispensationis à Serenissimo Saxonia Electore & Consistorio Supremo Rei indicitur multa pecuniaria.
79. Hacten concedendum est Magistratus politico inferiori, ut Reos stupri ac costus illiciti sifstat ad Numellas.
80. In favorem matrimonii contrahendi pœna stupri in Consistoriis quandoq; remittitur.
81. Alimenta pro infante jure non petit impregnata, scilicet pluribus concubuerit.

TIT. VII.

De

Pœnitentia ecclesiastica, seu publica deprecatione.

Definit.

82. Nequaquam improbanda est pœnitentia ecclesiastica, seu deprecatione publica.
83. Variarium & solennia in actu depreciationis publica, der Kirchenbusse.
84. Non injungenda est Rei pœnitentibus deprecatione publica sine prescitu & consensu Consistorii Supremi iù in locù, ubi usu introducta hacten est.
85. Deprecatio publica, quantumvis in Civitate vel pago aliquo jam antea in usu fuerit, sine praesertim & auctoritate Consistoriorum a Pastoribus & Superintendentiis nemini potest imponi.
86. Publica deprecatione iusta ac probabili ex causa in multam pecuniariam commutari potest.
87. Solis Consistoriis competit facultas dispensandi, & depreciationem publicam in multam pecuniariam convertendi: non etiam Superintendenti vel ministris Ecclesia.

88. In

Definitionum Ecclesiasticarum.

88. In favorem matrimonii iam contracti vel etiamnum contrahendi, sapius planè remittitur deprecation publica : quandoq; etiam in multam pecuniariam commutatur.
89. In delicto tantummodo publici & universo cœtu scandalosis, locum habet deprecation publica : non etiam in crimen privato & occulto.
90. Puella vi suprata iniungi non debet deprecation publica.
91. Deprecatione publica gravari hanc debet Reus propter crimen alibi commissum.
92. Facta ab aliquo deprecatione publicâ uno in loco alibi ea repentina & duplicanda non est.
93. Persona nobiles à depreciatione publicâ exempta hanc sunt.
94. Facta quantumvis depreciatione publicâ ; Reus tamen per id non liberatus est à penâ politica in foro seculari : nec una aliam absorbet.

TIT. VIII.

De

Turbatores Sacrorum quomodo puniendi?

Definit.

95. Multâ arbitrariâ puniendi sunt, qui verbis importunis & iniuriosis Ecclesia ministeris sacrâ contrariantibus seâ opponunt, iisque contradicunt.
96. Arbitraria quoque est nulla rixantium in Ecclesiâ durantibus sacris.
97. Aggravari debet pena arbitraria contrarixantes, si verbis verbera & plaga accendant.

TIT. IX.

Quomodo procedendum adversus ministros Ecclesie rivosos & conviciatores?

Definit.

98. Propter excessus & convicia in concionibus evomit, ministri Ecclesia in Confessoriis actione iniuriarum conveniri possunt.
99. Tentanda est reconciliatio & compositio amicabilis priusquam adversus ministros Ecclesia processus decernatur.

100. Immunit à pena non est, qui malitiosè aduersus Ecclesia ministros famosam intentat actionem iniuriarum.
101. Ministri Ecclesia iniuriarum conventi spontanea declarazione Palinodiam facile declinare possunt.
102. Preceavere incumbit Magistratu Ecclesiastico, ne ex seditionis ministriorum Ecclesia concionibus motus excitetur aduersus Magistratum.
103. Quem in finem adigendi quandoque sunt ministri Ecclesia, ut excessum publicè agnoscant, & mentem suam prævia adhortatione de praefanda Magistratu obedientia, pro concione decarent.
104. Officii sui erga Ministerium auditores sunt admonendi è suggestu, si ministri Ecclesia post scandalum datum reconciliati ad functionem ecclesiasticam rursus admittantur.
105. Propter inimicitiam & discordiam cum Pastore non in permittendum est exercitium Religiosi, sive cultus divini in cœtu alieno.
106. Collatori tamen seu Magistrati in pluribus parochiis habenti jus patronatus, quounque in cœtu velit, cultum divinum exercere fas est.
107. Non indulgendum ministri Ecclesia, ut ex odio & afflictu privato cuiquam denegent absolutionem & usum sacra Canæ.
108. Rixa & litigiosa contentioji inter Magistratum seu Collatorem & Parochum exorta per spontaneam eius translationem benè obviari potest.

TIT. X.

De

Depositione seu remotione Ministeriorum Ecclesie ab officio, eorumque pœnisi.


Definit.

109. Removerenum liceat ministros Ecclesia ab officio : & quomodo remoto seu depositio differat à degradatione?
110. Removeri non possunt Ministri Ecclesia ab officio à patrono vel Magistratu politico : sed pertinet ius hoc remotionis seu depositionis ad sola Confistoria Ecclesiastica.


Index Generalis Definitionum Ecclesiasticarum.

111. Accurata causa cognitio remotionem Pastorū ab officio precedat, necesse est.
112. Extra casum criminis atrociorū Ministri Ecclesie, non nisi gradibus admonitionum præmissis, ab officio removeri debent.
113. Carcere nihilominus puniuntur Ministri Ecclesie, miti Priestertalem Schorsamib si vel remotionem totalem navis levioribus non meruerint, vel de emendatione nondum admoniti fuerint.
114. Quandoque etiam Ministri Ecclesia pro qualitate criminis ad certum tempus ab officio suspenduntur.
115. Suspenduntur quoque ab officio Ministri Ecclesie criminis atrocioris inculpati, usque dum præviis legitimā inquisitione confessi aut convicti fuerint, vel innocentiam obtinuerint.
116. Ministri Ecclesie ab officio suspensi, cura animarum viciniis Pastoribus interim est committenda.
117. Ministri Ecclesie ab officio suspensi quandoque pravia depreciation & admittitione publica restituuntur.
118. Puniuntur etiam ministri Ecclesia transloca-
- tione de parochia una ad aliam : Et quandoque de superiori ad inferiorem : vel etiam de opimo ad sterilem pastoratum.
119. Custodes quoque sive Æditui propter crimen commissum ab officio jure removentur.
120. Quod idem habendum de Cantoribus aliasque Schola Collaboratoribus atque ministris.
121. Remotio tamen Custos ac ministrorum Schole non nisi gradibus admonitionum præmissis decerni debet.
122. Non semper , nec propter omne indifferenter delictum Custos ab officio removersi debet : Et quid in causa stupri, si stupratam duxerit in uxorem?
123. Propter homicidium causale haud removendus est Custodes ab officio.
124. Decernitur quandoque etiam in Custodes delinquentes translocatio, que pena ipsi non minima est, si relicto opimiori beneficio ad sterilius transferantur.
125. Permissum est ministris Ecclesie, justa ex causa resignare functiones suas & in iisdem vel aliis Ecclesiis munia ambire altiora, invitus etiam Patronis & Collatoribus.









In Nomine Iesu Christi.

L I B E R . I.

Nure personarum Ecclesiasticarum, sive Clericorum, eorumque
Vocatione, Officiis, Reditibus, & Salariis.

T I T . I.

De

*Iuribus Episcopilibus, que in Consistoriis Principum ac Statuum
Imperii Evangelicorum tractantur.*

D E F I N I T . I.

Religionis, rerumque Sacrarum cura ad Principem & Magistratum
spectat Politicum,

S V M M A R I A.

- 1. Cura Religionis officio Magistratus Politici incumbit, num. 8.
- 2. Ius rerum sacrarum ad summum refertur imperium.
- 3. Antiquitus Principes Sacerdotii, & Regni munera coniunctim habuerunt.
- 4. Impp. Romani quondam Pontificis titulo honorati.
- 5. In iure utroque renunciantur hodie Doctores.
- 6. Sublata Religione, publica corruit honestas.
- 7. Omnis felicitas à Religione dependet.
- 8. Tituli Magistratus honorifici. n. 10.
- 11. Reges Israëlitarum curā gesserunt Religionis.
- 12. Magistratus tabula utriusq[ue] custos.
- 13. Imperatores sunt Ecclesie Advocati & defensores.
- 14. Probatur hoc exemplo & factio B. Lutheri.
- 15. Impp. ad curiam Religionis in Capitulatio-ne obligati.
- 16. Defensio Ecclesie in quonam consistat.
- 17. Adducitur testimonium Electoris Trevirensis.
- 18. Nec non Magistrini.
- 19. Allegantur rem sive authores hāc de re.
- 20. Rescripta Consistorii supremi. num. 21.

Nequaque errant, qui curam Religionis & defensionem Ecclesiae, non minus ac justitiae administratio-ne, officio Magistratus politici assignant, Balth. Meisner part. 3. Philos. Sobr. Sect. 2. cap.

2. quest. 1. Petr. Syring. depac. Relig. conclus. 12. lit. B. Dan. in polit. Christ. lib. 5. c. 3. David Paraxus in Epistol. Divi Pauli ad Roman. cap. 13. dub. 5. Joan. Gethard. tom. 6. loc. de Magistr. polit. §. 165. & seqq. diss. de jur. principat. concl. 12. in prin. Hent. Höpfner. in Saxon. Evang. pag.

1. 14. & seqq. Melch. Goldast. Haim. tom. 3.
 Conſt. Imper. pag. 34. Henn. Arnif. lib. 2. de iur.
 Maiest. cap. 6. Christ. Beſold. lib. 1. polit. cap.
 2. 4. in princ. jusq; rerum Saſarum † ad ſum-
 mūm Imperium reſtē refert Arnold. Clap-
 mar. li. 1. de arcan. Rerum publ. cap. 15. quod jas
 Majestatis Ecclesiasticum, ſeu potestateſem
 circa Ecclesiastica Regiam atque politi-
 eam vulgo appellant, Dav. Pareus in tract.
 de potest. Reg. contra Pap. fol. 74. Idque princi-
 pis † ita proprium veteres statuerunt, ut
 plerique habuerint Sacerdotii & Regni
 munera coniunctim, Petr. Greg. Tholo-
 fan. lib. 8. de Republ. cap. 2. num. 6. Christ. Be-
 ſold. de Maiest. ſect. 2. cap. 1. §. 3. Henn. Ar-
 nif. de exempt. Clericor. c. 1. num. 4. Quo intui-
 tu etiam † Imperatores Romani quon-
 dam Pontificis titulo honorati fuerunt,
 reſte Iſidoro in cap. 1. diſtinct. 21. verſ. Vnde
 & Romani Imperatores Pontifices dicebantur,
 eleganter & prolixè Melch. Goldast. in pra-
 ſat. tom. 3. Conſt. Imperial. rerumque divina-
 rum notitia jurisprudentiæ adſcribitur
 1. 10. §. ult. ubi Dion. Gothofr. ff. de iuſtit. &
 iur. † & in utroque ſimili ure renuncian-
 tur adhuc hodie Doctores, Beſold. diſt. lib.
 1. polit. cap. 1. & de maiest. diſt. c. 1. §. 3. Ni-
 nimicum cultus Religionis, curaque terum
 ſacrarum non modo Republicam inſtar
 vinculi adamantini conſtrigit & conſer-
 vat, † quippe ſublatâ Religione iuſtitia,
 publica honestas & disciplina corruſit, Re-
 ceſſ. imper. de Anno 1532. Rubr. Concilium be-
 treffend. in fin. pr. ibi: Darneben erfolgen
 würde / das alle Züche / Ehr / Gehorsam/
 und andere gute Tugend / in Geiſtlichen und
 Weltlichen gänglich fallen würde / etc. ſed
 etiam, qui ſcopus Religionis proprius ac
 principalis habetur, animarum ſalutem
 promovet, † ut hinc æterna pariter &
 temporalis felicitas à Religione deponde-
 re dicatur, Receſſ. imper. de Anno 1566. §.
 Wievol wir nun aufſ ſolches / etc. ibi: Da-

ran alle ſeitliche und ewige Welfahrt han-
 get. ers. Theod. Reink. de Regim. ſecul. & Ec-
Ita † Consistorium Supremum Electorale Ecclesiasticum Superintendenti Obitiensi & Ottoni Henrico Pfleugen zu Strelen/ die 6. Novembr. Anno 1609. * Verba Rescripti: Nun gibt des Churfürsten zu Sachsen und Burggraffens zu Magdeburg / etc. unsers gnädigsten Herrens Kirchenordnung klar, daß Kirchen und Kirchendiener Sachen/ so wol was die Todten und ihre Begräbniss betrifft/ bey den Consistoriis angebracht/ und all da erörtert werden sollen/ derwegen ihr P. mit Ursach gehabt/ eu ob diffals über der verstorbenen Erben und Freunde/ weil sie ihre Klage b. y der gästlichen Obrigkeit angebracht/ zu beschweren/ und einiger barmessigkeit hierüber anzumessen/ were auch viel besser/ daß die Todeen begraben/ dann durch unnötigen Zank verhindert und in ihrer ruhe verunglimpt/ warden/ etc.)

D E F I N I T . X I .

Causæ ac negotia jurium Episcopaliū à Statibus Evangelicis in Consistoriis Ecclesiasticis tractantur & peraguntur.

S V M M A R I A .

1. Iura Episcopalia unde sic dicantur.
2. Origo nominis ex Papatu.
3. Episcopalia jura quomodo à Statibus Evangelicis administrantur? num. 8.
4. Quidam solis Ecclesia ministris conceduntur.
5. Magistratus politicus ab interna ecclesiastica potestate abstinere debet.
6. Rursus quadam per Consistoria expediuntur.
7. Quidam deniq[ue] Status Ecclesiastici sibi solis reservarunt.
9. Causa ecclesiastica à personis ecclesiasticis & politicis simul tractanda.
10. Consistoriis prefecti sunt tām politici, quām Ecclesiastici.

II. Et

11. Et cur hoc? num. 12.
 13 Consistorium vocatur in Anglia, Curia Christianitatis.
 14. Diverso respectu ac jure tractantur secularia & ecclesiastica.
15. Magistratus politicus sustinet etiam personam Pontificis.
 16. Iurisdictiones diversae non sunt confundenda.
 17. Rescriptum Electorale.

Iura haec tenus à nobis recensita, quæque sunt hisce similia, vulgo nuncupantur Episcopalia; non quod jure divino ad Episcopos solos propriis dictos, excluso Magistratu Christiano & populo, pertineant, (nequaquam enim hæc toti Ecclesiæ, cuius est Princeps præcipuum membrum, adimi debent, Christ Besold. de Majest. sect. 2 cap. 8. §. 3.) sed quod Episcopi Pontificii tempore Papatus, excluso Magistratu Christiano, sibi solis ea vendicant quæ per Passavientem pacificationem ipsis, velut injustis possessoribus erépta, & Christiano ac pio Magistratu sunt restituta, Dn. Joh. Gerh. in loc. ministerio Ecclesiastico. sect. 5. §. 112. in fin. & in loc. de Magistr. polit. sect. 5. membr. 1. §. 179.

2 † Horum autem exercitum Principes ac Status Evangelici ita temperant, ut quædam capita ipsius non attingant, sed Ecclesiæ ministriis teliuant, & utpote prædicatione verbi & Sacramentorum administrationem, potestatem Clavium, examen elegendorum, eorundem ordinationem, &c. Gerhard. dict. loc. de minist. eccl. ast. §. 112. in pr. Hæcce enim ad internam potestatem ecclesiasticam pertinere, diximus suprà defin 2. n. 13. † cui magistratus politicus nequaquam intromittere se debet, memor istius Constantini, quod si Episcopus non in Ecclesiâ, sed extra Ecclesiam seu templum, Euseb. l. 4. de vita Constantin. c. 24. Rursus quædam per Consistoriales petagunt, nempe causas ecclesiasticas, quarum plures habentus recensuitus, quædam denique sibi solis Status Evangelici reservant, & volunti Constitutionum ecclesiasticarū pro-

3 mulgationem, Synodorum convocationem, &c. quod & referri potest electio & vocatio ministrorum, à quâ tamen consensus Ecclesiæ neutiquam excludendus, Gerh. dict. §. 112. ut sic summatim dicendo, † externa potestas ecclesiastica Magistrati politico circa iura Episcopalia competens vel per Consistoria, vel immediatè ab ipso peragatur. Etenim quando circa personas, causas & bona ecclesiastica controversiae emergunt, laudabiliter à Statibus Evangelicis constitutum est, ne in Cancellariis & judiciis secularibus, ubi secularia tractantur negotia, cause illæ spirituales sive ecclesiasticæ cognoscantur & definitantur, † sed ut per certos Cōsiliarios & personas ecclesiasticas in Consistoriis terminentur, Matth. Steph. de iurisdict. lib. 3. part. 1. n. 16. Hinc Consistoria ecclesiastica originem traxerunt quibus præfecti sunt Theologi pariter atque politici, † quos Consistoriales vocamus, 10 Matth. Steph. de iurisdict. dict. lib. 3. part. 1. c. 15. n. 4. & 11. Dom. Arum. de jur. publ. tom. 1. disc. 23 quæst. 22. Theod. Reink de regim. secul. & eccl. lib. 3. class. 1. c. 10. n. 7. Caspar. Zieg. ad Nicol. Calvol. §. Landsaffi. m. 180. Christ. Besold. in thesaur. præd. verb. Visid off. Fins kelth. de jur. patro. at. c. 4. n. 14. Ernest. Cothm. 2. consil. 64 n. 63. & seq. Prudenter sanè, ne † de jure pastoris aliquid remittatur, nec pastori secularibus se implicare permittatur, Frid. Balduin. de castib. conscient. lib. 4. c. 4. cas. 2. p. 975. Quare nō solummodo in provinciis Electoratus Saxonici, sed apud omnes ferè Principes & Status Augustanæ Confessionis † Consistoria ejusmodi ecclesiastica constituta 12 novi-

- novimus ex Referente apud Gylman. in *sympforem supplicat. tom. I. part. I. tit. 3. nu. 8.* vers. movet me. fol. 187. idemque de Anglia, ubi judicium illud ecclesiasticum appellatur † Curia Christianitatis, refert Tho. Smith. de Republic. Anglor. lib. II. c. II. & de Helvetiorum Thor oder Chegerichte Joh. Simler, in *Republ. Helvet. lib. 3.* Dixeris equidem utramque jurisdictionem, ecclesiasticam & secularem unius esse Domini, quidni ergo in uno eodemq; judicio exerceri posset? Sed bene † advertendum, diverso jure duplicem illam potestatem uni Domino competere: Nam secularem & politicam potestatem Magistratus tenet jure hereditatio, ut Princeps politi-
- cus; at potestatem ecclesiasticam ex transactione Passaviensi, usque dum amicabiliter negotium Religionis universale fuerit compositum, † ut Pontifex & Episcopus exercet; nequaquam ergo diversæ haec jurisdictiones misceri, sed diversis in judiciis tractari debent. Quia diversa sunt † Crucifixus & summa potestas: Miles & Sacerdos: Imperator & pastor: Regnum & patibulum: Corporalia & spiritualia: Arma & Sacra: Bellum atque Pax: Caesar & nuncius: Princeps & minister: Dominus & servus, uti scripsit Ludovicus Imperator contra Johannem XXII. Aventin. lib. 2. annal. Hincmar. Archiepisc. Rhenensis. de potest. Reg. & Pontif. cap. I.
- 15 16 17

Ita † Serenissimus Saxonia Elector Cancellario & Consiliariis Presulatu Misnensis die 23. Ianuar. An. 1622. (Verba Rescripti: Wanndann solches alles geistliche Sachen/so in die Consistoria gehörig/und darin zu entscheiden: Als begehren wir hiemit gnädigst/rc.)

DEFINIT. XII.

Tria habentur Consistoria in Electoratu Saxoniæ, Lipsiense, Wittembergense & Dresdense, quod ultimum nuncupatur Supremum, cui incorporatus est Senatus Ecclesiasticus, der Kirchenrath/quaq; inter hunc & Consistorium differentia?

S V M M A R I A.

1. Extrema potestas ecclesiastica quomodo administretur à Statibus Augustana Confessionis.
2. Consensus populi ab hac administratione non excludendus.
3. Quem tamen Magistratus representat.
4. Negotia quadam Ecclesiastica tractantur in Senatu Electorali Ecclesiastico.
5. Quoniam in Electoratu Saxonia Consistoria?
6. Supremum est Consistorium Dresdense.
7. Cur ita dictum?
8. Consistorium Misnense quondam in locum Consistorii Dresdensis surrogatum.
9. Sed abrogatum postea à Domino Electore Christiano II.
10. Tria hodie sunt Consistoria: & quibus in locis eorum iurisdictio?
11. Consistorio supremo coadunatus est Senatus Ecclesiasticus.
12. Quanam differentia inter Consistorium supremum & Senatum Ecclesiasticum?
13. Diversi utriusq; Collegii sunt actuarii.
14. A decretu Consistorii potest appellari ad Serenissimum Electorem.
15. Non etiam à Rescriptu Senatus Ecclesiastici.
16. Causa utriusq; Collegii disvera.
17. Senatus Ecclesiasticus avocat causas ab inferioribus Consistoriis.

19. Num

19. Num à Consistoriis inferioribus appelletur
ad supremum Consistorium?

20. Negatire respondetur ex observantia &
Ordin. ecclesiastica.

21. Rescriptum Electorale.

- 1 Dlx Defin. preced. num. 8, externam po-
testatem Ecclesiasticam à Statibus
Imperii Evangelicis ita exerceri, ut quæ-
dam negotia Ecclesiastica, seu iura Episco-
palia in Consistoriis peragantur, quædam
verò ipsi Statibus immediate reserven-
tur, quod ita intellectum velim, ut con-
sensus populi ab omni indifferenter exer-
cito non planè exclusus, sed huius simul
nomine, Magistratus potestatem ecclesiasticam
exercere censeatur. Constitutâ
namq; Religione & Ecclesiâ, administra-
tio rerum quarundam ad Ecclesiam spe-
stantium & Imperantibus (nomen populi
complectente Magistratu) sapienti consi-
lio, ac ut turbæ evitentur, committi pot-
est, ut benè notat Christ. Befold. in *dissert.*
jurid. politico de majest. scđt. 2. c. 8. in fin. Nec
aliter res se habet in Electoratu Saxonie
4 ubi jura quædā Episcopalia, negotiaq;
Ecclesiastica, specialiter ac immediatè Se-
renissimo Electori sunt reservata, quæ in
Senatu Ecclesiastico, vulgo in Kirchenrath
tractari & administrari videmus: reliqua
veò in Consistoriis, à personis ecclesiasti-
cis pariter & politicis peraguntur. Horū
5 † Consistoriorum quatuor quondam nu-
merabantur, VVittebergense, Lipsiense,
Misnense & Zwickoviense, Matt. Steph.
de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 15. n. 11. Caspar.
Leipold. de concurr. jurisd. apud Arum. tom.
6 1. jur. publ. disc. 13. quæst. 22. pag. 319. † Sed
tempore D. Augusti Electoris, felicissimæ
memoriae, abrogatis duobus posteriori-
bus, Dresdense Consistorium fuit adje-
ctum Wittebergensi ac Lipsiensi, idque
Supremum nominatum, propterea, quod
ei annexus esset, † Senatus Ecclesiasticus,
der Kirchenrath in quo de reservatis &
exceptis specialibus iuribus ecclesiasticis
- 8
- 7 tractaretur & decerneretur, prout pate-
scit ex Ordinat. Ecclesiast. Elector. sub tit. von
beyden Consistoriis it: von Ober Consistorio,
quod intuitu etiam supremo Consistorio
inspectio competit super reliqua Consi-
storia inferiora. Etsi verò postea sub regi-
mine Dn. Christiani I. Electoris, piæ me-
moriae, † rursus Consistoriū Misnense eri-
gebatur, solo Senatu ecclesiastico Dresdæ
separatim remanente, cui Nobiles duo Cō-
filiarii & Concionator aulicus præfie-
bantur; attamen res tandem ad pristinum
statum pervenit. Siquidem † Anno 1606.
habitis Comitiis provincialibus Illustris-
simus Saxonie Elector Dn. Christianus II.
gloriosissime memorie, ad instantiā Ordin-
um Provincialium prædictam sanctio-
nem ecclesiasticam ad observantiam re-
vocavit, & abrogato Consistorio Misnen-
si, id vicissim Senatui ecclesiastico Dres-
densi coadunavit. Hinc tria etiam inum
vigent † Consistoria, Lipsiense in circulo 10
Lipsiensi, Thuringico & Voigtländico:
VVittebergense in Circulo Electorali &
Saxonico: & supremum Dresdense, in
Circulo Misnico & Friburgico, Erzgebir-
gischen Etat. Quod posterius, supremum
nempe Consistorium † id prærogativæ 11
habet præ reliquis, ut Senatus Ecclesiasti-
cicus, der Kirchenrath ei fuerit coaduna-
tus: ex quo duplex ferè repta sentat Col-
legium, nempe Consistorium & Senatū
ecclesiasticum, quantumvis conjunctim
ab iisdem utrumque administretur; Ne-
que obscura est diversitas duplicitis Colle-
giis, si attendamus † (1.) Autoritate, quâ
Senatus ecclesiasticus præpollet, quippe
decreta ejus sub nomine Serenissimi Elec-
toris à Dn. Præside, vel Consiliario poli-
tico subscripta emanant, quin & non
12 pauca

- pauca ab ipsomet Electore propriā manu
subscribuntur; in Consistorio vero ut Cō-
sistorio, Domini Consistoriales causas de-
terminant. (2.) Deinde & titulus Do-
minorum Consistorialium, qui nomine
Præsidis Consiliariorum & Assessorum
Consistorii supremi honorantur, diffe-
rentiam haud absurè innuit, indigitante
scilicet titulo Consiliatorum Senatus
Ecclesiasticum den Kirchenraih / Asseso-
rura vero titulo, Consistorium demon-
strante, licet indifferenter ferè titulo Præ-
sidis & Assessorum vel Consiliariorum
13 Consistorii supremi salutentur. (3.) † ex
quo etiam diversi viri usque Collegii exi-
sunt a Quatri, nam in Senatu Ecclesiasti-
co Secretarius; in Consistorio vero Pro-
tonotarius operam præstat ministeriale.
14 (4.) † Porro quia à decretis Consistorii
ad Serenissimum Electorem appellari queat,
dubium non est, perinde ut appellationi-
bus deferatur in reliquis Consistoriis infe-
rioribus, Lipsiensi & VVittebergensi,
prout liquecet ex Ord. Eccles. sub tit. von O-
ber Consistorio. §. Es soll aber doch. † A re-
scriptis vero Serenissimi Electoris ex Cō-
sistorio ceu Senatu ecclesiastico emanatis
appellare nefas esset: nec datur ab eodem
ad eundem appellatio, l.i. ff. de appell. (5.)
15 Ita † Serenissimus Saxonia Elector Dn. Christianus II. Consistorio Lipsiensi die 8 Januar. An. 1608. 21
(Verba Rescripti: Welcher gestalte wir auf unterthäigstes Ansuchen und bitten un-
ser getrewen Landschafft ein Ober Consistorium an unserm Hofe angeordnet / dasselbe
mit woi qualificirten Personen besetzt / zugleich auch dahin das Meissnische Consisto-
rium transferiret, das ist euch mehr denn gnugsam wissend. Nun hetten wir uns wol
verschen / Ihr soltet solch unser Ober Consistorium und die darin verordnete President
Assessor, weil sie unsre Stelle repräsentiren, gebührlichen respectiret, denen in unsern
Namen aus gegangenem/vom Presidenten aber oder nechsten Politico auf unsre An-
ordnung unterschrieben Befehlen gehorsamet und Euch allis ehrerbietens gegen
denselben erzeigt haben. Dieweil wir aber berichtet daß solches alles von Euch nicht
erfolget unserm Ober Consistorio auch nicht den gewöhnlichen und Jhme gehörigen
und gebührenden Titul geben und reicher/ sondern allein für ein Meissnisch Consi-
torium halte und achte; Als haben wir solches alles nicht mit wenig Befrem-
bung vernommen/ tragen auch darob ein ungädigstes miffallen. Nachdem wir
aber

aber nicht gemeinet / unsere angeordnete Gerichte und wolverfassse Ordnungen von
Zemandes / wer der auch sey / eludiren zu lassen / sondern darob festiglich zu halten / und
ledermärtiglichen zu schützen und handzuhaben. So befehlen wir vor uns / und
den Hochgeborenen Fürsten / Herrn Johann Georgen / und denn in Vormund-
schaft des auch Hochgeborenen Fürsten / Herrn Augusten / beyde Herzogen zu Sach-
sen / etc. unsere freundliche liebe Brüdere / hiemit / Ihr wollest forthin unser OberCon-
fistorium gebührlichen ressediren, denen in unsern Namen gegebenen und von Präsi-
denden oder nächsten Politico unterschriebenen Befehlichen gehorsamen / den gebüh-
renden und ihnen gehörigen Titul / (als Präsidien und Assessoren des Churfürstl.
Sächs. Oberen Confistorii) retten / und nicht ursach geben / daß einige beschwer über
euch einkommen möge. Und weil aus vielen und erheblichen ursachen vor gut angese-
hen worden / daß man sich nicht mehr in genere in den berichten subscribere, sondern in
specie ein ieder mit seinem Tauff und Zunahmen ; Als befehlen wir Euch gleicher
gestalt hiemit gnädigst wann forthin ihr Berichte an uns oder unser OberConfis-
torium abgehen lassen wollet / solche nicht wie zuvor in genere, sondern in specie ein ieder
mit seinem Tauff und Zunahmen unterschreibt / und solches alles bey vermeidung
unserer Gnade / nicht anders hältet, hieran vollbringer ihr unsre ernstliche und
endliche Meinung / etc.)

T I T. II.

De

Jure Patronatus.

DEFINIT. XIII.

Dissert à Juribus Episcopali bus jus patronatus, quod Spirituale non est:
eo tamen neglecto, Vocatio ministrorum nulla,

S V M M A R I A.

- | | |
|--|--|
| 1. Variant Interpp. in definiendo iure patro-
natus. | 8. Quomodo ius patronatus acquiratur, n. 9. |
| 2. Ius patronatus in quonam confitatur. | 10. Ius patronatus à Pontifice & Impp. Laicis
indultum. |
| 3. Dissert jus patronatus à juribus Episcopali bus. | 11. Et in Ordin. eccles. Electorali fundatum. |
| 4. Præsentatio jus Episcopale non est. | 12. Absq; præsentatione institutio ministrorum
Ecclesia irrita habetur. |
| 5. Patronatus jus per se spirituale non est. | 13. Non præjudicanum Patronis in jure suo. |
| 6. Attamen spiritualitati annexum. | 14. Sententia informatoria Confistorii supremi. |
| 7. Præsentatio ministrorum Ecclesia cur Laici
permitta? | |

Multum equidem variant Interpp. in
describendo ac definiendo iure Pa-
tronatus, prout videre est apud Matth.
Stephan. de iurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 17. n.
4. Speckhan. cent. 3. class. 1. quest. 36. §. 2. in
pr. Petr. Gregor. in syntagm. jur. lib. 17. cap.

4 n. 1. Rochum de Curte, in prolegom. n. 2.
& seqq. Sigism. Finckelthus. de jur. patron.
cap. 2. n. 1. & seqq. convenientiam in eo,
† quod potissimum consistat hoc jus in
præsentatione ministri Ecclesiæ ad id, ut
ab Episcopo instituatur ad munus Eccle-
siae

- siæ vacans, Hostiens. intit. de jur. patron. vers. quid sit. Theodor. Reinking. de regim secul. & Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 9. num. 3. + ex quo ultrò perspicuum est, multum differtur jus patronatus à jure episcopali, quod à solo exercetur Episcopo vel Principe, aut Statu Imperii Evangelico, ad quē per transactionem Passavensem jura Episcopi sunt devoluta, per Confirmationem, Ordinationem ac Institutionem ejus, qui à Patrono fuit præsentatus; ideoque præsentatio + à patrono facta per se jus Episcopale non est, sed Ordinatio ac Institutio per Episcopum subsecuta, Matth. VVeselebec. part. 1. consil. 48. n. 23. in fin. Christ. Bebold. in dissertat. de patrocin. & client. num. 63. Matth. Stephan. ad Novell. 57. num. 12. & seqq. Quin nec jus + patronatus per se Spirituale & Ecclesiasticum habetur, competens nempe Laicis, à quibus id possideri & præscribi potest, ut maximè + annexum sit Spiritualitat. c. de jure extr. de jur. patron. VVeselemb. dict. consil. 48. n. 11. Andr. Gail. 1. obser. 38. n. 6. Theod. Reink. dict. c. 9. n. 20. Causam huius rei, & quare Laicis præsentatio ministrorum Ecclesiæ permittatur, si quæsiveris, + expedita est Responsio apud Interpp. fieri nempe id in recompensationem meriti, quo Ecclesia per fundationem, constructionem & dotationem Patronis obligatur, Novell. 57. cap. 2. Novell. 67. cap. 2. Novell. 123. c. 18. in pr. unde & jus patronatus + ex dotacione, fundatione & ædificatione Ecclesiæ acquiritur, cap. nobis extr. de jur. patron. c. abbatem. 18. q. 7. c. filio. 16. q. 7. Reink. dict. Ita + Consistorium supremum ad requisitionem M. Martini Rami, des Marggraffium Niederlaufniz Officialm. und Superintendenten zu Lüben die 8. Marci Anno 1636. (Verba sentent. informatorie. Demnach erkennen wir darauff vor recht: Hat M P R. Diaconus daselbst anno 1631. tempore pestis aus mangel der alimentation, die Kirchenpflege/ dam Diacono Vandalice lingua committiret, und sich zu den Seintgen begeben / welches eines thials vom Rath vor eine desertion gehalten/ un in ewern abwesen ohne vorgehendes ordentliches erfähruß der Sachen / ihn seines Amptis entsezt/ und hinget.

hingegen C. C. ohne ewer vorwissen/do euch doch ratione officii das jus patronatus de anno 1617. s. si hec vociret, denselben auch de facto introduciret, daben es ewers wiedersech, tens und protestirens ungeachtet bishero verblieben/ hierüber gedachter C. mit dem testimonio integratis ein falsum committiret, sich bald von Oberklein/bald von Meinungē bald von Weinden und lezo von Gemunda genennet/ euch keinen respect noch audienciam erwiesen/ sondern vielmehr verleumdet/ dadurch das official Ampt despectirlich gemacht/ und die Christliche Kirche gedärgert/ nach mehrern Inhalten ewers Schreit, bens/ etc. So mag C. C. vocation und introduction pro legitima nicht geachtet/ noch er in official Ampt pro Assessore geduldet/ sondern vielmehr darven/ und seinem Diaconadienst gar wol removiret. In dem übrigen aber an die Weltliche Obrigkeit zu verdienter Strafe gewiesen werden/ etc.)

DEFINIT. XIV.

Exercetur quoque jus Patronatus in vocatione ac præsentatione
Præceptorum & Ministrorum Scholæ.

S V M M A R I A.

1. In quonam consilatius patronatus.
 2. A patronis ministri scholæ presentantur.
 3. Fundamenta huius rei quenam?
 4. Licet argumentari à præsentatione ministrorum Ecclesiæ ad præsentationem ministrorum scholæ.
 5. Ex scholis commodum haud modicum Ecclesiæ accedit.
 6. Cura scholarum trivialium juribus accensetur Episcopibus.
 7. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica Electoralis.
 8. Rescripta Electoralia. n. 9.
- C**onsistit ergo jus patronatus in præsentatione ministrorum Ecclesiæ, ad hoc ut ab Episcopo ordinentur ac instituantur, *Defin. preced. Theodor. Reinking. de regim. secul. & eccl. lib. 3. class. 1. cap. 9. n. 3.*
- 2** At t̄ num etiam in præsentatione Præceptoris vel ministri scholæ ad confirmandum & instituendum ab Episcopo vel Cōfistorio? Vtique: nam & in vigore juris patronatus vocari debent. (1.) t̄ Propter identitatem rationis, ex qua ministros Ecclesiæ à patronis vocari ac præsentari diximus *Defin. preced. num. 9.* quæ in votatione Præceptorum ac ministrorum Scholæ æquè obtinet, nimurum t̄ ut allicantur Patroni ad cōstruendas & dotandas scholas si jure vocandi ac præsentandi liberalitatem suam recompensari videant; facit autem identitas rationis idem jus eandem que dispositionem, arg. l. 12 f. ad Leg Aquil. (2.) t̄ Ex quo per consequentiā etiā commodum Ecclesiæ non modicum accedit, quippe cuius haud parum interest, Seminaria doctrinæ ecclesiasticae, linguarum & artium bonarum, scholas nempe vigere, ut educentur ac informentur, qui officiis ecclesiasticis cum fructu præesse queant, Herman. Lather, *de censu lib. 3. cap. 19. n. 89.* t̄ ex quo etiam curam scholarum trivialium juribus Episcopibus accenseri, demonstravimus supra definit. 9. (3.) Estque manifestè hoc sancitum t̄ in *Ordin. Elector. ecclesiast. sub Rubr. Schulordnung. pag. 193.* §. Demnach so offt und viel ein Schulmeister oder Collaborator von dem Stadt. Erb. oder Gerichtsherren iedes Orts/ihrem Herkommen nach/dem Consistorio nominiret, und præseniret. &c.

D

Ita

Lta † Serenissimus Saxon. Elector Confistorio Lipsiensi die 2.6. Martii Anno 1632. (Verba Rescripti: Wie wir nun einen ieden in unsern Länden bey seinem wolhergebrachten jure patronatus, welches in vocatione & presentatione der Kirchen vnd Schuldienstes bestehen/ gnädigst zu schützen gemetnet/ etc.)

Ei † Confistorio VVittebergensi die 14. Januar. Anno 1629. (Verba Rescripti: Was an uns der Rath und gemeine Bürgerschafft zu Warenbrück wegen Abraham Nothens/ gewesenen Alumni in unser SchulPforte und Studiosi bey euch / damit derselbe zu ihren Schuhmeister und Organisten confirmires werden möchte / unterhängist gelangen lassen/ das habt ihr inillegd zu befinden. Wann denn gleich andern Städten / der Pfarrherr und Rath dieses Orts die Schulen zu bestellen / vermöge der uns fürgelegten visitations registratur von anno 1529. und hernach erfolgten general articulis berechnet/ inmassen sie biszher in dessen quasi possessione verblieben / auch allerseits neben dem Superintendenten zu liebenverda mit gedachte Nothens. Person zu frieden ; Als begehren wir hemit gnädigst / Ihr wollet auf vorhergehendes examen ihm die confirmation zu angeregten Schul- und Organistendiensten wiedersfahren lassen / etc.)

D E F I N I T. XV.

Quando Patronus negligens est in exercitio juris patronatus, Episcopus ex officio instituere valet ministros Ecclesiae.

S V M M A R I A.

1. Cautè precedendum in presentatione ministrorum Ecclesiae.
 2. Huius praestantius Dei donum, quam fidelis & pia Ecclesia minister.
 3. Negligens non sit Patronus in jure presentandi.
 4. Presentatio ad certum temporis spatium adstricta, num. 5.
 5. A quo tempore incurrere hoc incipiat.
 6. Tempus id hodie non attenditur.
 7. Non tamen differenda est presentatio.
8. Non existiment Patroni, pro libetum animi jus patronatus exercere sibi permisum esse, sed providè, prudenter ac pie agant in presentandis Ecclesiae ministris: Nec enim nullum praestantius & salutaris Dei donum habetur, † quam fidelis, idoneus ac sincerus verbi minister, ut non immerito curam suam intendat in hunc Patronus, nam quo angustius est aliquid negotium, eo majori curâ & prudenter id tractari debet, Dn. Johan. Gerhard, *in loc. de minister. Ecclesiast. sect. 6, §. 125.*
 9. Alioquin ex officio Episcopus ministrum Ecclesia instituere potest.
 10. Fundamenta huius asserti. num. 12.
 11. Adducitur Ordin. Ecclesiastica Eleitoralis Saxonica.
 12. Propter scandalum evitandum à jure potest recedi.
 13. Negligentia Patroni devolvit jus presentandi ad Episcopum.
 14. Rescripta Electoralia. n. 16.

in princ. Caveat ergò inter alia, † ne existat negligens in exercitio juris patronatus, ne pro defectu pastoris, ut loquitur Papa Innocentius 11 I. gregem dominicum lupus rapax invadat, aut facultatis suis Ecclesia viduata grave patiatur dispendium, cap. ne pro defectu 41. extr. de elect. quare ad presentationem † certum temporis spatium legimus præfinitum, quatuor scilicet mensium, quando Patronus est laicus, cap. quoniam. 3. in fin. cap. cum propriet. 27. extr. de jur. patron. cap. un. §. rerum.

- 5 rum. extr. eod. tit. in 6to. † sex autem mensium, si est Clericus, Novell. 123, cap. 1 §. damus. vers. si verò qui debent, dict. cap. un. §. verum. cap. eam te. 22. extr. de iur. patronat. quia perlonæ Ecclesiastice debent accuratiū cognoscere præsentandos, & eligere ex deliberatione maturiore ac intelligentiā firmiore. Johan. Aloys. Riccius deus. Neapolit. 54. num. 3. & 4. part. 3. Petr. Gregorius Tholos. in syntagma. jur. lib. 17. cap. 4. num. 11.
- 6 quod temporis / patium † non a die vacatio- nis Sacerdotii, sed à die notitiæ curre- re incipit, quo scilicet Patrono innotuit, munus Ecclesiasticum vacare, aliumque ad illud præsentandum esse, cap. quia diver- sitatem. s. in fin. vers. semestre autem. extr. de concep. probend. cap. licet. magister. 3. extr. de supple. negligent. prælator. Sigismundus Finckelthul de iur. patronat cap. 6. n. 85. † Etsi verò hodie in Ecclesiis Electoratuſ Saxonici, tempus hoc ad præsentandum jure Canonico definitum hanc attenditut, postquam ex Ordinatione Ecclesiastica D. Augusti, viduæ & liberis defuncti Pasto- ris, in solatium dimidiis gratiæ annus est assignatus, sub Rubr. von immunitatibus und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu ser- ner gnade etc. † nihilominus tamen totis viribus laborete debet patronus, quo ef- fluxo hoc spatio aliis functionem eccle- siasticam subeat; † negligentis enim si in præsentatione existat, jus est Episcopo, ex officio pastorem instituere. & defectū 10 supplere. (1.) per text. † in cap. 1. § ult. extr. eod. tit in 6to (cap. quoniam. 3 cap. si verò 12.
- cap. cum propter. 27. extr. de iur. patron.) Petr. Gregor. Tholos. de benef. cap. 10. num. 16. Theod. Reinking. de regim. secul. & eccl. lib. 3. class. 1. c. 9. num. 20. & 36. Nicol. Boer. decis. 312. num. 2. Anton. Fab. in Codic. lib. 6. tit. 1. defin. 3. ubi Senatum Sabaudiz ita pronunciasse testatur. (2.) † Cum quo convenit Ordin. ecclesiast. Elect. Saxon sub Rubr. Vom Beruff und Annemung der Kt. Kendiener. §. Wenn aber der Lehnherr vers. So sollen unsre Consistorialen und Verordne des Synodi mit Besstellung derselbigen Pfarrn/ Predicatur, diaconaten und subdiaconaten, als oblaut/ versfahren / damit solche Kirchendiense nicht vaciren, sondern die Pfarrkinder mit der Predige Götlichs Worts/ und rechtem Gebrauch der heiligen Sacramenten versehen/ und ketnes weges versemnet werden/ etc. (3.) † Neque pa- tronorum causâ vel culpâ beneficia Ec- clesiastica diutius debent esse vacantia, ne in spiritualibus & temporalibus patian- tur detrimentum, cap. ne pro defectu 41. extr. de elect. Paul. de Citadin. part. 6. art. 3. nu. 10. (4.) † Quin & propter evitandum scanda- lum, quod hâc negligentia p̄t̄betur, à ju- re solet recedi, arg. ca. cum ex iniuncto, 2. extr. de novi oper. nunciat. (5.) † Et meretur tan- dem hanc pœnam Patronus negligens, qui permisâ sibi abutitur potestate, c. pri- vilegium. 11. quest. 3. adeoque negligentia partoni devolvit jus ipsius ad Episcopum, Anton. Fab. dict. defin. 3. Reinking. dict. cap. 9. num. 36. in fin.

Ita † Serenissimus Saxonia Elector Iohanni à Ponickauen in Pomsen die 8. Januar. Anno 1634. 15
(Verba Rescriptu : Demna nach absterben des Pfarrherrn zu Weißig von euch als dem Collatore daselbst / bey wehrenden halben Gnaden Jahr/ berührtie Pfarr noch nicht erieget; Nunmehr aber dieselbe Zeit verflossen / und die benachbarten Pa- stores die Seelsorge ferner zu verrichten nicht schuldig; Als begehren wir hiermit gnädigst / Ihr wöllet zum berührten Pfarr Amt eine qualificirte Person zum längsten von dato binnen 4 Tagen in unser Ober Consistorium zum examen und confir- mation præsenturen, mit der ausdrücklichen verwarnung/ daß in dessen Verbleibung/ era-

nante Pfarre Weissig ex officio vor dismal/ und sonstien euch an ewrem jure patronatus unbeschadei/ ersezet wird n solle/ etc.)

- 16 Et † Superintendenti Torgensi die 6. Martii Anno 1635. (Verba Rescripi : Wollet ihm dem nach/ weil das halbe Gnadenjahr ewern Bericht nach alibereit verflossen/ be schieden/ daher zu gedachter Pfarre noch für Ostern eine qualificirte Person/ auf vorgehende Probpredigt/ in unser Consistorium zu Wittenberg presentire, in fernerer verbleibung/ wessen wir auf ewer ansuchen selbige Pfarr ex officio vor dismal ersezet lassen/ dar nach ihr euch zu achten/ un̄ geschicht hieran unser zuverlässiger will un̄ meinung/ etc.)

DEFINIT. XVI.

Nondum vacante ministerio seu Pastoratu , jure patronatus nequit alias præsentari nisi in casu necessitatis, si verbi minister vel decrepitæ sit ætatis, vel continuo morbo laboret.

S V M M A R I A.

1. Bulla expectativa sepius in papatu conceduntur.
2. Apud Pontificios iustitia est venalis.
3. Beneficiū nondum vacantis assignatio bonis moribus est contraria.
4. Et à Pontifice jam dudum prohibita, n. s.
5. Novus Pastor haut est substituendus ministerio nondum vacante.
6. Adeoq; nec exercendum iuu patronatus vivente Pastore.
7. Secus res se habet in casu necessitatis.
8. Minus hac de re dubium in Electoratu Sa- xonia.
9. Rescripta Electoralia.

1. N ovum sane non est apud Pontificios, quin potius Curia Romana stylus quotidianus, ut duodecim quandoque diplomata seu bullæ, quas gratias expectativas appellant, nomine unius beneficii nondum vacantis concedantur, Duatione beneficij lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 1. Jo- han. Gethard. in loc. de minist. ecclesiastico, sect. 7. §. 117. pag. 197. forsitan † quia Curia Romana habet pecuniam æquo & bono cariorem, estque ibidem iustitia venalis, secundum Cyn. ad l. nullus. 3. C. ad Leg. Ital. de ambitu. Sed † contraria est bonis moribus, beneficij nondum vacantis assignatio, & non minimam peccandi occasionem in Ecclesia præbet, votum scilicet causatur captandæ mortis, quo expectatio successionis futuræ sortiatur effectum. Rol. à Valle, vol. 1. consil. 47. n. 53. & seqq. † Ideoque jam dudu prohibita reperitur à Pon- tifice in cap. nulla. ibi : Nulla Ecclesiastica mini-

steria. seu etiam beneficia vel Ecclesia, tribuantur alicui seu promittantur, antequam vacent: Ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum & beneficium se credidit successurum; † Cum enim in ipsis etiam legibus gentilium inveniatur inhibitum, turpe est & divini plenum animadversione judicii, si locum in Ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam gentiles condemnare curarunt, extr. de concess. præbind. can. non surem. 7. quest. 1. Mare Scott. lib. 2. variar. resolut. cap. 33. n. 1. & seqq. Anton. de Amatis decis. 4. num. 18. & 19. Joh. Aloys. Riccius part. 4. collect. decis. 1278. Matth. Stephan. de iuris- dict. lib. 3. part. 1 cap. 18 n. 1. & seqq. † Tan- tò minus certè novus est substituendus Pastor ministerio nondum vacante, quia hic de præsenti, vivente etiamnum primo insticueretur, quod planè esset detestabile, cap. qui in vivorum ibi : Qui in vivorum sacerdo- tum

- rum loco ponuntur, hoc ipso sunt ab ecclesiastica communione pellendi, quo se passi sunt viris Sacerdotibus successores adhiberi, extr. concess. prabend.
7. **T**ut sic nondum vacante ministerio nequaquam alias sit praesentandus, nec ius patronatus exercendum. *Johan. Gethard. dict. sect. 7 §. 117. pag. 117. Sigismund. Finckelth. de iur. patron. cap. 6. n. 127.* **† Quod** tamen limitandum in casu necessitatis: Et enim si parochus sit decrepitus & emeritus, vel continuo labore morbo, ita ut
- Ita † Serenissimus Saxonia Elector Consistorio VVittebergeni die 27. Novembr. Anno 1629. (Verba Rescripti: Wir haben aus ewern unterhängsten Bericht / daß der Pfarrherr zu Glebitz M. S. S. eines Substituten wegen seines hohen Alters bedürftig/ vernommen; Wann wir dann gnädigst zu frieden / daß ihm Johann Sieber zu einem substituten, jedoch abg. successione, zugeordnet werde/etc.)*
- Nec † non Superintendenti in Gessen & Prefecto Annaburgico die 3. Octobr. Anno 1628. (Verba Rescripti: Welcher massen uns der Pfarrherr zu Annaburg M. Andreas Neibolde angelanget/ ihm seinen Eidam Theophilum Eckarten/ Pfarrherren zu Pirschen in der Niederlausitz/ welchen er ohne das angezogener Ursachen halber alimentiren thete/ zum substituten zu adjungiren, solches habt ihr aus der Einlage zu befinden; Wann wir denn seinen suchen statt gegeben: Als ist unser gnädigster Will und Beschl/ du der Schäffer wollest ihm die vocation zu besagten substitentiest auff supplicantens Leben/ oder bis der substitut in ander wege befördert wird/ ausständigen/ etc.)*

DEFINIT. XVII.

Ne quidem iusta ex causa Pastor vel Minister verbi ipsemet sibi alium adiungere valet: sed à Patrono Ecclesiæ Substitutus est praesentandus.

S V M M A R I A.

1. In casu necessitatis admittitur Substitutus vi-
rente Pastore.
 2. Non tamen pro lubitu eius.
 3. Sed praesentari debet Substitutus Episcopo, &
abeo confirmari.
 4. Ne Ecclesia admittatur libertas in electione mi-
nistrorum.
 5. Nec patrono invertatur ius praesentandi.
 6. Adducitur sanctio iuris Canonici.
 7. Cavendum, ne indignus admittatur Substi-
tutus.
 8. Patronus ad certos canones in exercitio juris
patronatus est adstrictus.
 9. Hereditaria non debet esse successio in functio-
ne Ecclesiastica.
 10. Rescripta Electoralia. n. 11, 12.
- S**olummodo vero in casu necessitatis, si Pastor vel decrepita sit ætatis, vel con-
tinuo morbo labore, ita ut officio ecclæ-
siastico præesse nequeat, Substitutus ei
adjungitur, *Definit. precedent. n. 8.* At num
ipsemet Pastor pro lubitu adjunctum vel
Substitutum assumere poterit. **† Neuti-**
quam sane, sed ad patronum spectat, Sub-
stitutum modo ordinario vocare, **† &** Epi-
scopo ad confirmandum præsentare, *Jo-
han.*

30

han. Gerhard. in loc. de minist. ecclesiast. sect. 7. pag. 198. vers. distinguenda etiam. Non absque ratione & fundamento, (1.) † Ecquis enim non animadvertisit, per ejusmodi privatam substitutionem Ecclesiae adimi libertatem in electione ministri, divino jure ipsi competentem, quin & non parum praedicari Patrono in presentatione & jure patronatus: † ex quo nec beneficium vel pastoratum suum institutus minister invito patrono alteri resignare vel permittare potest cum alio, quia ex tali resignatione vel permutatione patroni maximū patreterunt præjudiciū, & raro esset locus presentationibus, Innoc. in cap. ult. in fin. extr. de renunc. Didac. Covarr. contr. pract. ca. 36. n. 9. Aym. Craveit. conf. 153. n. 20. Theodor. Reink. de regim. secul. & ecclesiast. lib. 3. class. i. cap. 9. num. 40. (2.) † Quid & respexit Gratianus in can. apostolica. 8. quest. i. ubi

Ita † Serenissimus Saxon. Elector Superintendenti & Prefecto Ossietiensibus die 5. Iuli Anno 1619. 10

(Verba Rescripti: Welcher massen unserm Ober Consistorio allhier M. L. Pfarrherr zu lausse/ daß er eines Substituten bedürftig / und deswegen mit D. M. Pfäffentialen zu Pirn sich dahin verglichen / zu erkennen geben/ habt ihr aus der Zulage zu vernehmen. Ob nun wol besagten Pastori solches ohne unsern als des Collatoris vorwissen zu thun nicht gebühret hette. Dieweil aber doch gedachter M. in examine hierzu qualificiret befunden; Als lassen wir es vor dismalabey bewenden/ un̄ begehren hitemit/etc.)

Nec † non Superintendentii Annebergensi & Prefecto in Lauterstein die 1. Iulii Anno 1629. (Verba Rescripti: Uns ist ewer des Superintendenter unterthänigster Bericht C. N. Pfarrherrn zu Zöblitzzustand betreffend / gebührlich vorgetragen worden; Wann dann daraus zu ersehen / daß er wegen eines abgenommenen Schenkels seinem Ampt nit mehr vorstehē kan/ un̄ deswegen eines Substituten bedürftig darzu wsr VV.S. en̄ gebrauchen entschlossen; Als begehren wir hiermit gnädigst / Ihr der Superintendent woller ernenten S. die Cansel daselbst zu verrichtung der Probpredigt eröffnen/ und wosfern die Eingepfarrten wider seine Lehr und Person nichis erhebliches einzuwenden/ du der Schöffer ihm die votacion zu besagten Substituten-Ampt und fünftiger succession zu händigen/ und Ihr der Superintendent ihn wegen des examinū ordination, confirmation und investitur an unser Ober Consistorium anhero remitteren und weisen/ Ihr beyd zugleich aber sie vorhero des unterhalts halber bis auf unsere ratification vergleichen/etc.)

Et † Superintendentii Hertzbergensi & Prefecto Annaburgensi die 4. Novembr. Anno 1629.

12

ait: Aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare, aliud est ex testamento tanquam sue dignitatis hæredem sibi querere, Gerhard. dict. loc. (3.) † Ac metuendum, ne per liberam dispositionem pastoris in assumendo Substituto promoveantur forsitan indigni, gratiaque prævaleat doctrinæ aut pietati, non sine ingenti Ecclesiae damno atque iactura, † quæ tamen præsumptio cessat in Patrono ad certos canones in exercitio juris patronatus adstricto, secundum tradita Gerh. in loc. de minist. ecclesiast. sect. 6. § 115. (4.) Quin † & fieri vix potest, ut nō hæreditaria quædam in sacro ordine introduceretur successio, si ministris ecclesiæ alios sibi eligere substitutos & successores fas esset, contra pietatem pariter & rationem juris divini, Petr. Heig. part. I. quest. 6. n. 57.

7

8

9

10

DEFINIT. XVIII.

Substituto Pastoradjungendo vel certa spes successionis in pastoratu,
vel provisio de futura alimentatione à Patrono est facienda.

S V M M A R I A.

- 1. Substituto facienda spes successionis, vel provisio de alimentatione.
- 2. Probatur id ex Ordinat. Polit. in Electoratu Saxoniae.
- 3. Fundamenta & rationes huius asserti n. 4.
- 4. **S**pecialiter ancitum est à Serenissimo Sa-
xoniae Electore, ne pastori decrepitæ &
etatis vel emerito adjungatur Substitutus,
priusquam ei spes facta fuerit futuræ suc-
cessionis in pastor. 1. vel provisio de ali-
mentatione, † in Ordin. polit. de Anno 1612.
Rubr. von Consistorial-sachen / n. 3. §. Auf daß
auch ibi: Soll hinsüro keinem verlebten Kir-
chendiener ein Substitut zugeordnet werden/
es sey ihm denn zuvor von dem Patrono die
succession bewilliget/ oder ihm/ da er dem ver-
storbenen nicht succediren sollte/ gnugamer
unterhalt verschrieben worden. Nimirum
(1) † quia hoc modò non solum Consisto-
ria, sed & patronus post obitum senioris
pastoris à variis Substituti interpellationi-
bus & sollicitationis molestiis liberantur,
quam rationem † ipsa indigitat Ordina-
tio Politæ. dict. loco. Dass insere Consisto-
ria des vielfältigen bisher nach der alten
- 5. Ministerorum mutatio Ecclesiae est perniciosa.
- 6. Substitutus in electione novi Pastoris non est
postponendus.
- 7. Presentatio novi Pastoris sumptus requirit.
- 8. Rescripta Consistorii supremi. num. 9.
- ¶ Pfarrern Todesfall / von den Substituten ge-
schehenen Auslauffens geübriget seyn mö-
gen/etc. (2.) Estque † mutatio & variatio
ministrorum frequens Ecclesiae valde pe-
riculosa, quia majori cum fructu docet,
cujus officiis ac modo dicendi populus
jam est assuetus, Sigismund. Finekelhus.
de iur. patron. cap. 6. n. 129. p. 285. in pr. (3.)
Quin & iniquum ac inhumanum esset,
† postponere in nova electione ac præ-
sentatione eum, cuius merita, labor & vi-
gilantia promotione recompensanda, ut
hinc ad minimum promissione futuræ ali-
mentationis substituto succurrere volue-
rit Serenissimus Saxo dict. ¶ Auf daß auch.
in fin. (4.) † Ut & raceamus sumus, quos
Ecclesia vel subjecti diececi in vocatione
& præsentatione novi pastoris impendere
ne esse haberent.

Ita † Consistorium Supremum Georgio Rudolpho à Körberiz, & Superintendenti in Hayn die 2. 8. 8

Ian. Anno 1618. (Verba Rescripti: Wann dann die jüngste Policeyordnung tit. von
Consistorial-sachen n. p. 7. besaget/ daß hinsüro keinem verlebten Kirchendiener ein Sub-
stitut zugeordnet werden solle/ es sey ihm dann zuvor von dem Patrono die succession
bewilligter/ oder ihm/ da er dem verstorbenen nicht succediren sollte/ gnugamer un-
terhalt verschrieben solches aber von euch/ deme von Körberiz in des presentirten Sub-
stituten vocation nicht in acht genommen worden; Als begehren an statt/ etc. Ihr wol-
let euch solcher Policeyordnung mit Ertheilung der vocation auf die substitution und
künftige succession gedachten M. VV. anhero an uns verweisen/ wollen wir uns als-
denn nach bestindung der ordination und confirmation halber zu bezeigen wissen/ etc.)

Nec non Superintendenti Dresdeni & Iohan. Dippolten à Grensing in Böblen die 20. Dec. An. 1613. 9
(Ver. Rescr. Wann denn nit allein in angeregter vergleichung allerhand ungewöhnliche clau-
sein zu befinden sondern auch noch beydersseits der inhalt jüngst publicirter Policeyordnung/
substit.

Sub ist. von Consistorial sachen p. 7. wol bewusst ist / daß nemlich hinsüdhro seinem verlebten Kirchendiener ein Substitut zugeordnet werden solle / es sy ihm dann zuvor vō dem Patrono die succession bewilligt / oder ihm / do er dām verstorbenen nicht succeedire solle / gnugssamer Unterhalt verschrieben worden ; Als werden ihr solche Vergleichung angedenker Ordnung dieses Kirchengebrauchs gemäß zu versassen und alsdenn uns dieselbe hinwieder zu übersenden wissen / darauf wollen wir uns der gebühr bezeigen / etc.)

DEFINIT. XIX.

A Patrono Ecclesiae non præsentatur Superintendens, sed munus hoc à Principe habente jura Episcopalia immediate defertur.

S V M M A R I A.

- | | |
|---|---|
| 1. Ecclesia Evangelicae loco Episcorum habent Superintendentes. | 6. In terris Electoratus Saxon à solo Electore munus defertur Superintendens. |
| 2. Superintendenti competit inspectio in tota diœcesi. | 7. Episcopus unde sic dictus? |
| 3. Necnon ius visitationis. | 8. Vocatio Superintendens Episcopo reservata. |
| 4. Et ordinatio Clericorum. | 9. Superintendens ipsem et dicitur Episcopus. |
| 5. Superintendens non præsumit à Patrono Ecclesiae. n. 10. | 11. Ius patronatus ad certam restringitur Ecclesiam. |
| | 12. Rescripta Electoralia. n. 13. 14. 15. |

IN Evangelicis Ecclesiis loco Episcoporum constituuntur Superintendentes : quorum officium versatur tūm circa ea, quæ sunt ordinis, tūm etiam circa pleraque, quæ sunt legis diœcesanæ. Theodor. Reinking. de regim. secul. & ecclesiast. lib. 3. class. 2. c. 3. num. 16. Matth. Stephan. de iuriis dict. lib. 3. part. 1. cap. 16. num. 1. Sigismund. Finckelthul. de iur. patronat. cap. 4. num. 24. 2. Ita namque Superintendentes inspectiōnem habent super alios pastores & populum suæ diœcēsi subjectum, can. cler. 1. §. episcopatus. distinct. 21. † visitationes Ecclesiārum expedient loco Episcorum in eorum territoriis & diœcēsibus, cap. conquerente. 16 extr. de offic. iudic. ordinari. cap. ad-hac nos. 7. extr. de officio Archidiac. can. visitandi. 28. caus. 18. quest. 2. Cumque ordinis præcipua pars est Clericorum ordinatio; † utique loco Episcopi Superintendens Clericos ministerio peragendo, præviā morū & doctrinā donorumq; inquisitione, per

manuum impositionem consecrat, Matth. Steph. dict. cap. 16. num. 2. Facile hinc colligere est, officium Superintendens juri patronatus subjectum haud esse, † nec à patrono Ecclesiae hunc præsentari, sed si contingat, pastorem, qui & Superintendens esse solet, à Patrono vocari, tum ei munus Superintendens ab Episcopo, seu Principe jura Episcopalia habente, absq; præsentatione ullâ immediate confertur, quod hīce in terris † à Serenissimo Dn. Electore per Senatum Ecclesiasticum, durch den Kirchenrath / in supremo Consistorio Dresdeni, præviā concione in templo arcis cotam Serenissimo habitā, & præmissō colloquio ad indagandum ejus qualitates, eruditioinem & dexteritatem fieri cōsuevit, Ut sic vocationem Superintendens ad jus patronatus neutiquam trahere liceat. (1.) † Postquam enim Superintendenti diligens cura & inspectio ministerii incumbit, indigitante ipso nomine ac vobulā

culâ ēπικουμένâ, quod inspicere, intende-
re, unde Episcopus, Superintendentens & in-
spector eandem rem significant. Rittersh.
ad Novell part. I. c. 7. n. 10. Steph. dict. cap. 16.
Reink. dict. cap. 3. n. 17. res admodum pe-
riculosa est et electionem ac vocationē Su-
perintendentis patrono, qui laicus s̄epi-
simè est, committere, † quare non imme-
ritò hæc teservatur Episcopo, ad quem
cura Ecclesiæ ac ministerii potissimum spe-
ctat, quō tali officium Superintendentis
conferat, cuius spectata sit doctrina, erudi-
tio, & vitæ integritas ex multis rerum
argumentis percepta. (1.) Estque hinc
Superintendentis loco Episcopi in Ecclesia,
¶ quin & Episcopi nomen habet, can. qui
episcopatum. 11. ibi: Episcopos si velimus, latine

Superintendentes possimus dicere, caus. 8. quest. 1.
can. legitimus. dict. 93. Lud. Schrader. de feud.
part. 9. c. 3. n. 29. Ernest. Cothman. 2. consil.
64. n. 65. Ioan. Azor. lib. 3. instit. moral. cap.
27. quest. 2. part. 3. Reinking. dict. cap. 3. n. 6.
Matth. Steph. de iurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 17.
in princ. Ablonum autem foret, † à Pa- 10
trono vocari Episcopum, cui ipsi vigore
juris patronatus ministr Ecclesiæ ad ordi-
nationem & institutionem præsentari de-
bent. (3.) Quin & ius patronatus ad cer-
tam restringitur ecclesiam, cui pastor &
veibi minister est præficiendus. Superin-
tendentis vero tali præest diœcesi, & super
alios quoque Pastores & Ecclesiæ inspe-
ctionē habet, quomodo ergo à certæ Ec-
clesiæ patrono vocari ac præficiari posset. 11

Ita † Serenissimus Saxon. Elector Senatui Torgensi die 31. Octobr. Anno 1627. (Verba Rescripti:
Euch ist unverborgen/was massen nach Herren D. VVilhelm Letters Abzuge die Superin-
tendentz und Pfarrampf behend sich unlängsten verlediget. Wann euch dann das jus
patronatus über das Pfarrampf zustehet: Als begehrten wir hiermit gnädigst/ Ihr wolle
uns eine oder mehr tüchtige und qualificirte Personē zu solchen Pfarrampf förderlichst
nominiren und benennen / mit der vocation aber zurücke halten / bis von unsern Obern
Consistorio Sie derer qualiteten befunden / daß ihnen hernach von uns mit Nutz und
frommen die Superintendentenz und inspection gleichfalls aufzugeragen und anvertrauet
werden könne/etc.) 12

Eidem † die 8. Iulij Anno 1629. Verba Rescripti: Unus ist ewer unabhängiger Bericht/
was massen ihr Licentiat Sebastian Starcken Pfarrhern zu Laufzig in einer Predige
gehöret / und do Wir mit seiner Person zufreden / denselben an des verstorbenen D.
Iohan. Winters statt zu ewern Pfarrhern zu vocire entschlossen / gebührlich vorge-
eragten worden; Und Begehrten darauff hiermit gnädigst / Ihr wolle erwehnen
L. Starcken den 27. dieses Monats anhero abfertigen / damit bey unserm O-
ber Consistorio er sich früher tagzeite anmelden / und nach verrichter Predigt in unser
Schloß Capell/ auch erfolgtes colloquium, gebührliche Anordnung gewarren soll. 13

Eidem † die 10. Augusti Anno 1629. (Verba Rescripti: Wir haben ewer Schreiben / dar-
innen uns ihr L. Sebastianum Starckium Pfarrhern zu Laufzig an Statt ewers ver-
storbenen Pfarrers D. Iohannis VVinteri unterhängst præsentiret, verlesen hören.
Wann dann getheilt der L. Starck in unserm Ober Consistorio für tüchtig und qualifi-
ciret gnugsam zu der gleichen Dienste erachtet worden: Als seyn Wir gnädigst zu
frieden / daß ihr laut beygefügter notul die vocation ihme unverzüglichien ausseriger/
solche in originali nebens Copien der Bestallung/ die ihr pfleget auszuantworten uns
zuschicken / wollen Wir also denn mit gnädigster resolution wegen der confirmation, ver- 14

richtung des Superintendenten Amptes / Anordnung der investitur, und sonstigen zu bezeigen wissen / und ihr vollbringen hieran unsere gefällige meinung / etc.)

Et † Senatus Annabergens die 16. Novembr. Anno 1625. (Verba Rescript: Liebe geirewe / dem nach der von euch nominirte Bergprediger M. Johannes Krebs zum Pfarrampf bey euch in der verrichteten Predigt / und deme darauf erfolgten Colloquio von unserm Ober Consistorio qualificare befunden worden: Als begehrten Wir hiermit gnädigst: Ihr werdet ihm nach instigende nouil die vocation nunmehr zustellen / und mit überendung des Originals, umb die confirmation zu angeregten Pfarrampf förderlich anhalten / seind Wir so denn nebens Aufftragung des Superintendenten Amptes solche erscheilen zu lassen gnädigst gesinnet / etc.)

DEFINIT. XX.

Non valet Patronus sibi obligare Pastorem vel ministrum Ecclesiae per exactiōne Reversū.

S V M M A R I A.

- 1. Male confunditur ius patronatus cum iurisdictione Ecclesiastica.
- 2. Quando & quare hoc fiat? num. 3.
- 4. Exigunt quandoque Reversum Patroni ab Ecclesiæ ministriis.
- 5. Quod samem hanc permittendum: Et quare non? num. 8.
- 6. Patronatus ius in sola consistoris presentatione.
- 7. Eaque factâ nil quicquam ius Patrono ultius compesis.
- 9. Reformatio ministrorum Ecclesiae pertinet ad Episcopum.
- 10. Adduntur verba B. Lutheri.
- 11. Nullibi quidquam habetur de eiusmodi reversu.
- 12. Sine autoritate legis nul. temerè est asservandum.
- 13. Allegatur consilium Facultatis Theologicae Rostochiensis.
- 14. Rescriptum Electorale.

Nimis quandoque extenditur ius patronatus, quin & cum iurisdictione Ecclesiastica iuribusq; Episcopalibus non raro confunditur, vel quod patroni nobiles ius ac potestatem in pastores sibi arrogent, vel † quod ministri Ecclesiae in se ipsos & ordinem suum iniurii Patronum pro iudice agnoscant, & coram Nobilibus causam suam agere malint, quam eoram inspectore vel Consistorio, non tam ex inficiâ, † quam adulatoriâ malitiâ, dum Nobilibus hoc modo palpum faciunt, ne offa ipsis pereat, quia ventrem magis curant, quam conscientiam, ut loquitur Frider. Balduin. intrat. de instit. ministri. verbi cap. 19. pag. 204. Quin & eō audaciæ Patroni quandoque progredian-

rück zu senden. Da weil er aber doch in deme mit ihm gehaltenen examine zu solchen Pfarramt qualificirt besunden / so haben wir ihm die ordination und confirmation wie-
derfahren lassen. ihm auch euch dem Superintendenten nebens demselben berühree vo-
cation hierbey übersenden ; An stat des Churfürsten zu Sachsen und Burggrasens
zu Magdeburg/etc. unsers gnädigsten Herrn/ begehrende/ wenn ihr die von Rechen-
berg corrigirter massen die vocation anderweit vollziehen/ und solche dem neuen Pfarrer
zustellen

zu stellen werden/ Ihr der Superintendent wolle alsdenn demselben die confirmation und testimonium ordinationis gleichfalls ausantworten/ darauf ih: samblich der investitur halber/ wie in diesen Landen gebräuchlich/ auch eines gewissen Tages verglichen/ um dieselbe ihr der Superintendent gebührlich verrichten/ Ihr die von Rechenberg aber auch hierinnen und sonstigen oberwehrter Ihr Churf. Durchl. Polizey und Kirchenordnung allenhalben gemessverhalten/ etc.)

DEFINIT. XLII.

Licet accidentalis illa vocationis conditio, ut minister Ecclesiae Antecessores viduam vel filiam in uxorem ducat, modò limitatio subsistat; cavedum samem, ne hinc lex introducatur, & officia ecclesiastica
fiant hereditaria.

S V M M A R I A.

1. Proficiendū viduae ac liberis defuncti pastoris.
 2. Quando valeat vocatio conditionalis ad certum matrimonium restricta.
 3. Coniugium cum vidua vel filia defuncti pastori quandoq; proficuum novo pastori.
 4. Subsistere potest eiusmodi vocatio conditionalis.
 5. Certis tamen requisitis & legibus observatis.
num.6.
 7. Ne coactum sit matrimonium.
 8. Lex necessaria per hanc conditionem inducenda non est.
 9. Probandum non est coactum matrimonium.
 10. Rescriptum Electorale.
- I**Nquam sane non est, quin potius iustum ac pium, liberis defuncti pastoris benè educatis, ut & relictæ ejus viduæ de honesto prospicere matrimonio, quo ipso simul erga benemeritum pastorem defunctum debita exerceatur gratitudo: † Quod siigitur ad officium idoneus, & toti Ecclesiae acceptus in ejusmodi coniugiū consenserit, quidni sub conditione hac accidentalis, si viduam vel filiam antecessoris ducat, ad functionem aliquam ecclesiasticam vocari posset? præsertim cum & ipsi lepe conditio ista sit admodum proficia, quia vidua vel filia defuncti pastoris exquisitiorem parochiæ & reddituum cognitionem habere præsumitur, ut sic majori cum utilitate rei familiaris præesse queat, quam ex iranea; subsistere † itaq; vocacionem illam conditionatam vulgo arbitrantur, Johan. Gerhard. in loco de ministri eccl. sect. 7. §. 117. pag. 198 Frider. Balduin. de eab. conscient. lib. 4. cap. 5. cas. 9. Sigism. Finkelthul. Tarnov. & Facultat. Witteb. in locis allegatis. Ex quo ultro perspicuum est,
- + legem

Theodor. Reinking. de regim. secul. & eccles. lib. 3. class. 1. cap. 6. n. 26. Speckhan cent. 3. class. 1. quest. 5. Matth. Stephan. de iurisdict. libr. 3. part. 1. cap. 19. Tarnov. & Facultas Theologica Witteberg apud Georg. Dedeck. cons. Theolog. vol. 1. part. 2. membro 3. sect. 1. num. 9. & 10. † Quod ipsum tamen non simpliciter intellectum, sed certis modis restrictum velim: (1.) Si vocatus ad ministerium sit habilis & idoneus. (2.) in quem etiam tota consentiat Ecclesia, ne si aliud dicamus, haec libero suo privetur suffragio. (3.) Et ut viduæ vel filiæ defuncti Antecessoris liber relinquatur consensus ad matrimonium, (4.) idque etiam successor suo consensu libero approbet. Quibus ita observatis † nequaquam coactum est matrimonium, nec conditio haec ipsam vocationis substantiam intrat, sed sicutem vocationis per se legitimæ accidens habetur omni jure licitum, Balduin. Finkelthul. Tarnov. & Facultat. Witteb. in locis allegatis. Ex quo ultro perspicuum est,

8. legem necessariam ex limitata hac conditione nequaquam esse inducendam, nec successionum hæreditiarum jura ad officiorum ecclesiasticorum constitutionem transferenda. Quod si ergo conlsum est à Patrono, nemini committere

Ecclesiam, tamen qui reliquam viduam aut filiam pastoris duxerit, etiam si ei conjugium hoc non arriserit, nec ipse ad functionem illam satis aptus sit, minimè id probari potest, Frid. Baldwin. dict. c. 1. conf. 9. Geth. dict. cap. 198. quæst. 8. in fin.

Ita tamen Serenissimus Saxonia Elector Consistorio V Vittebergensi die 20. Februar. Anno 1618. (Verba Rescripti: Was bey uns Prisca, Sebastian Kamans weiland Pfarrers zu Rügissen hinterlassene Witwe wegen ihrer Tochter / damit dieselbe vermittelst einer Heyrath bey der Pfarrrebleiben möge / demtiglich suchet / solches habt ihr aus der inlage zu vernehmen. Wann wir aber die Pfarrdienste vererben zu lassen nicht b dacht: Als begehren wir hiermit gnädigst / Ihr wöllet die Supplianam von ihrem suchen abweisen / daran volbringet Ihr unser Meinung / und wir seyn euch mit Gnaden gewogen etc.)

T I T. I V.

De

Præsentatione, Ordinatione & Investituræ novi Pastoris.

DEFINIT. XLIII.

Præsentatio præcedere necessariò debet ordinationem & investituram, quæ nec sine illâ subsistit.

S V M M A R I A.

- 1. Primum jus Patroni consilit in præsencia.
- 2. Non parum honoris defertur Patrono ex præsentatione.
- 3. Potest Patronus Episcopo præsentare quem vult.
- 4. Confirmationem & investituram novi pastori præcedere debet præsentatio.
- 5. Præsentatio est de forma substantiali juris patronatus.
- 6. Neglecta formâ substanciali corruit actus.
- 7. In præsentatione præcipuus existit juris patronatus effectus.
- 8. Præsentatio præcisè requiritur ad confirmationem novi pastoris.
- 9. Rescriptum Electorale.

Intra jura Patrono competentia primū & honorificū est, quod in præsentatione versatur, iusta versiculos illos vulgares: Patrono debetur bonus, onus, emolumenum. Præsenter, praesidet, defendat, aletur egenus. Theodor. Reinking. de regim. scul. & eccl. lib. 3. class. 1. cap. 9. n. 63. scilicet tamen non parum honoris defertur Patrono ex præsentatione, quin & præsentans Patronus majori fungitur prærogativâ quam Episcopus confirmans & instituens præsentatum, qui ad voluntatem præsentantis institui-

tur; Potest enim Patronus tamen Episcopo præsentare quem vult, modò sit idoneus; sed non potest Episcopus, quem forte ipse vult instituere, Rochus de Curte in Rubr. de inst. Episc. compet. n. 88. Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 958. n. 4. Rol. à Valle vol. I. conf. 47. n. 28. Necesse itaque est, ut confirmationem, ordinationem & investituram novi pastoris vel ministri Ecclesiæ vocati semper præcedat præsentatio, sine qua nulla subsistit institutio & ordinatio, Matth. Steph. de iuriu dict. lib. 3. part. 1. c. 17. n. 23. Garz. de benefic. part. 5. c. 9. n. 231. Roch.

5 Roch. de Curt. dict. Rubr. nu. 1. Est siquidem (1.) † præsentatio vocati de forma institutionis substantiali, in qua nempe jus patronatus consistit. Lancellot. in institut. jur. Canon. lib. 1. tit. 28. in princ. Maseard. de probat. vol. 3. conclus. 1216. num. 4. & conclus. 6 1378. num. 4. † At neglecta formâ substantiali corruit actus, Jason. in l. 1. num. 18. ss. delib. & posth. Andr. Gail. lib. 1. observat. 1. n. 36. Alex and. lib. 1. consil. 42. num. 16. (2.) Hinc & præsentatio essentiale ac primarium † habetur Patroni officium, fructusque & effectus juris patronatus præci-

puis. can. decernimus 32. caus. i. 6. quest. 7. cap. consultationibus. 19. cap. nobis. 25. extr. de jur. patronat. Ruin. lib. 5. consil. 50. n. 1. Matth. Stephan. dict. cap. 17. num. 2. Anton. Fab. in Codic. lib. 6. tit. 1. defin. 5. Theod. Reink. dict. cap. 9. nu. 17. Bellamera decis. 700. (3.) † ideoque præcisè requiritur præsentatio ad confirmationem in Ord. Eccles. sub Rubi. № beruff und annehmung der Kirchendiener. 8. Zum vierdten. vers. Doch also daß solche Person nominaret, zuvorn unserm Consistorio, dahin die Pfarr gehörig zur Prob vnd examen præsentiret und gestellter werde, etc fol. 88.

Ita † Serenissimus Saxonia Elector Consistorio V Vittebergenst die 17. Maij, Anno 1620. (Verba Rescripti: Uns ist ewer eingeschickter unterthänigster Bericht / betreffende erliche von Adel welche ihre Kirchen und Schuldiener euch zum examen und confirmation zu præsentiren sich verweigern / verlesen worden. Wann denn solches der Kirchen und Policeyordnung so wolden Visitation articuln zu wider ist: Als begehrten wir hter mit gnädigst Ihr wollet ihnen solche præsentation bey einer ansehnlichen straffe binnen gewisser zeit zu Bercke zu richten außerlegen / hernach wann sie nicht pariren, die Straße ein oder zweymal dupliren, und so denn uns wie sie sich darauf bezeuget zu fer nerer Ordnung unterthänigst berichten / etc.)

D E F I N I T. XLIV.

Patronus multo quantumvis ære alieno obrutus habet jus præsentandi, nec ab eo à creditoribus est excludendus.

S. V. M. M. A. R. I. A.

3. In possessione juris patronatus qui est, præsentare valet pastorem.
 2. Omnis utilitas transit in possidentem.
 3. Creditores patroni in bona ejus immisso consenteant quodam in præsentationem.
 4. Excludere tamen non possunt patronum à præsentatione.
 5. Non transit ius patronatus cum universitate in creditorem.
 6. Creditor fructus perceptos vel restituere vel in sortem imputare tenetur.
 7. Præsentatio est fructus iuris patronatus.
 8. Semel vocatus à Patrono rursus removeri nequit.
 9. Præsentationis nulla datur estimatio.
 10. Debitor post immisionem creditori manet rei oppignorata dominus.
 11. Rescriptum Electorale,
1. Expediri juris est, quod in possessione vel quasi constitutus possit præsentare novum pastorem & ministrum Ecclesiæ, licet jus alius in territorio ac diœcesi alteri competat, cap. consultationibus. 19. extr. de jur. patronat. propriæ naturalem scilicet possel-
2. sionem, † ob quam omnis utilitas in possidentem transit. Panormitan. ad cap. ex li teris. 7. num. 5. extr. eod tit. Quidn ergo Patronus debitor, multo que obrutus ære alieno præsentandi jus exerceret? Sa nè si creditores, quibus in prædio vel bonis & faculta-

- facultatibus Patroni debitoris prospexitum, tibi præsentanti consentiant, tuus agetur, nec habet Patronus de quo conqueratur. Sin vero creditores tibi debitem excludere, & sibi præsentationem arrogare velint, præterim si in bona patroni nondum fuerint immisii, nequam sunt audiendi; tibi siquidem non transiit ius patronatus cum universitate in creditorem, cui villa in hypothecam est data, cap. cum Bertoldus 18. extr. de sentent. Et re iudicat, idque tanto minus, quia creditor ex contractu pignoris vel hypothecæ obstritus est, debito exoluto tibi fructus nomine debitoris perceptos vel restituere, vel in sortem impurare, Jason in l. à Divo Pio 15. §. si pignora 3. ff. de re iudicat. num. 4. Anton. Neguz. de pignor. part. §. membr. §. n. 1. Et seqq. Matth. Coler. de process. execut. part. 3. cap. 9. n. 23. At tibi quomodo præsentatio,

(quæ est fructus juris patronatus, dict. cap. consultationibus 19. extr. de jur. patron. Grivell. decis. 37. num. 1. f. Brunor. à Sole in lot. commun. verb. præsentatio: num. 1.) à Creditore facta restitui poterit? Nec enim æquum videtur, tibi pastorem semel à creditore præsentatum & ab Episcopo confirmatum ob id, quod castrum ad Dominum redeat, removeri, cum semel vocatus à Patrone rursus removeri nequeat, supr. defin. 41. cap. præterea. 4. cap. consultationibus. 19. extr. de jur. patron. Quin tibi nec præsentationis ceu spiritualitati a nexæ datur æstimatione, quia debitori satisfieri posset. Et cur non tandem præsentatio remanet penes debitorem, tibi cum is manserit dominus rei 10 pignoratæ, nec ullum dominii commodum in creditorem transferit, l. 1. Et 2. C. de pign. act.

Ita tibi Serenissimus Saxoniae Elector Superintendenti Torgensi die 10. April. Anno 1635. (Verba I Rescripsi: Was an uns George von Leipzig wegen Ersehung der Pfarrer Klitschen abermahls unterthänigst gelangen lassen / das habt ihr auf der Insage zu sehen; Dieweil dann Supplicant noch zur Zeit in possessione des Guts Klitschen und uns eine Vollmacht von seinen andern Gläubigern einen Pfarrer dahin zu berufen / in originali vorgezeigt. Als lassen wir es nunmehr bei der vom Diacono zu Salben/ all. bereit in ewern beysein gehaltenen Probpredigt bewenden / hiermit begehrende / Ihr werdet den von Leipzig darauff bescheiden / etc.)

D E F I N I T . . X L V .

Quomodo occurendum contentioni de duobus simul præsentatis inter plures Compatronos: ubi turissimum est remedium, ut alternis vicibus præsentent.

S V M M A R I A .

1. Plures uniuersitatis Ecclesie possunt esse Patroni.
 2. Unius tamen non magis quam aliis dicitur Patronus.
 3. Quid si non convenienter in presentatione?
 4. Fas est Episcopo vel consistoriis, unum ex presentatis eligere.
 5. Imprimis vero cum, qui plurimorum eligitur voce.
 6. Praevalet in Ecclesiis, quod à majori parte
7. Sortis judicium inter plures presentatos admitti potest.
 8. Episcopus providere debet Ecclesiæ propter scandalum evitandum.
 9. Proficiendum ne officia Ecclesiastica diuinis sint vacantia.
 10. Convenientissimum quodnam remedium ad compescendam contentionem plurimum

mum Compatronorum in jure praesentandi?

1. PLures ejusdem Ecclesiae patronos esse posse indubitatum est, & quidem ita, ut jus patronatus non divisim sed in solidum sit penes omnes, † nec unus magis quam aliis dicatur patronus, quamvis unus minus, quam aliis in dotatione contribuerit, c. i. 2. 3. extr. de jure patron. cap. ad audientiam. extr. de Eccles. edif. Panormit. in dict. cap. 1. & cap. querimoniam de jure patronat. Roch. de Curte de jure patron. ad verb. ius. n. 11. Theodor. Reinking de regim. secul. & eccles. lib. 3. class. 1. cap. 9. num. 10. & 12. Petr. Gregor. Tholosan de benefic. eccles. cap. 17. num. 5. † Quid ergo si omnes simul non unum, sed plures ac singulus quisq; alium presentent pastorem? Certe ne ex hac dissensione functio Ecclesiastica diutius vacet, Ecclesiaque sentiat derrementum, † fas est Episcopo, vel eius nomine Consistorio, variantibus Patronis unum ex praesentatis eligere, eumque solum instituere Gloss. & Dd. in cap. cum au. tem extr. de jure patron. illum nempe, † quem magis idoneum repererit: vel eum, qui plurimorum eligitur & approbatur voce atque ad sensu, cap. quoniam 3. extr. de jure patron. regulariter namque in Ecclesiis praevalet semper, quod à maiore & saniore parte Capituli est constitutum, nisi à paucioribus aliud rationabilius fuerit

Ita † Consistorium Supremum Dresdenense die 1. Novembr. Anno 1633. Verba Rescripti: Die well 11 verglichen / daß Knobelsdorff die Hauptkirche/Ottorff aber das Filial seyn / jedoch die Belohnung von beyden Kirchen Patronis wechselseitig geschehen sol. So sol Brandt von Arnstedt nach verrichteter Probpredigt dem Pfarrer N. N. die vocation einhändigen / und durch den Superintendenten zu Oschatz anhero zur confirmation praesentiren lassen/hernach es zwischen unsern Ampt Meissen und den Besitzer des Guts Ottorff auf alle begebende Fälle/mit des andern Theils vorwissen/also wechselseitig gehalten/und umb fünftiger nachrichtung willen/dieser Bescheid der hiesigen matricul, so wol zu Oschatz und dem Amptsbüch zu Meissen / bey der Pfarrer Knobelsdorff einverlebt werden/ etc.)

ii. Consistoriū supremi Rescriptam.

demonstratum, cap. cum incundiu 1. extr. de his, qua fiunt à maiore part. cap. ecclesia. 48. extr. de elect. Paul. de Citad. part. 6. art. 3. num. 6. Quinimò sortis quoque † judicium inter plures praesentatos donis ac virtutibus æquales admitti posse scribit Frider. Balduin. de casib. conscient. lib. 4. cap. 5. cas. 6. Nimirum † Episcopus hoc casu providebit Ecclesie pro suo arbitrio propter scandalum evitandum. dict. cap. quoniam. 3. Nec enim patronorum causâ vel culpâ officia ecclesiastica diutius esse † debent vacantia; ne in spiritualibus & temporaliibus patiantur detrimentum, cap. ne pro defectu 41. extr. de elect. Paul. de Citad. dict. art. 3. num. 10. Joh. Baptista Vivian. in Ration. iur. pontificis. ad dict. cap. quoniam. 3. extr. de iur. patr. † Convenientissimum verò erit remedium, quo ocurratur contentioni plurium Compatronorum, & evicetur scandalum, ut ex conventione vicibus alternis praesentent, ne mutuo se impedianter concursu, arg. l. si duabus. 2. §. cum singulis. 2. in fin. ibi: aut impedianter invicem. ff. quib. mod. ususfruct amittit. Clem. plures 2. de iur. patr. Petr. Gregor. in syntagm. iur. lib. 17. cap. 4. num. 5. Joh. Schneidevvin. ad tit. Inst. de success. libert. num. 13. Andr. Fachin. lib. 2. consil. 69. Gratian. disceptat forens. tom. 4. cap. 675. num. 7. & seqq.

DEFINIT. XLVI.

Patronus novum pastorem vel Ecclesiæ ministrum unà cum Superintendente diœcœos præsentare debet: non etiam Superintendens excluso Patrono.

S V M M A R I A.

1. Præsentatio novi pastoris primarium Patroni est officium.
2. A qua tamen Superintendens non simpliciter excludendus.
3. Et quibus ex causis ac rationibus? n. 4.
5. Quodnam officium Superintendens in præsentatione?
6. Num præsentatio fieri queat à solo Superintendente?
7. Decisio negativa & fundamentum decidendi. n. 9.
8. Explicatur Rescriprum Electorale à Finckelribus adductum.
10. Consistorii supremi Rescripta. n. 11.12.

Icet præsentatio novi pastoris Ecclesiæ ministri esse entiale ac primarium sui Patroni officium, fructusque & effectus juris patronatus ptæcipius, can. de cernimus. 16. q. 7. cap. quia Clerici. 6. cap. consultationibus. 19. extr. de jur. patronat. Lambertin. de iur. patron. lib. 2. art. 2. quæst. 1. princ. part. 1. n. 2. Bellamera desit. 700. non solus tamen Patronus, sed unà cum ipso † Superintendens diœcœos actum præsentationis expedire, ac novum pastorem vel ministrum Ecclesiæ ad examinandum, ordinandum, confirmandum atque inventandum Episcopo vel Consistorio præsentare debet, Ordinat. Ecclesiast. Elect. Saxon. sub Rubr. Von examine aller Kirchendener. § Also istauch. ult. fol. 95. verb dem Amptmañ oder Collatorn, welche jhn. & postea: Durch den Superintendenten wiederumb zu dem Consistorio berichten/etc. Non certè absque rationibus prægnantibus: quò scilicet † (1) constet, ac Superintendentis permisso & consensu præsentatus ad concionem dōxi. μαργιν. fuerit admissus. (2) †num parochiani à Superintendentे interrogati cōsenserint, nec quicquam contra præsentati personam, vitam ac mores, &c. proferre potuerint. (3) & qualis ipsa fuerit concio aut quidna in personā præsentati desiderandum, corrigendū vel reprehen-

dum: † quæ sanè potissimum ad Superintendentis officiū spectant. supr. defin. 27. & 35. ab eoque Episcopus vel Consistoriū de iis certiorari potest, ut proinde Superintendenti simul cum Patrono præsentatio sit committenda. † At num etiam fieri hęc poterit à solo Superintendentе, excluso Patrono, ita videtur sensisse Sigism. Finckelt. de iur. patro. c. 6. nu. 5. vers. vel per Superintendentem tantum &c. quib⁹ verbis si non incluserit Patronū, ita ut hic præsenter per Superintendentē, qui voluntate & consensu Patriōi actū præsentationis perficiat, vix opinio ejus subsistere poterit, † nō solum quod aduersetur prædictæ Ordinationi ecclesiastice loc. alleg. sed etiā quia essentia juris patronatus in præsentatione cōsistit, quin & jus patronatus per præsentationē definitur, ut diximus supr. defin. 13. nu. 2. adempræ ergo præsentatione, nil Patrono relinquetur de jure patronatus, quod dictu absonū. † Nec habet Finckelt. quod ex rescripto Serenissimi Electoris ibidem annexo probet; Velenim patroni voluntas & consensus in eo non excluditur; Vel quod verius, rescriptum illud ejusmodi comprehendit easum, quò jus patronatus ad ipsum Electorem spectat, qui mediante Præfesto id exercet;

- exercer; dum ergò Superintendenti præsentationem imponit, tantum abest, Patrōnum ab eā excludi, ut potius jussu ipsius à Superintendente, quin & ab ipso Patrono per Superintendentem fiat præsentatio, prout in aprico est.
- 9 Ita † Consistorium Supremum Superintendenti & Prefecto Coldicensibus die 12. Decembr. Anno 1610. (Verba Rescripti: Wir haben ewer des Schößlers Schreiben wegen der Kirchen und Schuldienner presentation verlesen hören: Wann dann die Churfürstliche publicire Kirchenordnung diffals klare Masse gibt / etc. So lassen wir geschehen / das ihr beyde zugleich hinsüro die Kirchen und Schuldienner presentiren möget / etc.)
- 10 Item Rudolpho à Bünaw zum Eauenstein / & Superintendenti Pirnensi die 28. Apr. Anno 1628. (Verba Rescripti: An statt des Churfürsten zu Sachsen und Burggrafen zu Magdeburg etc. unsers gnädigsten Herrn/begehrende / Ihr der Superintendenten wollet auff ewer des von Bünaw Ansuchen beyden nominirten Personen / sed er an seinem Ort die Canzel zu verrichtung einer Probpredige nochmahl eröffnen / und wenn solches geschehen/ und beyderseits Eingepfarrten mit ihnen zu fried. n / alsdenn iyr der Collator denselben die vocationes aufantworten / und iyr beyde sie anhero præsentiren &c.)
- 11 Et † in causā Brand von Arnstadtis und des Besitzers des Guts Octorff die 1. Novembr. Anno 1633. (Verba Decreti: So sol Brand von Arnstadt als Patronus dem Pfarrherrn die vocatione einhändigen / und ihn durch den Superintendenten zu Oschatz anhero zur confirmation præsentiren lassen / etc.)

DEFINIT. XLVII.

A solo tamen Patrono præsentatio novi pastoris absque Superintendentē facta quandoque admittitur.

S V M M A R I A.

1. Confirmatur quandoq; à solo Patrono præsentatus Ecclesia minister.
2. Ordinatio Ecclesiastica Superintendentis consensum ad præsentationem requirit.
3. Facultas tamen dispensandi hāc de re Episcopo ademta haut est. n. 6.
4. Consensus Superintendentū non requiritur ad præsentationis existentiam.
5. At quem in finem?
7. Rescriptum Electorale.
8. Consistorii supremi Rescriptum.

- 1 **S**ed hoc largior Finckelthusio , quod ad solius Patroni præsentationem absque Superintendentē factam, præsentatus , quandoque in Consistorio confirmetur, in tractat. de jur. patronat. cap. 6. n. 5. vers. vel ipse solus &c. licet rariū id forsitan accidat. † Et si enim Ordinatio Ecclesiastica præsentationem per Superintendentem fieri velit, sub Rubr. von examine aller Kirchendiener. S. Also ist auch etc. fol. 95. per id tamen † facultas dispensandi ademta haut est Episcopo, quo minus præsentati-
- 2
- 3

oni solius pattoni annuere, ab eoque præsentatum confirmari possit. Quia scilicet † Superintendentis consensus ad ipsam præsentationis existentiā non requiritur, sed propterea ipsum adhiberi necesse est, † quod de concione doxiā in hā præsentato legitimè habita, & non minus de parochianorū voluntate & adsensu, quam ipsius etiā præsentati vita & moribus constet: De hisce ergò si aliunde appareat, & Episcopus fuerit certioratus, † cur nō præsentatus ad functionē ecclesiasticā confirmaretur?

Ita

- 8 Ita † Serenissimus Saxon. Elector Superintendenti Torgensi die 10. April. Anno 1635. (Verba
Rescripti: Hiermit begehrende / Ihr wolle den von Leipzig darauff / und daß er gedachten Diaconum nach erlangter vocation in unser Consistorium zu Wittenberg zur confirmation und investitur præsentiren möge / bescheiden / etc.)
- 9 Et † Consistorium supremum Dresdense in causâ Rudolphi à Bünau & Ioannis Sarrii Pastoris in
Ditterbach / nec non Samuel Richters Pastoris in Lauenstein die 30. Octobr. Anno 1633.
(Verba decreti: So soll gedachter von Bünau nebens ausantwortung der vocation vor sich / oder durch den neuen Pfarrer anhero zur confirmation zu præsentiren, dar-
auff auch derselbe sein Amt alsbald anzutreten schuldig seyn / etc.)

DEFINIT. XLVIII.

Præsentandus coram Episcopo vel in Consistorio præsens esse debet: nec
confirmatur absens per literas præsentatus.

S V M M A R I A.

1. Patronus absens per literas præsentare potest
pastorem.
2. Præsentatus verò personaliter adesse debet.
3. Nec sufficiunt literæ ejus ad hoc, ut confir-
metur.
4. Rationes & fundamenta huius asserti.
5. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica hanc de re. n. 6.
7. Præsentatio dicta à præsentia.
8. Oculis videris debet præsentatus.
9. Finis præsentationis proprius quoniam sit?
10. Absens examinari nequit.
11. Rescriptum Consistorii supremi.
1. Etsi Patronus per literas personam
idoneam absens Episcopo præsentate
potest, cap. ea noscitur. 6. extr. de his, quæ fiant
à pralato sine consens. Capit. Clem. un. vers. præ-
sentatos. de excess. prelat. Roch. de Curte
Rubr. de instit. Episc. compet. nu. 23. Lamber-
tin. lib. 2. art. 16. quest. 4. princip. part. 1. fol.
31. Paul de Citad. part. 6. art. 3. n. 56. & 75.
2. + ipsa tamen præsentatio realiter &
personaliter fieri debet, hoc est, præsentan-
dus sistere se tenetur Episcopo & in Con-
sistorio personaliter comparere, + nec
sufficiunt literæ, quibus denominatur
instituendus, ad hoc ut absens confirme-
tur, Panormitan. in cap. pastoralis. 29. num. 7.
extr. de iur. patronat. Nicol. Garcia de bene-
fic. part. 4. cap. 1. num. 15. & 16. Sigismund.
Finckelthul. de iur. patronat. cap. 6. num. 13. 8.
3. & seqq. (1.) + per text. in canon. decernimus. 32.
ibi: offerant Episcopij ordinandos. caus. 16. quest.
7. dict. cap. ea noscitur. 6. ibi: personas idoneas E-
piscopis diocesanis præsentent. extr. de his que
- fiant à prælatis. cap. eum laici. 10. cap. cum au-
tem. 24. cap. pastoralis. 29. extr. de iur. patron.
(2.) + Cum quibus convenit Ordinatio Ec-
clesiastica Electoralis Saxonica sub Rubr. Von
Beruff und Annemung der Kirchendie-
ner. §. zum vierdien. ibi: præsentaret und ge-
stelllet. fol. 88. Et § seq. Wann aber. ibi: Wann
der Lehnherre keine mögliche Person nomini-
ren und vorstellen könnte oder wollte. + Et sub
Rubr. Von examine aller Kirchendienner.
fol. 89. in princ. ibi: Wann einer zum Kir-
chenamt durch einen Collatorem berufen
und vorgestellte würde. (3.) idem ipsum
etiam luculenter innuit + vocula præ-
sentationis, quæ à præsentia nomen acce-
pit, quasi præsens dari & offerri debeat
confirmandus; is autem præsens verè dici-
tur, qui sensibus corporeis objicitur, arg.
l. coram. Titio. 209. ff. de V. S. Vnde perspi-
cuum, tum demum præsentare Patronum
aliquem, + quando eum Episcopo realiter
& corporaliter sicut, offert & exhibet, ut
oculis

oculis ipsum videre, doctrinam eius per examen explorare, & prout eum deprehendit ab eruditione instructum, vel confirmare vel rejicere possit. (4.) † Estque ipsi sumus hic finis præsentationis, ut præsentatus ab Episcopo vel in Consistorio examinetur, eiusque eruditio & qualitates explorentur, Ordinat. Ecclesiast. dict.

Rubric. Von Beruff und Annemung der Kirchendiener. fol. 88. §. zum vierdten ibi: daß solche Person nominaret, zuvor unserm Consistorio zur Prob und examen præsentiret und gestellter werde. At quomodo quæso exanimari poterit præsentatus, si præsens non sit?

Ita † Consistorium supremum Superintendenti Annabergensi die 11. Sept. Anno 1607. (Verba Re-
scriptis: Wann dann vermöge der Kirchenordnung alle Kirchendiener / ehe sie ihre confirmationes erlangen / zuvor zum examine und subscription in der Person sich einstellen müssen / und es nicht gebäudlich / daß man das examen dem Superintendenten, in
massen der Rath begehret / zu committiren pfleget / ihr auch sonder zweifel nunmehr von ewern Bruder (welcher diese Tage nebens ihrer sechs Personen auch exanimaret und confirmaret worden ist) vernommen haben werdet / daß es Gott lob grosser Sterbens,
gefahr halber keinen sonderlichen Mangel / Als ist an stat höchstgedachtes unsers gnädigsten Herrns / hiermit unser beghren an euch / Ihr wollet bey berührten Pfarrer die versigung thun / daß er sich in der Person / wie er am bequemsten fortkommen kan / anhören gestellen / der examination behwohnen / und hierauf ferner gebührliches
Bescheides gewertig seyn solle / wolten wir euch vermeiden / etc.)

D E F I N I T. X L I X.

Nisi causa justa & sufficiens præsentiam personæ præsentatæ impedit, de cuius eruditione & qualitatibus jam tūm Episcopo
vel Consistorio nostro constet.

S V M M A R I A.

1. An nonjusta ex causâ absens confirmari queat?
2. Negat hoc Sigismundus Finckelthusius.
3. Fundamentum eius quodnam?
4. Regulariter huic assertioni negativa inha-rendum.
5. Ex causa tamen iusta ab ea recedendum, n. 9.
6. Necesse nulli subjecta est legi.
7. Propter imminens periculum à regulis iuris est recedendum.
8. Supremo Consistorio facultas dispensandi per-missa est.
10. Absenti potest conferri beneficium.
11. Superintendenti examen novi pastoris com-mittendum.
12. Rescripta Consistorii supremi. n. 13.

Quid vero si causa necessitatis obstet, quo minus in persona præsentatus coram Episcopo comparere queat, veluti si exceptio itineris non tali, vel pestilen-tiae & mortigallantis opponatur? Nec tūm † absente sine prævio examine ad functionem ecclesiasticam confirman-

dum & a lmitendum fore, existimat Finckelthus. de jur. patron. cap. 6. n. 1. o. † propter texum generali in Ordinat. Eccles. sub Rubr. Von Beruff und Annemung der Kirchendiener. fol. 88. §. Zum vierdten ibi: Das sol. b. Ptsen zuvor unserm Consistorio zu P. ob und examen præsentiret und gestellter werden.

verde. & quod examen præsentatio pariter & Ecclesiæ multum commodi afferat.
 4 † Verum licet hoc lubens concesserim, nec enim ab Ordinatione ecclesiastica temere est recedendum; atamen si causa iusta & probabilis præsentiam præsentati impeditat, ac de qualitatibus & eruditione eius jam rām Episcopo vel Consistorio constet, consultius dixerim † absentem idoneum pastorem confirmari, quam cum Ecclesiæ detimento longum in tempus confirmationem differri. Equis enim nescit, necessitatem ingens esse telum nulli † subjectum legi, l. i. ff. de offic. pracons. l. 17. § 3. ff. quod vi aut elam, sed ipsam facere legem, c. remissionem. i. quest. i. nec factum necessitate urgente haberi culpabile, c. ad limina. 30. quest. i. † & propter imminens periculum recedi non solito à regulis iuris communis, sed etiam prohibiti, Jas. ad l. de pupillo. §. præterea ff. de nov. oper nunciat. Nequaquam ergo generalitas Ordinationi Ecclesiastice obstabit, quo minus in casu necessitatis ab ea recedatur, † præser-

tim cum supremo Principis Consistorio facultas in jure positivo dispensandi adempta haut sit, Felin. in cap. i. num. 51. extr. de constit. Sebast. Vant. in tract. de nullit. tit. an. qualibet sententia possit dici nulla, n 7. 8. Quin † nec quicquam periculi meruendum ob neglectum examen, si jam tūm Episcopo de præsentati eruditione & qualitatibus certò constet, quem casum hēic præsupponimus. Ettum absenti quoque † confetti posse beneficium, probat manifestè text. in cap. succedens 24. extr. de præbend. ex quo Doctores inferunt, quod examen omitti & absens confirmari debeat, sicut in eruditionis suotit notus & valde qualificatus, Johan. Aloys. Riccius part. 4. collect. decision. 1116. Garcia de benefit. part. 4. cap. 1. num. 16. Planè † licet persona præsenti notata haut sit, nec de ejus eruditione Consistorio constet, si tamen necessitas prætentiam impeditat, ne confirmatio differatur, Superintendenti examen committit, ac si præsentatus ab eo idoneus fuerit repertus, confirmari poterit.

Ita † Consistorium Supremum Superintendenti Coldicent die 16. Decembr. Anno 1633. (Verba 12
 Rescripti : Wir haben ewer Schreiben / vorinnun uns ihr Georgium Delitium nach
 Schwarzbach Samuel Schuttichen nacher Cola en / und Philipp Grossen nacher
 Lesen vocire absentes pastores tanquā præsentes, weli sie wegen unsichern reisens nicht so t.
 kommen können / præsentiren thut / verlesen. Wann wir denn ihrem petitio aus denen
 von ihnen angezogenen motiven deferiret: Als haben wir denselben ihre confirmationes
 unter des Docten Consistorii Insigel wiedersfahren lassen; Anstat Ihrer Churfürstl.
 Durchl. begehrende / Ihr wollet euch nunmehr mit den Collatorn der investitur halber
 eines gewissen Tages vergleichen / und solche dem herkommen nach förderlichst ver-
 richen etc.)

Et † Superintendenti & Senatu Freibergensi die 18. Augusti Anno 1613. (Verba Rescripti : 13
 Demnach auff ewre bescheinete præsentation Georgius Matthai, beruffener Pfarrer ge-
 gen Pressendorff bei jeglichen geschiellchen läuffen althier nicht eingelassen werden
 will; Als begehrten an stat höchstgedächtes unsers gnädigsten Herrns vor hiermit/
 Ihr wollet mir ihme conferiren, und wosfern ihr ihn zu diesen Pfarramtstückig b- fin-
 det alsden ihme behegfigte confirmation aussantworten / und seiner investitur halber
 gührliche Verordnung thun/ ecc.)

DEFINIT. L.

Quo tamen casu, cessante impedimento, pastor confirmatus in Consistorio ad subscriptionem Formulae Concordiae & præstationem iuramenti Religionis sistere se debet.

S V M M A R I A.

1. Ecclesia ministri in Electoratu Saxon. subscribunt formulæ concordiae & juramentum præstant Religionis.
 2. Quomodo hoc fieri poterit, si absens confirmetur.
 3. Novi pastores in Consistoriis de officio suo admonendi.
 4. Subscriptio & præstatio iuramenti per nuntium expediri neque.
 5. De jure communi per Procuratorem iurare licet.
 6. Non etiam in foro Saxonico.
 7. Licet Procurator speciale ad hoc habeat mandatum,
 8. Differenda subscriptio & præstatio iuramenti usq; dum absens confirmatus compareat in persona.
 9. Rescriptum Consistorii supremi.
- R**estat nihilominus hoc dubii, quod in terris Electoratu Saxonici quilibet novus pastor Ecclesiæque minister confirmatus formulæ concordiae subscribere, ac juramentum Religionis præstare obstrictus sit; ar quomodo facere id poterit absens? Virget hoc † maximoperè Sigismundus Finckelthus. in tract. de jur. patron. cap. 6. n. 140. circa fin. ac propterea absentē nunquam confirmandum statuit, quia scilicet legitimè vocatus non tantum examinari, † sed & ordinari, ac post ordinationem de officio ejus fideliter administrando probe admoneri, tandemque juramentum Religionis ab ipso præstari debet, quæ omnia presentiam ejus exigunt.
- 2 Nisi forsitan existimaveris, † subscriptione pariter & præstationem juris iurandi per nuncū ac inter medianam personam expediti posse; quod quidē haud absconū videtur de jure communi, quod juramentum non modo in propriâ personâ, sed etiam per

† Procuratorem habentem ad id speciale mandatum præstare licet, l nam & postea quam. 9. §. iurand. 6. l. ult. §. sed eis. ff. de iurej. Dan. Moller. lib. 4. Semestr. c. 10. n. 1. Matth. Col. part. 1. decis. 115. n. 2. Sed aliorū res se habet in foro Saxonico, † ubi omne juramentum in propria persona est præstandum, nec admittitur Procurator alterius nomine jurare volens, etiamsi ad † id speciale habeat mandatum, art. 46. vers. Wo es aber. lib. 1. ēandr. Matth. V Vesembe. in suppl. ad Iohan. Schneidervin. ad §. item si quis postulante. n. 107. lit. a. inflit. de action. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 8. n. 15. Quid ergo est? Tantisper differenda ferit subscriptio pariter & præstatio iuramenti Religionis, usque dum impedimentum cessaverit, ut tunc demum iam confirmatus ad jurandum & subscribendum se sistat, quo sane modo purgabitur mora absque ullâ Ecclesiæ jacturâ, quæ ex dilatione confirmationis ipsi contingeret.

Ita † Consistorium supremum Superintendenti & Senatui Freibergensi die 18. Augusti Anno 1613.
(Verba Rescripti: Begehrend annach/ etc. Ihr wollet mit ihm conferren, und wosfern Ihr ihn zu diesem Pfarramt tückig befindet/ alsdenn ihm bey gefügte confirmation aus antworten/ und seiner inv. stitut halber gebührlich verordnung ihun; Darneben ihm vermelden/ wann es künftig wiederumb sicher/ das er alsdenn bey uns sich anderweit angeben/ den Visitation articuln und Formulae Co schreiben/ auch das juramentum Religionis ablegen soll/etc.)

DEFI-

DEFINIT. LI.

Pastor seu Minister Ecclesiæ præsentatus in examine si idoneus
reperiatur, ordinari & confirmari debet.

S V M M A R I A.

1. Facta præsentatione cessat officium Patroni.
 2. Præsentatus & idoneus repertus confirmari debet.
 3. Confirmatio & ordinatio fit ab Episcopo.
 4. Probatur hoc ex ordinatione ecclesiasticâ Eleitorali Saxonica. n. 5.
 5. Superintendenti & Ministerio committitur ordinatio.
 6. Nomine tamen & autoritate totius Ecclesiæ
- O**fficium Patroni in præsentatione vocati pastoris Ecclesiæ ministeri ad examen potissimum consistit. cap. ult. extr. de jur. patron. quâ facta subsistere debet Patronus, & confirmationem ac institutionem † Episcopo committere, qui si præsentatum in examine dignum & idoneum repererit, functionem ecclesiasticam ei demandabit; Ordinatio enim & institutio † seu confirmatio expedita ab Episcopo, vel Consistoriis, dict. cap. ult. Joach. Stephan. de jurisdict. lib. 4 cap. 12. n. 49. quod & provisum in Ordinat. Eccles. Elector. Saxon. † sub Rubr. gemeinte Form und Weise auff welche ein newer Kirchendienst ordiniret, &c fol. 100. & sub Rubr. von examine aller Kirchendiener so entweder ordiniret fol. 89. & §. ult vers. und nach bescheiniger confirmation &c fol. 95. item sub Rubr. von Beruf und Annehmung der Kirchendiener §. zum vierdeuen. fol. 88. verb. fin. zur confirmation verschriften werden. & general. articul. art. 1. per tot. von der ordination fol. 291. imprimis † verò impr. verb. das hinsicht zu gleich in den andern Consistoriis alle neuen Kirchendiener ordiniret werden sollen/ etc. Et si verò in Ecclesiis Evangelicorum Episcopus vel Consistoria boni ordinis causâ
- 7
 8. Actus ordinationis omitti haut debet.
 9. Ordinatio est solennis legitima vocationis confirmation.
 10. Usus & commoda ordinationis.
 11. Quibus solennibus peragatur?
 12. Rescriptum Electorale.
 13. Consistorii supremi Rescriptum.

† Ministrorum ordinationem permitunt solis Superintendentibus, qui cum ministerio opus id solenniter peragit: atamen nil quidquam facit is hec privato arbitrio ac potestate propriâ, † sed nomine, jure, suffragio, autoritate, consensu, approbatione, adeoque etiam conjunctis precibus totius Ecclesiæ sicque executio fit per Episcopum vel Superintendentem actus autem est totius Ecclesiæ, ut colligitur ex actis Apost. 6. vers. 13. & c. 14. vers. 23. Joh Gerh. de ministr. ecclesiast. sect. 12. §. 154. p. 258. Rittershus. ad Novell. part. 1. cap. 7 num. 40. Matth. Stephan. ad Novell. 123. n. 3 Joach. Stephan. de jurisdict. lib. 4. cap. 11. num. 15. & seqq. † Nec citra summæ necessitatis causum actus ordinationis omitti debet, vel saltem propter scandalum novitatis evitandum, & utilitatem quæ inde ad ministerium Ecclesiæ redundant, veluti demonstrat Frid. Balduin. de casib. conscient. lib. 4. cap. 6. cas. 1. Gerhard. dict. sect. 12. §. 193. est † namque Ordinatio publica & solennis legitimæ vocationis confirmatio, per quam ministerium ecclesiasticum vocato eu idoneo ad hanc functionem commendatur, † ad quod per preces & impositionem manuum consecratur, de legitimi-

ma vocatione certior redditur, & officii
sui publicè in totius Ecclesiae conspectu
solemniter & graviter admonetur, Bal-
duin. dict. cap. 6. in pr. & de inst. ministr. cap.
8. pag. 74. & seqq. Gerhard. dict. §. 139. in
pr. Martin. Chemnit. in Bedencken von
Götlichen ordentlichen Beruff rechthaf-
fener Prediger. Rubr. was thut denn der ritus

ordinationis publica zum Beruff apud Georg
Dedekenn. vol. 1. part. 2. membr. 1. sect. 1.
num. 24. pag. 420. ¶ Quibus vero iolen-
tibus peragatur ordinatio, referunt &
explicant Baldus. dict. cap. 8. Martin.
Chemnit. dict. ac Rubr. Wehrkämpf. denn
das Hand auflegen. Gerhard. dict. sect. 12.
§. 59. & seqq.

Ita † Serenissimus Saxon. Elector Consistorio VVitebergensi die 27. Februar. Anno 1626. (Verba 12
Rescript: Nun tragen wir ob .V. beginnen / daß er sich durch ungebührliche Mittel
zu Kirchendiensten eindringen will/und te ordination bey euch ex parte cire, ein sonder-
bahres Mißfallen. Es hette euch auch in alle wege gebühret / unserer resolution auf
ewora unterhängsten Bericht zu erwarten/und mit der ordination ohn vorhergehende
ordentliche vocation nichts zu versfahren. Dieweil wir es aber bey unsrer Anordnung
allerdings verbleiben lassen; So wollet ihr I. Z. die confirmation nunmehr ertheilen
und hiufür bey der ordination mihrer Fürsichtigkeit gebrauchen/daran geschicht uns
re gefällige Meynung/ etc.

Et † Consistorium Supremum Superintendenti Pirnensi die 24. Jul. Anno 1608. (Verba Rescript. 13
Demnach M. Abraham Vitellius beruff fener Pfarrer gegen Gußnick anhero zum examen,
ordination und confirmation presentiret, auch nach verrichteter Predigt examine und ordi-
nation von vns hierzu confirmiret worden. Als ist hiermit etc. unser begehrten Ihr wollet
sich mit giziehung des Collatoris, und eines bezahbaren Pfarrers für ecclisti investiren
und einweisen/ etc.

DEFINIT. LII.

Literæ confirmationis in originali in manus confirmati pastoris
sunt tradendæ, ac penes eum reponendæ & custodiendæ.

S V M M A R I A.

1. Ordinationis & confirmationis testimonium
exhibetur novo pastori.
2. Quod continere debet Consulem & diem.
3. Episcopus debet habere bonum testimonium
ab extraneis: quomodo hoc intelligen-
dum?
4. Testimonium in originali relinquendum con-
firmato.

5. Nec sufficit copiam bujus exhiberi novo pa-
stori.

6. Quem in finem testimonium à confirmato cu-
stodiendum.

7. Sola matricula fidem facit Consistorio de con-
firmatione pastoris.

8. Rescriptum Electorale.

9. Consistorii supremi Rescripta n. 10.

Ordinationis & confirmationis testi-
monium novo pastori solet tradi à
Consistorio, quod & necessarium est: & in
Concilio Milevitano can. 14. cautum, ut
quicunq; ab Episcopis ordinantur, lite-
ras accipiant ab Ordinatoribus suis manu
eorundem subscriptas, continentis Con-
sulem & diem, † ut nulla altercatio de po-
sterioribus vel anterioribus oriatur, Frid.
Bald. in tract. de inst. ministr. c. 8. pag 76 in fin.
quod & cōvenit cum præcepto Apostoli,
qui vult Episcopum † bonum habere te-
stimo.

imonium ab extraneis, 1. Timoth. 3. v. 7.
ubi per extraneos etiam intelligit eos, à
quibus ordinatus est, ut qui plerumque
sunt extra particularem illam Ecclesiam,
quaे ordinando commissa fuit, docet
Balduin, dict. cap. 8. p. 77. ¶ Est autem testi-
monium hoc confirmationis in originali
ipso ordinato exhibendum, ac penes i-
psum reponendum, non etiam penes
Consistorium vel Patronum, prout ali-
quando existimat † Consistorium Lipsi-
ense, sola literarum copiа conser-
to Superintendenti data: Etenim hujus
potissimum interest, conservari literas

confirmatorias ac testimoniales: quod
personam suam ad functionem ecclesia-
sticam legitimare, & certus esse queat,
quod ad opus Domini segregatus sit,
quodq; donis divinis in officio suo non
destituetur, Balduin, dict. cap. 8. ¶ Cur non
ergo ab eo custodirentur ac conservaren-
tur cum de confirmatione Consistoriis †
sola matricula & consignatio fidem suffi-
cientem facere queat, per tradita Gailii
lib. 1. observ. 2. 1. n. 3. & 4. Cluten in syllog. rer.
quotidianar. th. 27. dit. c. Paul. Matth. V Veh-
ner. pract. observat. verb. matricula pag. 247.

¶ Et Serenissimus Saxoniae Elector Consistorio Lipsiensi die 3. Decembr. Anno 1627. (Verba Re-
scripti: Wir werden berichtet daß Ihr die confirmationes derer Superintendenzen, die wir
unter unserm Thurecret und eigener Hand aufseritgen / bei euch verwahrlich aufzu-
heben und an statt derselben eine schlechte Copie neben einer confirmation aufzantwor-
ten lasset; Demnach sich aber etliche Superintendenzen dessen beschweret / und wir
selbst nicht unbillig zu seyn erachten/daz sie die originalia behalten/wie es denn in un-
serm Obern und andern Consistoriis auch also geschiht. Als begehrten wir hier mit
gnädigst Ihr wollt als balden durch euren Notarium denen Superintendenzen, derer
confirmationes in originali noch bei euch seyn/zuschicken / und mit denen von euch erheb-
eten Abschriften aufzwechseln/hinführo es auch also und nicht anders halten/daran
geschiht unser gefällige Meinung. Datum Dresden/ etc.

Et † Consistorium supremum Dresdensc Superintendenti Coldicensi die 16. Decembr. Anno 1633.
Nec † non Superintendenti & Senatu Freibergensi die 18. Augusti Anno 1613.

DEFINIT. LIII.

Sumptus ordinationis ac confirmationis à fisco Ecclesiæ &
parochianis præstantur.

S V M M A R I A.

- | | |
|--|---|
| 1. Ordinatio & confirmatio novi pastori sumptus
requirit. | Ecclesiæ ministris. |
| 2. Qui ex fisco Ecclesia vel à parochianis præ-
stantur. | 6. Nemo cogitur suis militare stipendiis. |
| 3. Adducitur hac de re Ordinatio Eccles. Elect.
Saxonica. | 7. Sumptus itineris Legatis Procerum terrenis
præstantur. |
| 4. Fundamenta & rationes hujus sanctio-
nis. | 8. Nemini officium suum fit damnosum. |
| 5. Pro spiritualibus carnalia sunt præstanda | 9. Ministri Ecclesia sunt Legati Dei & myste-
riorum ejus dispensatores. |
| | 10. Rescripta Consistorii supremi. n. II. 12. |

Fieri

Eleti non potest, ut pastor novus Ecclesiæ minister pro obtinendâ ordinatione in itinero pariter & Consistoriis sumptus impendere necessum hanc habeat, quos ab ipsomet exigi iniquum es-
set, † quare ex fisco Ecclesiæ, vel eo de-
ciente à parochianis suppeditari debent,
disponente ita Serenissimo Eleæore in
articulis generalibus † artic. 1. Von der
ordination. §. So werden auch diejenigen/
welche einen Kirchendiener berufen / und
zu der Ordination schicken / denselben mit
nothdürftiger Behrung abzufertigen wis-
sen / auf daß er / wie gebräuchlich ordinaret
werden möge. & §. Und so einer ordinaret
vers. Und da sich der Behrung halber Miß-
verstand oder Unmöglichkeit zutragen wolte/
damit kein Theil zur Unbilligkeit beschwe-
ret / soll es auf Erkännniß des Visitatorum,
vnd der Obrigkeit jedes Orts gestellt wer-
den. Idque (1.) † non solum ex debito
quodam honestatis, & testimonio tam
observantiae erga ministerium, quam re-
verentiae erga ministros, à quibus bona
accipiunt spiritualia parochiani, ut hinc

† carnalia iis lege gratitudinis retribuere
debeant, 1. ad Corinb. 9. vers. 11. Matth.
de Afflict. in prefat. ad decis. Neapol. num. 2.
Pateus de jur. regio quasi. 5. pag. 84. (2.) sed
etiam quia † nemo cogitur suis militate
stipendiis, cap. cum ex officiis 16. in fin. extr. de
prescript. l. idemq. 10. §. idem Labeo. 9. ff.
mandat. Paul. de Citadin de jur. patron. part.
6. art. 5. num. 2. (3.) Et † nonne Legatis
Procerum terrenis sumtus itineris omni-
aque illa impendia, quæ bonâ fide lega-
tionis exequenda gratiâ ab ipso facta,
quæque fortunæ ac itineris incommode-
tate per legationem amissa sunt, restitu-
untur? quia † scilicet officium suum Rei-
publicæ graviâ suscepimus nemini debet
esse detinendo, 1. si quis alieni § impendia.
ff mandat. Herm. Kirchner. de jur. offic. &
dignit. legat. lib. 2. cap. 10. num. 47. & 48.
Merito ergo & multi magis sumtus atq;
expensæ Ecclesiæ ministris ad ordinatio-
nem & confirmationem parochianorum
causa missis & alegatis restitu debent,
† quia sunt legati Dei & dispensatores
mysteriorum ejus, 1. Corinth. 4.

Ita † Consistorium Electorale supremum Archidiacono Ossitiensi Hieronymo Brandt ab Arn-
stadt, & Prefecto Misnensi die 7. Martii Anno 1624. (Verba Rescripti: Welcher gestalt
der zu Scrigis gewesene/nunmehr aber designirte Pfarrherr zu Knebelsdorff über die
Eingepfarrten daselbst wegen verwegter Unkosten zu seiner confirmation, vnd son-
sten sich beschweret/und gebeten/das habt ihr hierbi zu befinden. Wann sie ihm den
solche zu geben schuldig. Als ist hierauf an statt höchst gedachtess unsers gnädigsten
Herrns hiermit unser Begehren/ Ihr die Gerichtsherren wolle den Leuten auff rle-
gen/sime solche Gelder unvergitterlich zuzustellen/ und ihr der Archidiaconus den neuen
Pfarrer zur confirmation ungesäumt anhero presentieren, &c.)

Nec non † Superintendenti Bischoffsvverdensi & Georgio à Starchedel zu Steinigswolmsdorff 1.
die 10. April. Anno 1618. Verba Rescripti: Darneben wollet ihr Verordnung ihun/ daß
dem Pfarrherrn die bey der ordination vnd zu Erlangung der confirmation auffgewen-
dere Unkosten / dieser Lande herkommen nach / von der Kirchen Vorrath gefol-
get werden/ etc.

Et † Superintendenti in Hayn, ut & Gottlib à Köritz die 23. Martii Anno 1636. (Verba Rescripti: 12
Wollet aber unterdessen verschaffen/ daß dem neuen Pfarrer seine aufgelegte Ober
Consistorial Gebühr von der Kirchen Vorrath / oder den Eingepfarrten ungesäumet
herwieder erstattet werde/ etc.

DEFINIT. LIV.

Investitura novi Pastoris et si de substantia ministerii non est, nequaquam tamen omitti debet.

S V M M A R I A.

1. Investitura novi pastoris in quoniam consistat?
2. Finis & utilitas investiture.
3. Per investituras contrahitur vinculum inter Ecclesiam & pastorem.
4. Pastor Ecclesiam non deserat.
5. Investitura de substantia ministerii non est.
6. Hanc tamen omitti debet.
7. Cur necessaria novi pastoris investitura?
8. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica Elect. Sa-
xonica. num. 9.
10. Quibus solennibus investitura peragenda.
11. Rescriptum Electorale.
12. Consistorij supremi Rescripta. n. 13.

VOcationem, ordinationem & confirmationem Ministrorum Ecclesiae subsequitur investitura, qua est † actus ecclesiasticus solennis, quo persona ad ministerium legitimè vocata & ordinata regi, cui præficienda est, per Superintendenter hæc sicutur, in Ecclesiam suam instituitur & in possessionem officij sui actualem deducitur, & quidem † palam ac publicè ut omnis evitetur suspicio, can. quampio 1. quæst. 2. can. cum clericus. dist. 81. cap. un. extr. de inst. in 6to. Coras de Sacerdot. part. 4. cap. 1. n. 15. Matth. Coler consil. 34. n. 122. Iohan. Gerhard. in loco de minist. ecclesiast. sect. 14. §. 170. Matth. Stephan. de iurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 16. n. 4. † Eâque investitura inter Ecclesiam & clericum contrahitur vinculum ad instar Coniugii, Novell. 113. cap. 9. cap. cum inter canonicos. extr. de elect. c. requisiti. extr. de testib. cap. 2. §. sicut autem extr. de translat. Episcopi. † quemadmodum ergo vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec pastor Ecclesiam suam deserere. Matth. Stephan. dict. cap. 16. n. 5. Et si verò investitura hæc † de substantia ministerii non est teste Nicolo Papa can. 1. di-
stinct. 23. Gerhard. dict. loc. §. 170 pag. 278.

nequaquam tamen omitti debet, vel saltem propter solennitatem, quâ literæ confirmationis publicè præleguntur, † pastor novus toti Ecclesiae sicutur & introducitur, cui actui coniugi solent seriae abhortationes, quibus tûm novus † minister, tûm auditores officij sui admonetur, ac stipulatâ manu ad sedulam illius executione obligantur: addūtur & seriae preces; quibus officiū ministri Deo commendatur, Gerhard. dict. loc. Sunt certè hæc omnia tanta actalia, quæ absque religione & pietate omitti haud debent. † Quod & facit Ordinatio Ecclesiast. sub Rubr. gemeine Form und Weise / auf welche ein newer Kirchendiener ordiniret, und durch den Superintendenzen seiner ihme verordneten Kirchen commendiret und investiret werden soll. fol. 100. in pr. ibi: † Als offi einer zum Kirchendiener aufgenommen / verordnet / und der Kirchen vermöge ihres gegebenen Zeugniss und consens antehmlich etc. sol der Superintendens die Christliche investitur verrichten. † Quo verò ritu, quaque formâ peragi debeat investitura, id abunde docet Ordinat. Ecclesiastica predicto loco.

Ita † Serenissimus Saxonia Elector Consistorio VVittebergeri die 24. Octobr. Anno 1623 (Verba 11 Rescripti. Vad wann beydseits Eingepfarrte mit ihnen zufrieden; So wolle ich denselben

denselben durch unsere Beampthen die *vocationes* auszuhändigen / und auf vorahendes
examen ihner die ordination widerfahren lassen / auch ihrer investitur halber gebrührliche
Anordnung thun/etc.)

*Et † Consistorium Electorale supremum Superintendenti Ostiensi. & Rudolpho à Köckeritz die 7 De- 12.
cembr. Anno 1614. (Verba Rescripti: Darauff an stat des Churfürsten zu Sachsen und
Burggraffens zu Magdeburg/r.c. unsers gnädigsten Herrns begehrende/ Ihr der Su-
perintendent wollet seine investitur förderlichst verrichten/etc.)*

*Nec † non Senatui & Administratoribus Hospitalis Freibergensis die 12. Febr. Anno 1612. (Verba 13.
Rescripti: Begehren an stat des Churfürsten zu Sachsen und Burggraffen zu Mag-
deburg / unsers gnädigsten Herrn: Ihr wollet nunmehr mit der investitur und Ein-
weisung der eligirten Personen verfahren/etc.)*

D E F I N I T. L V.

Quamvis investitura novi pastoris ad ius episcopale spectet, præscitu ta-
men Patroni, eoque & parochianis præsentibus peragi debet.

S V M M A R I A.

- 1. *Ius præsentatum instituendi ad Patronum non-
spectat.*
- 2. *Investitura est actus iuris episcopalis.*
- 3. *Quia impediti non debet à Patrono.*
- 4. *Ius patronatus differt à jure episcopali.*
- 5. *Patronus ad se debet investiture novi pastoris.*
- 6. *Quibus ex causis & rationibus*
- 7. *Investitura fieri debet in præsencia totius Ec-
clesie. (membrum.*
- 8. *Patronus & Magistratus præcipuum Ecclesie.*
- 9. *Benefaciendi honor exhibendus.*
- 10. *Ius Patroni honorificum in quoniam versetur.*
- 11. *Rescriptum Electorale.*
- 12. *Consistorii supremi Rescripta n.13.*

1. **N**on sicut ius præsentandi , ita & ius
instituendi ac destituendi prælenta-
tum ad Patronum spectat, c. præterea. 4. c.
quod autem. 5. §. ult. c querimoniam 9. cumseq.
&c. suggestum. 29. extr. de iure patronat. qui ip-
pe quod non ex iure patronatus, sed ex le-
ge iurisdictionis dependet. Quare in-
vestitura † novi pastoris est actus iuris e-
piscopalis, qui per Superintendentem Ec-
clesie exercetur, Matth. Stephan. de iuri-
dict. lib.3. part.1. c.17. n.32. in loco de minist. ec-
clesiasi. sect.14. §.170. † adeoque frustra
reluctantur quandoque Patroni, quo mi-
nus investitura suscipiatur : ut enim ius
patronatus non tollit ius episcopale, ita
quoque non tollit, nec excludit, imò et-
iam non potest tollere nec excludere in-
vestituram ad ius episcopale pertinentem,

Gerhard. dict. loc. † quia utrumq; ab in-
vicem differt, Matth. Wesembec. part. 1.
consil. 4.8 n. 23. in fin Matth. Stephan. ad No-
vell. 57. n. 12. & seq. Christoph. Besold. in dis-
sert. de patroc. & client. An ergo Patronus
ad investituram non requitendus: Omni-
nō requiti debet, nec sine eius præscitu ac
præsentiâ parochianorum petagendus est
investituræ actus: (1.) † propter clarā san-
ctionem in Ordin. Ecclesiast. Elector. sub Rubr.
gemeine Form und Weise / auf welche ein
neuer Kirchendiener ordinaret und investire
werden soll. fol. 100. in pr. verb. Sol der Su-
perintendent, oder auf desselben Befehl der
Adiunctus, in des Gezirck er gehörig / aufs
förderlichste sambi dem Amtmann Colla-
torum oder Erbherrn d'sselben ortis / beneben
einem benachbarten Pfarrer / als gezeugen
der

der Handlung / auf einen bestimmten Tag sich daselbst hinversügen / und die Christli. che investitur verrichten. (2.) † Cumque investitura publicè & in conspectu ac præsentiâ totius Ecclesie fieridebeat. Ordinat. Eccles. dict. loc. 9. Erstlich so das Volk versamlet. Gerhard. dict. 9. 170. non utique excludi debet Patronus & magistratus politicus, † qui præcipuum Ecclesiæ membrum habetur. Hugo Grot. in pietat. Ordinat. Holland. Christop. Besold. de maiest. sect. 2 cap. 3 §. 2. (3.) Quoniam & meritorum Patroni in Ecclesiam hoc requirit, & suadet ratio naturalis atque honestas, † ut benefacienti honor & reverentia exhibeat, argument. l. 2. Cod. de offic.

magistr. offic. l. posteriores, 5. C. de offic. Rect. provinc. cap. cum in officiis. 7. extr. de testament. (4.) Quod † & facit ius honorificum Patroni, quod in processione versatur, can. piezientia. 26. in fin. can. frigentius. 27. caus. 16. quest. 7. cap. nobis. 25. extr. de iur. patron. quem processionis honorem vulgo declarant per præminentiam seu primum atque ex imium locum, ut scilicet Patronus præaliis honoretur, eique primus, ac præcipius in actibus solennibus tribuatur locus, Spino à Carceres in spec. testament. gloss. 4. princ num. 6. Ernest. Cothman. Respons. Academ. 30. num. 9. Francisc. Pfeil consil 182. num. 14. Paul. de Citadin. de iur. patron. part. 6. art. 6 n. 2. & seqq.

Ita † Serenissimus Saxon. Elector D. Paulus Röberns Superintendenti V. Vitteberg. & generali in Circulo Electorali, nec non Prefecto Liebenwerdensi die 27. Augusti Anno 1630. (Verba Rescripti. Euch ist zu verbergen/dass der geirewe S. O. nun nach seinem gnädigen Willen den Pfarrer und Superintendenten zu Liebenwerda Christophorus Gilbertum umlängst durch den zeitlichen Todt von dieser Welt abgesondert. Wann Wir dann an dessen Leben Sielle seinen Sohn M. Matthaeum Gilbertum nach erlangter vocation dahin zum Pfarrer und Superintendenten confirmiret, wie Ihr hierbey originaliter zu befinden; Als begehrten Wir hiermit gnädigst! Ihr wollet Euch mit gedachten M. Gilberto und dem Rathe zu Liebenwerda eines gewissen Tages zur investitur vergleichen / denselben vorher von der Canzel / wie gebrauchlich verkündigen/ auch denen dahin gehörigen Kirchen und Schuldienern auf dem Lande zu rechter Zeit anmelden lassen / und alsdann angeregte investitur der Gebühr verrichten / auch darbey die confirmation dem neuen Superintendenten auszutragen / daran verbringet Ihr unsere gefällige Meinung und Wir seyn Euch in Gnaden gewogen / etc.

Et † Consistorium Electorale supremum Superintendentei zum Hahn und Goetze von Körz zum St. u. d. die 23. Marii Anno 1636. (Verba Rescripti: Als ist hierauf an statt Ihrer Churfürstlichen Durchl. unter Begehrten/ Ihr zugleich wolle: Euch der investitur halb eines gewissen Tages vergleichen / und soische dem Herkommen nach für derlichst verrichten / etc.)

Nec † non Superintendentii Pirnensi die 14. Iulii Anno 1608. (Verba Rescripti: Demnach M. Abraham Vitek us beruffener Pfarrer gegen S. u. h. anhero zum examen, ordination und confirmation presentiret, auch nach verrichteter Predigt / examine und ordination von uns hierzu confirmiret worden; Als ist hiermit an statt höchste auctes unsers gnädigsten Herrns u. s. r. Begehrten an eub/ Ihr wollet ihn mit Zugehung des Collatoris und eines benachbarten Pfarrers in solches Pfarramt förderlichst investiren und einweisen/etc.)

DEFINIT. LVI.

Sumptus ad celebrandum investituræ actum ex fisco seu ærario ecclesiastico suppeditantur.

S V M M A R I A.

1. Investitura novi pastoris sumptus requirit.
2. Unde hi sint desumendi?
3. Ærarium ecclesiasticum eos suppeditare debet.
4. Quibus excusis & rationis?
5. Identitas rationis idem ius facit. (gutur.)
6. Investitura novi pastoris Ecclesia gratia pera-

Cum investitura novi pastoris sumptus requirat, nec sine expensis peragi queat, præseri im quando pro more cuiusque loci consuetio post actum investituræ convivia parantur, non immerito quæsiveris, † unde sumptus eiusmodi sint desumendi. Sanè pastor vel minister Ecclesiæ recens vocatus & investitus graviis non debet, † sed ex ærario potius Ecclesiæ necessariæ suppeditabuntur expensæ. Ex quo enim (1.) Ærarium seu fiscus Ecclesiæ solvit sumptus † in ordinatione pastoris factos, ut diximus supr. defin. 53. artie. general. 1. Von der ordination. §. So werden auch/etc. 5. So einer/etc. hoc ipsis etiam onus expensarum ad investituræ actum Ecclesiæ incumbit, quippe quod eadem utroque in casu militari pietatis ratio, † ut hinc quoque idem ius subesse existimaverim, l. illud questum est, 32. ff. ad Leg Aquil l. quadam 9. §. numularios. 2. ff. de edendo

Ita † Serenissimus Saxonia Elector Superintendenti, Prefecto & Senatu: Liebenwerdens die 15. Januar. Anno 1631. (Verba Rescripti: Wir haben ewer des Superintendente und Raehs zu Liebenwerda absonderlich suppliehen wegen derer bey jüngster investitur aufgewandten Untosten / verlesen hören und Du der Schösser hast solche hierbei zu befinden; Begehren derwegen herausz gnädigst! Ihr samblich wollet bemeldte Untosten nach billichen dingn ansehen und nach Gelegenheit des Raehs und Kirchentostens vermögens / hierzu etwas contribuinen lassen/etc.)

DEFINIT. LVII.

Ærarium ecclesiasticum si non habeat, unde sumptus investituræ solvantur, Parochiani ad contributionem sunt obstricti.

S V M -

S V M M A R I A.

1. Quid si ærarium ecclesiasticum ob inopiam nequeat sumptus suppeditare?
2. Parochiani tūm eos prestare tenentur.
3. Proportionabiliter & pro rata suarum facultatum.
4. Sumptus investitura ab Ecclesia præstandi.
5. Parochiani constituant Ecclesiam.
6. Utilitas parochianorum vereitur in novi pastoris investiturā.
7. Qui commodum sentit, sentiat quoque incommodum.
8. De corporalibus homines sunt solliciti.
9. Rescriptum Electorale.

Quid autem, si tanta sit ærarii inopia, ut non habeat, unde sumptus investiturae suppeditantur, vel si proventus Ecclesiae non sufficiant? Procul dubio tūm parochiani seu incolæ dicēceos & ad horum exolutionem eruat obstricti, Casp. Klock. de contribut. cap. 2.n. 52. Sigismund. Finckelthul. de iure patr. c.4.n.89. Ghristin. vol. 2. deif. 2.8. n. 2. & seqq. ita ut onines indifferenter contribuant, sed proportionabiliter pro ratione, portione & & quantitate bonorum & facultatum, quas possident, Henning. Arnif. lib. 1. polit. cap. 16. & lib. 2. c. 5. ac ne aliqui gravius, aliqui levius censentur, l.3. §. præses. 15. ff. de munere. & honor. l. 4. C. quemadmodum. civil. mun. indic. lib. 10. l. fundos 10 C. de fund. patrim. lib. 11. l. id ab unaquaque 12. Cod. de amon. & tribute. Aym. Crave. t. confil. 195. nu. 9. Henr. Bocet. de collect. c. 12. n. 16. Et cur parochioni se eximeret hoc casu ab onere contributionis,

Ita & Serenissimus Saxoniae Elector in eadem causa. (Verba Rescripti: Begehren derowegen hier auf gnädigste Ihr sāmlich wollet die bemeldte Utbosten nach billichen dingen ansehen und nach Gelehnheit des Reichs/ und Kirchenkassen vermögens hierzu etwas contribuieren lassen den Rest aber von den Eing pfarrien in und außerhalb der Städte durch eine Antage/ evern allersets ermessen nach ungewöhnlicher einbringen/etc.)

D E F I N I T. Lli X.

Pastor novus sive parochius, ut cum familiā & supellecstile advehatur, parochiani curare & sumptus subministrate debent.

S V M M A R I A.

1. Advehendus est parochius cum familiā & supellecstile.
2. Idque sumptibus parochianorum.
3. Probatur hoc ex Ordinatione Ecclesiastica Electorali Saxonica. (cūflos)
4. Parochius ne sit deterioris conditionis quam

L 3.

J. Salā-

5. Salarium ministrorum Ecclesiae modicum.
6. Solliciti sint parochiani de honesta ministrorum
verbi sustentatione. (pastoris.)
7. Causa agitur parochianorum in vectura novi

Non subsistendum in investiturâ parochi ultimo vocationis actu, sed etiam curandum ac providendum, ut cum familiâ suâ & supellecilibus advehatur, & in domum parochiale habitationi sua destinatam introducatur; id quod parochianorum † sumptibus & quæ fieri debet. (1.) Hoc enim si constitutum est in personâ Custodis, ut scilicet cum coniuge, liberis & supellecile advehatur, † in art. general. 37 in fin. ibi: Und da ein Custos von neuen angenommen würde / soll derselbe von der gemeine auf ihr oder der Kirchen (dass sie des vermögens) Unkosten meßme Beräthe und Gesinde geholt werden. utiq; ie in vecturâ parochi id multo magis obliterari debet, † ne deterioris habetur conditionis quam custos, non sine nota absurdum, quod vitandum, l. usq; pro

8. Sumtus ab iis exigendi, quorum gratia actus celebratur.
9. Rescriptum Electorale.
10. Consistorij supremi Rescripta. nu. 11. 12. 13. secundo. C. de ceduc. tollend. l. ult. C. per quas personas. l. ult. C. de autor. praef. (2.) † Aliter quoque si dicemus, metuendum, ne bona pars salarii, quod plerumque est modicum & exiguum, vecturâ consumatur, ac parochus inde ad inopiam redigatur, quin & alimentis careat, non sine scandalo & dedecore parochianorum, quibus incumbit, † de honestâ sustentatione ministri Ecclesiæ prospicere, O. Dav. Cacher. de sif. Pedemont. 99. J. han. Azor insit moral. lib. 7. cap. 27. (3.) † Et nonnè etiam causa agitur parochianorum, quando iis pastor seu custos animarum adducitur, ut hinc expensis vecturæ neutrquam se eximere debeant, † quia regulatiter sumtus ab iis exiguntur, quorum gratia actus celebratur, l. sed et si. 11. § 1 ff. ad exhibend. Mael de homag. tit. II. num. 14.

Ita † Serenissimus & conie Elector Superintendenti & Praefecto zu Gommer a die 18. Januar. Anno 1627. (Verba Rescripti: Euch ist unverborgen was massé Wir die Pfarrer & Schora mit Christiano Martini zuersagen angeordnet. Wann dann die vorige Pfarrer und seine Kinder peste gestorben; Als begehren Wir hiermit gnädigst / Ihr wöllet verschaffen/ dass die Pfarrwohnung dem neuen Pfarrer vor seinem Anzug von den Eingepfarrte gereinigt ausgeweiiset und ihm die Zehrung auch was er sonst zu seinem Anzuge bedürftet auf vorhergehende liquidation erstattet werde / in vorweigerung aber / Du der Schöffer durch Zwangsmittel sie dargu anhalten etc.)

Et † Consistorium supremum Nobilibus à Rischwitz zu Gröba die 26. Febr. Anno 1621 (Verba Rescripti: Aus dem Einschluß habt ihr zu übernehmen / was an uns der neue vorne Pfarrer zu Gröba wegen seiner Abholung supplicando gelangen lassen; Hierauf ist anstat höchstgedachtes unsers gnädigsten Herrs unser Begehren Ihr wöllet euren Unterthanen bei einer nahmhaften Strafe auferlegen / Suplicanten mit seinem zu gehörigen Haus/ath unverzüglich abzuholen/in Vorweigerung die Strafe von ihre einbringen / und durch andre Mittel sie darzu gebührlich compelliren und anhalte etc.)

Item † Superintendenti & Praefecto Misnensi die 22. Febr. Anno 1636. (Verba Rescripti: Was massender neue Pfarrer zu Tannenberg Johan Scheiter über die eingepfarrten Untertanen daselbst wegen vorweigerter Anlage zu seiner Abholung sich beschweret und geberet / das habt Ihr hierbei zu bestinden. Wann dann sein Suchender Billigkeit und Kirchenordnung gemäß / Als ist / etc. Unser Begehren / Ihr der Schöffer wollet

Let solches den Eingepfarrten nochmals auferlegen / oder in Verbleibung die wider, spenstigen und faumigen durch zwangsmittel darzu compelliren und anhalte lassen / &c.)
 Et † Superintendenti in Hayn & Gottlieben von Köckritz zum Strandt die 4. Apr. Anno 12
 1636. (Verba Rescripti : Desnewen Pfarrers Abholung betreffende ist die Gemeinde denselben auf ihre Unterkosten mit seinem Geistliche abzuholen schuldig etc.)
 Et † Capitaneo ac Prefecto zum Wolkenstein die 6. Febr. Anno 1617.

T I T. V.

De

Qualitate & Officio ministrorum Ecclesie.

DEFINIT. LIX.

Eruditus esse debet Ecclesiæ minister, & gnarus controversiarum theologicarum, articulorum fidei, Augustanæ Confessionis, & Formulae Concordiae:

S V M M A R I A.

1. Idonei tantummodo sunt admittendi ad functionem ecclesiasticam.
2. Quinam tales sint, & quid ab iis requiratur?
3. Non sint hospites in literis & linguis, vel articulis fidei.
4. Quanam eorum scientia & eruditio esse debet?
5. Officium Ecclesie ministrorum quodnam?
6. Adducitur Theologorum Saxoniorum administrationis.
7. Probatur hoc etiam ex Ordinatione ecclesiastica Electorali Saxonica. num. 8.
9. Licet eruditio ministrorum verbi non semper sit exquisitissima.
10. Competentiam toleranda.
11. Rescripta Consistorii supremi. num. 12.


 1. Vomodo vocandi, præsentandi ordinandi & investiendi sint Ecclesiæ ministri, haec tenus dictum, iam ad horum qualitates & officium accedamus; † nec enim quisvis præsentari, & ad munus ecclesiasticum admitti debet, sed tantummodo is, qui idoneus & dignus habetur, cap. cum pos 4 extr. de offic. iudic. ordinar. cap. literas 14. cap. nimis, 18. extr. de filio presbry. cap. grave. 29. 2. extr. de prebend. imprimis † verò quoad erudititionem literarum, linguarum, & SS. Theologiaz cognitionem, Novell. 123. cap. 1. & cap. 12. can. si forte. 26. distinct. 63. can. illiteratos. 1. can. qui ecclesiasticus. 2. dist. 26. cap. cum incundis. 7. extr. de elect. cap. nisi 10. vers. pro de fedu. extr. de renunciat. Videant ergo, † qui munera & functiones ambiant ecclesiasticas, ne in literis & linguis sint hospites;

in articulis fidei penè pueri, in controversiis verò, quibus hodiè concutitur Ecclesia & quarum cognitio necessaria est doctibus, planè peregrini. Quotum negligētia & ignorantia supina cùm ferri nullo modo possit, commendaram sibi habeant † scriptorum Symbolicorum lectionem, rerū sacrarū & theologicarum cognitionē familiarem sibi reddant: articulos fidei, Augustanam Confessionē & Formulae Concordiae diligenter legant ac discant, ut potentes sint ad redarguendos contradicentes, & os illis obstruendum. † aut certè ex Catecheticæ doctrinæ capitibus præmonere valeant, ac præmunire gregē adversus irruentes lupos, qui nunquam non in ovile Domini fraudulenter se insinuant, prout habet † admonitio Theologorum ad Synodum Dresensem deputatorum ad pastores & mini-

- & ministros Ecclesiarum in Electoratu Saxonie
Anno 1600. conscripta. nro. 1. Quod & verbis
7 diligenter expressum acq[ue]o p[re]ceptum in T
Ord. Ecclesiast. Elect. Sax. Rubr. Von examine
aller Kirchendier. fol. 89. & seqq. per tot. &
imprimis in pr. vers. Zum andern sollen sie
8 auch/etc. ibi: + sub Rubr. Wie ein Kirchen-
diener von den Consistorialen, ehe er zu investi-
ren befohlen / seines ampts halbenzu erin-
tern und zu vermahnen. per tot. fol. 96. & seqq.
- & Synodal-general decret de Anno 1625. pag 4.
9. Sketch wie Biranch/etc. Sanè + non
semper eruditio requiritur in ministris
Ecclesiæ exquisitissima, sed solummodo
talis, quā utiliter ministerio p[re]esse que-
ant: Quamvis enim desideranda sit emi-
nens scientia in pastore, + competens ta-
men toleranda est, ut scitē admodum lo-
quitur Papa Innocentius III. in cap. nisi
cum. 10. vers pro defecu. extr. de renunciat

Ita + Consistorium supremum Superintendenti Dresdensi D. Paulo Laurentio die 5 Junij Anno 1607. 11
(Verba Rescript: Als haben Wir D. S. die ordination wiederaufgefahrt lassen und in Kräffe
dieses zu einem Substituten gedactes seines Vattern confirmiret und bestettiget; Begeh-
ren derowegen hiermit Ihr wollet ihn hierzu förderlichst investiren, ihn auch/dass er sich
darienstetig der Prophetischen und Apostolischen Schriften: item, der Augsp[iritu]o-
gischen unverenderteren Confession, derselben Apologie, Schmalkaldischen Articuln, bey
den Catechismis Lutheri, so wol der Formulen Concordie und Articuln jüngst verrichteter Vi-
sitation der Kirchen und Schulen dieser Landen und Thür fürstenthümbe / der Thür-
Sachsen Anno 92. der weniger Zahl / und sonst der Kirchenordnung allenthalben
gemeß bezeige / gebührlichen vermahnen und untersagen etc.)

Et + Superintendenti Bischoffsvverdensi, & Georgio à Starchedelin Steltzschwolmsdorff 12
die 10. Octobr. Anno 1617. (Verba Rescript: Derselbe aber in examine ganz ungeschickt
befunden / in dem er selbst bekennet / dass er keine Theologische lectiones iemals nachge-
schrieben / und die heilige Bibel kaum einmal / die Augustanam Confessionem aber / der
selben Apologiam, Schmalkaldische Articul grossen Catechismum Lutheri, und Formulam
Concordie niemals gelesen darauff er doch iego einen Eyd schweren sollen; Als tragen
Wir darob besrembung / und ihn zu confirmiren bedencken/etc.)

DEFINIT. LX.

Lectioni Bibliorum indefesso studio incumbat minister Ecclesiæ.

S V M M A R I A.

1. Dignus quisnam sit & idoneus ad functionem ecclesiasticam.
2. Potissimum idonei quodnam requisitum?
3. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica. n. 4.
5. Assidua requiritur lectione Bibliorum ab Ecclesiæ ministris.
1. Dignum sive idoneum ad functionem ecclesiasticam vulgo existmant eum, qui requisita & qualitates habet necessaria ad ministerium, cui præficiendus; indignum vero & inidoneum, qui iis destitutur, Iohan. Bapt. Costa in tract. defact. scient.
6. Officium pastoris in verbis prædicatione con-sistit.
7. Egregia Hieronymi admonitio.
8. Pontificis opera quanam?
9. Admonitio Papæ Zozimi.
10. Rescriptum Electorale.

- 2 scient. & ignor. Rubr. aut sciebat, aut ignorabat,
diss. 90. n. 28. & 29. cent. I. † inter haec ve-
tò potissimum judicamus requisitum, ut sit
purus in vera Religione Lutherana, & ita
quoad rectam fidem idoneus, Novell. 123.
3 cap. 12. Ordin. †. Elect. Saxon. sub Rubr. Von
Beruff aller Kirchendiener. fol. 88 §. Zum
vierden. verb. und da dieselbe qualificaret und
richtig befunden / daß sie in der Lehre rein/
etc. & sub Rubr. von examine aller Kirchen-
diener. fol. 89. ibi : † Sollen sich mit beson-
dern Fleß und Ernst erkündigen ob er in
der Lehre rein / und nicht mit falschen opinio-
nibus oder schädlichen Irrthümern in einem
oder mehr articulis vergiffet sey / etc. † Cui
consequens, diligentem & assiduam re-
quiri Bibliorum lectionem à ministro Ec-
clesiae, haec enim ceu veræ fidei funda-
mentum si neglexerit, facilimè in sincera
Religione errabit. Quin & officium pa-
rochi sive pastoris lectionem Bibliorum
maximè desiderat, † quippe quod princi-
paliter in verbi prædicatione consistit,

Ita † Confessorium supremum in causâ VV. VV. Pfarrers zu Reitersdorff contra Christoph
Weisigen daselbst die 24. Oktobr. Anno 1617. (Verba Decreti: Darnebens aber der
Pfarrer zu mehrern Fleiß in seinem studio theologicô und lectione biblicâ, dann iego an ihm
befunden/ ernstlich ermahnet werden soll/darnach sich beyde heil zu achten/etc.)

DEFINIT. LXI.

Quod gravitatem morum, vitamque ac conversationem honestam
& exemplarem inculpabiles esse decet ministros Ecclesiae.

S V M M A R I A.

1. Dignitas ministerii non dependet à dignitate personæ. n. 2.
 3. Non quales sint, sed quid loquantur pastores at-
tendendum.
 4. Vita honesta ac inculpata sint ministri Ecclesie.
 4. Probatur hoc ex Ordinat. Eccles. Electorali
Savonicu. n. 6.
 1. E T si dignitas ministerii non dependet
à dignitate personæ administrantis,
 7. Sancta Dei non sunt profananda.
 8. Vita debet correspondere doctrina.
 9. Qui benè dicit, male vivit, destruit rursus quod
construxit.
 10. Pastor bonus non solum verbo, sed & exem-
plopraise deberet.
 11. Rescriptum Confessorii supremi.
- sed instituendis Christi & verbi divini,
quod est potentia salutis omni credenti,
M c. se-

- c. secundum. distinct. 19. Salvatore de Pharisæis monente, † quæcunque dixerint vobis, servate & facite, secundum opera verò eorum nolite facere. Matth. 23. vers. 3.
2. unde & Nicolaus Papa, † non quales sint Domini Sacerdotes, sed quid de Domino loquuntur, magnopere attendendum ait, c. non quales. 86. caus. 1. quæst. 1. decet tamen ministros Ecclesiæ præ cæteris ornatos esse † virtutibus, graves moribus, inculpatos quoad vitam & exemplarem conservationem, Novell. 6. cap. 1. Novell. 2. 3. cap. 1. & cap. 12. c. qui Episcopus 2 distinct. 2. 3. cap. cum in cunctis. 7. ext. de electione. cap. grave. 29. ext. de probend.
5. Quod & † requirrit verbis dissertis Ordinat. Ecclesiast. Elector. Saxon. sub Rubric. von Beruff der Kirchendiener. fol. 88. §. Zum vierdien. ibi: Eines erbarn christlichen lebens und Wandels. Et sub Rubric. Von examine aller Kirchendiener. § Zum vierdien. f. 89. ibi: Sollē sie nit weniger fleissige fundschafft seines Lebens und Wandels haben. † general articul. 16. von Leben und Wandel der Pfarrer. 337. ibi: sondern auch in ihrem Leben und Wandel/ sich in Worten/ Werken/ Gebehrden/ Kleidungen/ und allen andern erbarlich gegen männlich freund. sich/ züchtig/ bescheden und demütig/ vers-
- halten / etc. Idque † ne forsitan per eos sancta Dei profanentur, Roman. 2. vers. 13. 19. & seqq. 1. ad Corinth. 9. vers. ult. Novell. 57. c. 2. vel scandalum auditoribus & populo præbeat, Garcia de benefic. part. 7. c. 8. Johan. Aloys. Riccius decis. Neapol. 133. n. 1. † Estque pachrum & ad Ecclesiæ ædificationem maximè proficuum, vitæ regulam convenire cum doctrinæ norma, 1. ad Timoth. 3. vers. 2. & seqq. c. non si incompetenter. 2. quæst. 7. c. præcipue, 11. quæst. 3. Marsil Paratin. indefens. pac. part. 2. cap. 8. pag. 75. Nat qui benè docet & malè vivit, & Nazianzeni sententiâ quod unâ manu construit, alterâ rursus destruit, dict. Ordinat. Eccles. Rubric. Wie ein Kirchendiener von den Consistorialen seines Amtes halber zu erinnern. §. Dieweil auch das Amt/etc. quique aliter vivit quam docet, derogat doctrinæ sua fidem, Conrad. Dieteric. in analys. Evangel. Dom. 3. Advent. part. 1. obser. 1. Hocque ipsum est, quod vulgo dicitur: bonum pastorem non solum verbo † sed etiam exemplo præire debere; verbo quidem prædicationis sancta: exemplo conservationis inculpatæ & honestæ, Theodor. Reinking de regim. secul. & ecclesiast. lib. 3. class. 1. cap. 7. num. 5.

Ita † Consistorium supremum Superintendenti Ecclesia Dresdensis D. Paulo Laurentio die 5. Jun.
Anno 1607. (Verba Rescripti Wollet ihm auch/ daß er sich der Kirchenordnung allent, halben gemeh bezetze/ auch mit angezogenen wandel und wesen/ wie einen getrewen Seelsorger eignet und gebühret/ sich verhalten soll/ gebührlich erinnern und untersagen/ wolten wir euch vermelben/ und ihr vollbringen hieran höchstermeidtes unsere gnädigsten Herrn gefällige Meinung/etc.)

DEFINIT. LXII.

Non admittendus ad functionem ecclesiasticam, quin potius removendus, qui ratione eruditioris, vel morum ac vita reddit indignum.

SVM.

S V M M A R I A.

1. Non nisi digni ad Ecclesia munera admittantur.
2. Indignos qui se reddunt à Deo vocati non sunt.
3. Adducitur monitum Francisci Lamberti.
4. Quenam vocatio legitima? n.6.
5. Signum quodnam hujus certissimum?

7. Non confidant ministri Ecclesie in externa vocatione.
8. Inidonei non confirmandi in Confistoriis, sed
9. Probatur hoc ex Ordinatione Ecclesiastica.
10. Confistorii supremi Rescripta. n. II.

Ratione igitur eruditionis, sinceræ Religionis, nec non morum, integræ vitæ, & inculpabilis conversationis idonei & digni sint necesse est, qui ad functionem ecclesiasticam aspirare cupiunt, vel ad verbi sancti ministerium jam sunt vocati, f. certò credentes, indignos si se se reddiderint, à Deo nequaquam esse vocatos: quare non spernant monitum Francisci Lamberti, Theologi & Monachi Galli, qui in tractatu de fidelium vocatione in Regnum Christi cap. 8. & 9. inter alia scribunt: *Quisquis ad sacra Regni Christi ministeria, maximè ad summum illud, quod est ministrare verbum Dei, externè vocatur: antequam suscipiat vocationem, expendat an spiritum ad id accēperit, quod est internè mitti seu vocari: quem si non accepit, postulet à Deo, qui dat omnibus adfluenter dona sua; sicut & quantum opus est, qui & dabit postulant, si ipsa externa vocatio ab eo est profecta; f. quod si ipsam vocationem internâ minimè confirmarit, nullatenus est admittenda, ne si aliqui fecerimus, falsi Apostoli ac Pseudoprophetæ simus, &c. Et postea: Hoc autem erit cuique signum certissimum, f. quod à Deo sit ipsa vocatio, si adeo qui internè mittit: quod tum est, dum cupid non lascivire, videri inter alias doctior, sed opus & laborem verè bonum magnâ solicitudine & charitate operari nitatur; ita ut velit potius*

mori & quidvis perferre, quam aliud docere populum, quam ignita & purissima eloquia D E I. Hactenus Lambertus. Non ergo à t DE O internè se vocatos existimant, qui vel ratione morum, eruditio-
nis, ac vitæ honestæ & exemplaris repre-
hensionem incurront, scilicet quia hi po-
pulum nequeunt docere & Ecclesiam æ-
dificare, & si omnino verbis ædificant,
vitæ tamen & facto rursus destruunt.
Theodor. Reinking. de regim. secul. & ec-
clesiast. lib. 3. class. 1. cap. 7. num. 5. Nec f in
vocatione externâ indigni Ecclesiæ mi-
nistri confidant, quippe quæ est illegiti-
ma & nulla; quare omni jure rursus
possunt removeri, quin potius ab initio
nequaquam admitti, nec à patrono Ec-
clesiæ vocatione ac præsentati, confirmari,
f sed potius remitti & annullata ejus vo-
catione alius aptior substutui debet, cap.
pastoralis. 29. extr. de jure patron. Ordinat. Ec-
clesiast. sub Rubric. Von Beruff und An-
nehmung der Kirchendiener. §. Zum vierde-
cen. fol. 88. & articul. general. 1. Von der or-
dination. f §. Da sie aber besunden / daß eti-
ner in der Ehre ungeschickt / oder sonstien zu
diesem Ampt nicht tüchtig / sollen die / so ihm
gesandt und zu der Pfarrer berufen haben /
schriftlich von dieses ungeschicklichkeit be-
richtet und vermahnet werden / daß sie auf
einen andern bedacht seyn wollen / der zu sol-
chem Ampt tüglich.

Ita f Confistorium Supremum Antonio à VValvixen in Schyveta die 2. Maii Anno 1621. 10
(Verba Rescripti: Wir haben ewer Schreiben / und des Superintendanten zu Oschatz
presentation verlesen hören / und darauf ewern Padagogum examiniret. Wann
denn daraus zu befinden gewesen / daß er in studio Theologico wenig versirt, und

auff keiner Universität etwas in theologicis gehöret / etc. Als haben wir/insondere/ heit die Theologi unserer schweren Pflicht nach / ihn zu diesen mal nicht admittiren können. Damit aber umb ewere willen ihme als einen Ausländer möge geholfen werden / so haben wir auff dieses Mittel gedacht : wann ihr zeigern M. Iohann Krebsen von Chemnitz unsers gnädigsten Herrn Stipendiarium zu Wittenberg/ eine wol qualificirte Person / wie seine testimonia bezeigten / und wir ihn befunden / nach gehörter Probpredigt mit Willigung der Eingepfarrten vocire wollet / auff solchen Fall weren wir erbötig / ewern Padagogum alsbalden zum Stipendio / und her nach wann er sich habilitiret, zu Diensten zu befördern. Do euch aber dieses Mittel nicht annehmlich seyn sollte / so werdet ihr uns förderlichst eine andre qualificirte Person/ darwider die Eingepfarrten nichts erhebliches einzuwenden, anhero präsentiren lassen / etc.)

- II Et † Superintendenti Bischoffsvverdensi, ut & Georgio à Stranschedeln in Steinicht vvolmsdorff die 10. Octobr. Anno 1617. (Verba Rescripti : Dieweil denn N. N. in dem examine ganz ungeschickt befunden / in dem er selbst bekant das er keine theologische lectiones nemals nachgeschrieben / und die heilige Bibel kaum einmal / die Augustanam Confessionem & über / derselben Apologiam, Schmalkaldische articul. grossen Cathecidnum Lutheri, und Formulam Concordie nemals gelesen / darauff er doch iezo einen End schweren sollen; Als haben wir ihn zu confirmiren bedencken / etc. begehrende / Ihr der Collator wollet förderlichst eine qualificirte Person auf der Kirchen Unkosten anhero präsentiren, und dieselbe ohne Vorbewußt des Superintendenten zur Probpredigt nicht aussstellen / etc.)

DEFINIT. LXIII.

Ministri Ecclesiae se non immisceant rebus politicis & ad Magistratus officium pertinentibus.

S V M M A R I A.

1. Dignitates bodie compatibilis, ecclesiastica & politica.
2. Baculus Aaronis & gladius Nimrodi unâ regitur manu.
3. Probant hoc Principes protestantes.
4. Principes Augustana Confessionis sunt etiam Episcopi.
5. Non verè tamen, sed saltē nominetenui.
6. Ministri Ecclesia verè sunt Episcopi.
7. Homines sacri ordinis à negotiis politici abstineant.
8. Allegatur ad hoc dictum Bernhardi.
9. Decretum Consistorii supremi.

I **Q**uod olim Herbipoli vulgatum erat dicterium : Herbipolis sola judicat ene & stolâ ; id hodierno seculo latius diffusum, cum sint dignitates compatibilis ecclesiastica & politica, Bernhard. Zieritz de princ. inter ipsos dignitat. prærogat. Matth. Stephanus de iuridict. lib. 3. part. 1. c.

1. & lib. 2. part. 1. cap. 7. † moribusque hodiernis baculis Aaronis, & gladius Nimrodi unâ regitur manu ; unâq; parte Clerici, alterâ Principes & Duces salutantur ; altero pugno Codicem , altero ensem gestant, Zieritz dict. loc. † idque non improbari appetet ex Responsione, so der Keyser.

Keyslerlichen Maiest. die protestirenden Fürsten und Stände gegeben haben / von verglichenen und unvergleichenen articuln, bey Vergleichung der Religion. ibi: und seyn da wider nicht / daß die Bischoffe die Güter und Herrschaften besitzen / die ihnen von Keysern und andern Fürsten ausgegeben sind / apud Frider Hortleder. de bell. german. lib. I. cap. 35. pag. 263. † Quare & Principes nostrates vigore pacificationis religiosæ Episcopos nominari , ac potestatem utramque politicam & ecclesiasticam exercere videmus, Recess. Imper. de Anno 1555. §. Damit auch obberührte / supr. defin. 2. Petr. Syring. de pac. religion. conclus. 29. Matth. Stephan. dict. lib. 3. cap. 4. num. 13. & cap. 1. §. per tot. scilicet † quia nominetenus saltem Episcopi sunt, nec vero Episcopotum funguntur officio, quod in prædicatione verbi & administratione Sacramentorum consistit, Johan. Gerh. in loc de Magistratu polit. sect. 5. membr. 1. §. 179. ex quo dunt taxat † ministros Ecclesiæ veros dixeris. E p i s c o p o s , ad quos si concurrentiam u-

triusque potestatis extendere velis, multum à vero aberraveris, quia illos non decet immiscere se tebus secularibus , nec officium gerere politici Magistratus, propter expressam Christi prohibitionem, Matth. 20. vers. 25. Marc. 10. vers. 42. Luc. 22. v 25. Iohan. 18. vers. 36. Videant ergo homines † sacri ordinis, quod abstineant à rebus & negotiis jurisdictionem politicam concernentibus: A apostolosque imitantur, ex quibus non fuit quisquam , qui imperium politicum attingeret, Johan. Gerhard. in loc. de minist. Eccles. §. 298. Nec monstrabut, inquit Bernhard. † ubi quis. piam Apostolorum aliquando sederit iudex hominum, aut diversor terminorum, aut distributor terrarum : stantes quidem judicatos legimus Apostolos, sedentes autem judicasse non legimus, Henr. Eckard. de ordine Eccles. & polit. part. 1. cap. 6. quest. 1. Hocque ipsum & politicorum dictis & rerum exemplis abundè probat & amplificat Gerhard. dict. loc. 7 g

Ita † Consistorium supremum Dresdense in causâ Barthol Nezels zu Wilsdena contra David Georgium Pfarrern daselbst / die 8. Septembr. Anno 1619. (Verba Decreti: Dorauff wir beklagen Pfarrer bey vermeidung anderer Anordnung außerlegt / seiner hinsühro in Neden besser wahrzunehmen / auch sein Amt also zu führen / daß Lehr vnd Leben mit einander eintreffen / und er sich in sachen die Obrigkeit vnd Unterthanen behangende nicht einmengen soll / welchem er auch unverbrüchlich nachzukommen / ver- sprochen / darnach sich die Partheyen zu achten / etc.) 9

DEFINIT. LXIV.

Procuratorio more literas supplices ne scribant Ministri
Ecclesiæ in causis litigantium.

S V M M A R I A.

1. Non unâ in fede morantur politica & ecclesiastica potestas.
2. Concurrentiam dupliciti jurisdictionis in una persona multi jamdudum sunt admirati.
3. Abstineant ministri Ecclesiæ ab officio Magistratus.
4. Non modò ex prohibitione sacra Scriptura.
5. Sed etiam quod patri curâ utriq; officio preesse nequeant.
6. Secularia & ecclesiastica uno eodemq; tempore ab uno nequeant exerceri.

M 3

M ini-

7. *Ministris Ecclesiæ non convenit munus procuratorium.*

1. **N**equaque ergo convenient, nec sede morantur in una Psalterium & cythara ; |Cruifixus & summa potestas; Miles & Sacerdos; Imperator & pastor Regnum & patibulum; corporalia & spiritualia; arma & sacra; bellum & pax; Cæsar & nutritus; Dominus & servus, ut ait Ludovicus Imperator in edito publico contra Iohannem XXII. apud Aventin. lib. 2. annal. Bojor. quare cum Episcopi pontificii politicam exercebant jurisdictionem, † non absqueratione concurrentiam hanc duplicitis ac diversè potestatis in una persona multi jam dudum fuerunt admirati, teste autore alicuius Chronicæ veteris : Daher beginten die Bischoff erstmals Recht zu haben / das deutche domals unbillich manchem Mann/ Reinecc: de Orig. Saxon. fol.
2. 14. Abstingant ergo nostri Episcopi † seu ministri Ecclesiæ, qui tales reverâ salutantur ab officio Magistratus: multò magis verò à functione procuratoria, ne consulant in causis aliorum litigiosis, nec preces simplices scribant; non solummodo (1.) quod temporalibus ac politicis rebus † se planè non debeant immiscere, juxta illud Apostoli: 2. ad Timoth. 2. vers. 4. Nemo militans Deo implicant se negotiis secularibus. Ferat. in pract. in form. libell. resp. Rei conv. gloss. 18.

Ita † Consistorium supremum Balthasar Rungen in Rithmiz, & Superintendenti Osstiensi die 4. Martii Anno 1614. (Verba Rescripti: Und ihr der Superintendent wollet darneben dem Pfarrer zu Mochau mit ernst untersagen/ daß er sich hinsühro den Leuten supplicaciones zu schreiben gänzlich enthalten soll / etc.

DEFINIT. LXV.

Ministris Ecclesiæ tabernam vinariam vel cerevisiariam erigere non licet.

S V M M A R I A.

1. *Permissum haut est ministris Ecclesiæ tabernam habere vinariam.*

2. Idq.

8. *Multitudo procuratorum Reipublicæ nocivæ.*
9. *Rescriptum Consistorii supremi.*

10. *Didac. Covarr. in c. peccatum. p. 2. §. 9. n.*
11. *Johani Bodin. lib. 3. de Republ. cap. 3. num. 227. & seqq. (2.) † Sed etiam quia paricurâ ministri Ecclesiæ functioni suæ & rebus secularibus præesse nequeunt Ambros. in lib. de fug. seculi. nam quod ad alia officia confertur, hoc Religionis cultui, divinoque ab officio decerpitur; † quin nec uno eodemq; tempore secularia & ecclesiastica ab uno exerceri possunt, Johan. Gerh. in loc. de minister. ecclesiast. §. 300. quare Ezechiel. cap. 34. vers. 4. & Jeremias cap. 5. vers. 30. & 31. in catalogo rerum horribilium recensent dominationem Sacerdotum in potestate suâ. (3) Imprimis verò ministris Ecclesiæ † functio & munus procuratorum nequaquam convenit, nec ab iis si ne insignis scandalo exerceri potest, quod enim in aliis, qui jura non didicerunt, id & quæ heic metuendum, ne procuratores illi novi causas litigantium si non dolose, ex imperitia tamen confundant, & judiciorum sanctitatem in cautelas & technas commutent, Ventur de Valent. in part. litigioso. lib. 2. cap. 7. de quibus verè dicitur: † Ubi procuratorum turbâ strepit, ibili- tium anfractibus tota civitas ardebit, nec domus aliqua vacabit à litigio, Joh. Ba- ptist. Magó. de rect. patroc. rat. part. I. c. II. n. 9.*

9

2. Idq; prohibitum in Ordinat. Eccles. Electorali
Saxonica.
3. Cause & rationes hujus prohibitionis.
 4. Commercia distrahabunt animum pastoris.
 5. Taberna adversantur Apostolorum in docendi
munere fidelitati.
 6. Aequum non est pastores ministrare mensis.
- M**ulto minus verò Ecclesiæ ministris
tabernam vinariam vel cerevisia-
rum habere permisum : quin potius ex-
pressè prohibitum est in Ordinat. Eccles. art.
general. 16. fol. 338. §. Es sollen auch die Pfarrer
sich aller unehrlichen Handthierungen
wie auch des Wein- und Bierschenkens/
Kauffmannschafften / Verkauffs auff
Bücher/und dergleichen Händel gänzlich
enthalten. ¶ Et in fin. Dass sie nicht schenke/
Zeichen aufstecken / oder Gäste zur Beche
im Hause sezen / darauf grosses Ärgerniss
der Kirchen/und ihnen den Pfarrern mehr,
mals grosser Schimpff / Spott / Gefahr/
Nachtheil und Schaden erfolget / derowe-
gen es keinem Kirchendiener gestattet/ son-
dern behalten mit ernst abgeschaffet werden
soll / etc. Non sine rationibus urgentissi-
mis: (1) ¶ Siquidem, ut prædicta Ordina-
tio Ecclesiastica habet, ejusmodi nego-
tiaciones non sine ingenti scandalo &
decore ministerii possunt exerceri; Si-
nem Clerici tabernam vinariam ac cere-
visiarum ingredi prohibentur , quanto
magis, alii in eâ ministrare , c. nulli distinet.
44. & videntur potius invitare ad potan-
dum eos, quos arguere debent. (2.) ¶ Di-
strahunt hæc commercia in multa à mi-
nisterio aliena animum pastoris, & effica-
cem dant causam, ut multa reprehensio-
ne dignissima audire, videre . ac perfetre
cogatur; ne dicam , quod rebus seculari-
7. Christus ementes ac vendentes ex atrio templi
expulit.
8. Fructus suarum vinearum vendere pastoribus
permisum.
9. Probatur haec limitatio ex Ordinatione Eccle-
siastica.
10. Rescriptum Electorale:
- bus immiscere haud se debeat, 2. ad Timo-
2. vers. 4. (3.) ¶ Adversantur hæc tabernæ
Apostolorum in docendi munere fidelitati,
quorum tamen imitatores decet esse
sinceros pastores. non f enim aequum
est, inquit, ac decens, nos derelinquere
verbum Dei & ministrare mensis, Acto. 6.
vers. 2. (4) Cumque Christus ementes
ac vendentes ex atrio templi binis vicibus
expulisse ¶ legitur, Iohann. 2. vers. 15. Luc. 19.
vers. 45. non certè permittendum erit, ta-
bernam vinariam vel cerevisiarum erige-
re in loco templo vicino , nempe in ædi-
bus parochialibus. Nolo tamen hæc ita
generaliter accipi, ¶ quin pastoribus liceat
fructus vineatum suarum & cerevisiam
jure municipaliter respectu ædiū propriarū
coctam vendere atque distrahere, prout
dicta. Ordinat. Eccles. hanc moderationem
adhibet in allegato artic. general. 16. ¶ Dass
aber besonders von Wein und Bierschen-
ken ist vermeldet / soll also verstanden wer-
den: Da den Kirchendienern eigener Wein
wünsche / oder zu decem gesiegle / oder sie auff
der Pfarr / oder sonstigen Gerechtigkeit hetten
Bier zu brauen / mehr denn sie zur Haush-
altung bedürften/oder eigene Häuser het-
ten/darauf sie zu brauen/besugt/dass ihnen
solches bei Fassen / Eymern und Tönnern
andern Leuten zu verkauffen ungewehret
seyn soll.

Ita ¶ Serenissimus Saxon. Elector Superintendenti & Senatu Dresdeni die 23. Februar. Anno 1616. 10
(Verba Rescripti: Wir werden berichtet/dass eiltche des Ministerii allhier den Ordnungen
und unterschiedenen Verbrennen zu wider sich in ihren geistlichen Wohnungen Wein
zu verkauffen/ auch wol Gäste darben zu sezen unterstehen sollen. Wann denn solches
nicht)

nicht zu gerlingen ärgernd und Abbruch Bürgerlicher Nahrung gerechdet / und wir daher es also ferner nachzugeben/un ungessraft hingehen zu lassen nit gemeinet; Als begehrten wir hiermit gnädigst / Ihr werdet das ganze Stade Ministerium vor euch erfordern/ihnen solches anmelden / und wann ferner einer oder ander hinführo des Weinschanks oder Gäste sezens in seiner geistlichen Wohnung sich untersangen wird/alsdenn ihr der Rath zum ersten 20. Reichenische Goldgulden von desselben Bezahlung inne behalten / hernach aber den Wein abnehmen lassen / und denselben / oder dessen Werth denen in armen Hospital zu S. Bartholomei zum bessern anwenden/etc.)

DEFINIT. LXVI.

In officio elenchtico ministri Ecclesiæ modestia utantur, nec quenquam pro concione ex privatis affectibus perstringant, vel injurias contra eum evomant.

S V M M A R I A.

- 1. Officium elenchiticum habet intermittendum.
- 2. Ministri Ecclesiæ sunt ovium pastores.
- 3. Quin & speculatores.
- 4. Et architecti in domo Dei.
- 5. Debeta in officio elenchtico adhibenda est prudenteria.
- 6. Amici correctio plus proficit, quam turbulenta accusatio.
- 7. Publicos peccatores publicè corrigere licet.
- 8. Admixta tamen semper piâ modestia.
- 9. Severitatem correctionis temperet mansuetudo lenitatis.
- 10. Nil ex affectibus privatis proferant Ecclesiæ ministri.
- 11. Nec injurias evomant in suggestu.
- 12. Prohibitum hoc in Ordin. Ecclesiast. Elect. Saxon. n. 13.
- 13. Rescripta Confessorii Supremi. n. 15. 16.

- I** TILIS quia est Scriptura ad arguendum & corripiendum. 2. Timoth. 3. v. 16. officium elenchiticum neutiquam intermittere debent, sed exhortentur ministri Ecclesiæ populum in doctrinâ sanâ, & contradicentes arguant, Tit. 1. vers. 10. juxta illud Jehovæ: Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo sclera eorum, & domui Jacob peccata eorum, Esa. 58. vers. 1. Sunt enim † Ministri Ecclesiæ pastores Ovium: Ergo oviculas ita pascant, ut quod infirmum est, corroborent, ægrotum sanent, confractum consolident, quod propulsum est, reducant, quod periiit, requirant, Ezech. 34. v. 4. † Sunt speculatores: Ergo animadverstant eos, qui impiè vivunt, & impietatem suam eis annunciant; alias sanguinem illorum Deus & manibus ipsorum requirit, Ezech. 3. vers. 17. & seqq. † Sunt Architecti in domo Dei: Ergo non tantum ædificant, sed & iis, qui in oribus corruptis ædificata destruunt, resistant, & destructa instaurant, 1. Corin. 3. vers. 10. Qualis enim est ædificatio, congerere lapides, & ut ab aliis destruantur, permettere, B. Lutherus in cap. 5. Epistol. 1. Petri. Frider. Balduin. de casib. conscient. lib. 4. cap. 7. cas. 4. Cautè tamen agant Ministri Ecclesiæ † in officio elenchtico, debitamque adhibeant prudentiam, ita nempe, ut eos qui ex ignorantia vel infirmitate peccaverint, blandis admoneant verbis eum exhortatione ad cavendos futuros lapsus Matth. 18. Nam, ut Ambros. ait lib. 8. in Luk. † plus proficit amica correptio, quam

quām turbulentia accusatio; illa pudorem
incutit, hæc indignationem movet, Joh.
Gerhard. in loc. theol. de minist. ecclesiast. §. 186.
Frider. Balduin. de instit. ministr. verb. cap. 16.
7 pag. 170. † Publicè verò peccantes & lapsi
suo publicum scandalum exhibentes pub-
licè quidem corrigerelicit 1 Timoth. 5. vers.
20. attamen & cum prudentia est adhi-
benda, ne excedatur † medicinæ modus.
admixtâ semper modestiâ: Non alperè,
inquit Augustin. Epistol. 61. ad Aurelium,
quantum existimo, non duriter, non mo-
do imperioso delicta tollantur, sed magis
docendo quam jubendo, magis monen-
do, quam minando: Misericorditer cor-
ripiat homo quod potest, quod autē non
potest, patienter ferat, & cum dilectione
9 gemat ac lugeat. † Et severitatem disci-
plinae & correctionis semper temperet
mansuetudinatis, Gerhard. dict. §. 186.
Imprimis verò caveant ministri Ecclesie,
ne vindicta queratur privata, sed emen-
datio delinquentis & aversio scandali: †
10 & ne quicquam ex affectibus privatis di-

cant, neque pro concione aliquem nomi-
natim perstringant, aut ita depingant, ut
quilibet intelligere possit, quis notetur,
Balduin. dict. cap. 4. in fin. multò † minus
injurias evomant in luggeru, quod pœ-
nam meretur; suntque excessu hi verbis
dissertis interdicti in † Ordin. Eccles. art. ge-
neral. 3. fol. 298. §. Zum siebenden. ibi: Nach. 12
demeden Pfarrern und Kirchendienern
mit Ernst auferlegt und eingebunden/dass
sie in ihren Predigten ihren eigenen affilden
mit holzippeln/ poltern oder schmehlen nit
nachhengen / sondern sich aller Christlichen
Sanftmuth und Bescheidenheit nach der
Lehre Sancti Pauli gebrauchen / etc. † Et
postea: Dass solches allein auf die ärgerli-
chen Predigten gemeinet / da die Pfarrer
aus zorn und eigener rathgier ihre eigene sa-
chen auf die Cangel gerazzen/ un mit ärger-
niß der Gemeinde ausgestossen / die Leute
mit Namen genenthet / oder sie sonstien also
ausgemahlet/dass manntlich / wer sie seyn
wol verstehe können / oder sonstien nit gebühr-
liche ordnung in straffamt gebrauchet / etc.

Ita † Consistorium supremum Pastori Stolbergensi die 12. April. Anno 1608. (Verba Rescripti:
Was bey uns Weichior Ulmer Amtsschreiber zu Stolberg über euch sich anderweit
beschwerter/ solches habt ihr instigend mit mehrren zu ersehen. Wann dann ve mō-
ge Churfürst Augusti Christmilder gedächtnis Kirchenordnung / ein Pfarrer und
Kirchendiener in seinen Predigten seinen eigenen affilden mit holzippeln/ poltern oder
schmehlen nicht nachhengen / sondern sich aller Christlichen Sanftmuth und beschei-
denheit gebrauchen soll. Als ist hicmit an stat höchstedachies unsers gnädigsten
Herrns unser begehren an euch/ Ihr wollet euch angedenter Kirchenordnung allent-
halben gemäß bezeigen/ etc.)

Item † Superintendenti Anwabergensi die 5. Februar. Anno 1617. (Verba Rescripti: Wir haben
ewer wider den gewesenen Bergprediger bey euch/ und dentestgen Pfarrer zu Eaden 15
M. Iohannem Andreae eingeschicktes Schreiben verlesen hören / und soll darauff die ge-
bühr angeordnetwerden; Begehren aber an stat/re. Ihr wollet bis zu austrag der sa-
chen euch alles schmehens und anstechens von der Cangel und sonstien wider gedach-
ten Pfarrer zu Eaden / bey verlust ewers Dienstes gänzlich enthalten/ etc.)

Et † Superintendenti Dresdensi die 25. Januar. Anno 1613. (Verba Rescripti: Hierauß ist an stat
höchstedachies unsers gnädigsten Herrns unser begehren / Ihr wollet beklagtem 16
Pfarrer mit ernst verweisung thun/ und krafft dieses bey verlust seines diensts aufer-
legen/dass er hinsüro auf der Cangel sich der privat affecten gänzlich enthalten / und der
publicirten Kirchenordnung gemäß sich bezeigen soll/ etc.)

N D.

DEFINIT. LXVII.

Magistratum peccantem Ministri Ecclesiae modestè arguant, ne subditia ad seditionem excitentur, vel reverentia & obsequium diminuatur.

S V M M A R I A.

1. Ministri verbi absq; respectu personarum in cumbit redarguere peccata.
 2. Publicè Magistratum peccantem corrigere possunt. (Scriptura.)
 3. Probatur hoc exempli desuntis ex sacra.
 4. Adducitur autoritas B. Lutheri.
 5. Prophetæ Reges sepius redarguerunt.
 6. Modestè tamen hoc casu est procedendum.
 7. Non propter peccata occulta Magistratus publicè est argendus.
 8. Ne seditione contra Magistratum excitetur.
 9. Pii ministri sunt præcones conversionis, non tubæ seditionis.
 10. Rescripta Consistorii supremi n. 11.
- C**Vm ministri Ecclesiae absque ullo personarum discrimine jubeantur peccata redarguere. *Esa. 58. vers. 1. 1. Timoth. 5. vers. 20.* nusquam verò Magistratus crimina reperiantur excepta, quin & † ipsum peccantem publicè arguere queant, dubitandum haud est: quod & divino convenit mandato, *Exod. 6. vers. 11.* ubi Deus ad Moysen dicit: ingredere & loquere ad Pharaonem Regem Ægypti, ut dimittat filios Israel; *Ierem. 13. vers. 19.* Dic Regi & dominatrici: † humiliamini, sedete in terra, *Ezech. 31. vers. 1. & 2.* Faudum est verbum Domini ad me dicens: fili hominis, dic Regi Ægypti & populo ejus, &c. cur verè scripsit B. Lucherus *tom. 6. Lenens. German. fol. 334.* † Das Predigamt ist nit ein Hofdienner oder Bawrentnacht/ sondern es ist ein Gottes diener und knecht/ und sein Beschl gehet über Herr und Knecht. Nec desunt exempla: † ita enim Samuel objurgat Regem Saulem, *1. Samuel. 15. v. 19.*

Ita Consistorium supremum Dresdense Superintendenti Pirnensi, die 19. Martii Anno 1617. (Verba Rescripti: Begehrten demnach / Ihr wöllet euch sampt ewern Collegen vermöge der Generalien selbsten bescheiden: und den Rath mit dergleichen Predigten bey der Bür gerschafft fernern nicht gehässig machen etc.)

Et † Superintendenti Osstiensidi die 25. Octobr. Anno 1616. (Verba Rescripti: Was massen an uns der Rath zu Ossig über euch / daß ihr auff der Cangel nicht allein eitliche thres mietels / sondern auch den ganzen Rath zur ungebühr auslassen und verklei dern

nern solt sich beklage: solches habt ihr insgende zu befinden. Wann dann diese bestigung der publicirten Kirchenordnung zu wider: Als begehren etc. wir hiemst Ihr wollt eu ch hinsüro dergleichen enthalten / und in verbleibung dessen zu anderer Anordnung nich' ursach geben/etc.)

DEFINIT. LXIX.

Extra diœcesin suam pastores non debent exercere
actus ministeriales.

S V M M A R I A.

1. Omne Ministerium suum habet locū & circulū.
2. Ecclesia ministris extra diœcesin actus exercere ministeriales haut licet.
3. Vocatio pastoris ad alterius diœcesin se non extendit. (Saxonica).
4. Probatur hoc ex Ordinat. Ecclesiast. Elector.
5. Absq; vocatione legitima nemo ad functionem ecclesiasticam admittendus.

Omne Ministerium suum habet locum & quasi circulum, intra quem continetur; ne vagæ sint ejus expeditiones, sed certo hominum generi prosint, Frider. Balduin. de instit. ministr. c. 4. in pr. Nequaquam ergo † pastores & Ecclesiæ ministri extra suam diœcesin actus ministeriales exercere, val alterius pastoris auditores ad confessionem, absolutionem & communionem admittere possunt, nec debent, Iohan. Gerhard. in loco de ministr. ecclesiast. sect. 7. §. 117 pag. 196. (1.) Quia † vocatio Ninistri Ecclesiæ ad alterius pastoris diœcesin se non extendit, sed quilibet uni duntaxat Ecclesiæ datus est, pro quâ sola etiam aliquando rationem est redditurus: Eam igitur diligenter curet, alias vero suis relinquat pastoribus, iuxta admonitionem Pauli: attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos. Actio. 20. vers. 28. & Petrus, attendite gregi qui vobis est commissus, 1. Petr. 5. vers. 2. † Quò & facit Ordinat. Ecclesiast. sub Rubr. Wie ein Kitzhendener seines Amtes halber zu erinnern. fol 96. §. Dann die Kirche. vers. Darumb soll der Kitzhendener. & §. und soll der Kitz-

6. Probatur decisio predicta ex iure Canonico. n. 8.
7. Allegatur decretum Concilii Carthaginensis.
9. Fallit hoc decisio in casu necessitatis! & quoniam talis?
10. Aut si pastor à vera Religione defudit.
11. Rescripta Confessorii supremi.

Hendener. (2.) Quemadmodum ergo † absque vocatione legitima nemo ad functionem ecclesiasticam est admittendus, Rom. 10. v. 14. Hebr. 5. vers. 4. Frider. Balduin. de instit. ministr. cap. 6. Anton. Fab. in Codic. lib. 1. tit. 1. n. 18. supr. defin. 39. ita nec actuum ministerialium exercitiū in alterius pastoris diœcisi ministris Ecclesiæ permitti debet, quia scilicet eorum vocatio eō se non extendit. (3.) † Et facit hic cap. omnis. extr. de penitentia & remission. ubi statuitur, quod quilibet proprio sacerdoti debeat confiteris sua peccata; si quis verò alieno Sacerdoti voluerit justâ de causâ confiteri, debeat prius licentiam à proprio sacerdote postulare & obtinere. † In Concilio quoq; Carthaginensi III. decretū reperitur. 20. ut à nullo Episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diœcesis suum collegam, Balduin. de cassib. conscient. lib. 4. cap. 9. cas. 5. pag. 1097. (4.) Statuitur quoque iure Canonico, † ut dominicis vel festis diebus Presbyteri, antequam celebrent Missam, plebem interrogent, nam alterius Paracianus sit in Ecclesia, qui propriō contento Presbytero ibi velit Missam audire;

quem si inveniunt, statim ab Ecclesia ab-
siciant, c. ut dominicū. 2. extr. deparochiū, &
alienū parochianū. Sed regulariter hæc ita se
9 habent: † in casu verò necessitatis aliud
dicendum, veluti si peregrinis in locis
quis hospitetur; vel infirmā valetudine in
itinere obruatur, cui ministerium verbi
& Sacramentorum in Ecclesiis illis, ad
quas confugiunt, haudquaquam est de-
nugandum, nūlius enim hoc in casu ex-

istit contentus ordinarii ministri, sed ne-
cessitas, quæ non habet legem. Idemque
habendum in casu † quo pastor ordina-
rius à sincera religione, purō verbō Dei,
& dispensatione secundum institutionem
Christi deflectit, vel auditorem suum abs-
que causa ad S. coenam admittere nolit:
quas, ut & alias limitationes cumulat Bal-
duin. dict. cap. 5. Vid. quoque Gerhard. in lo-
co de minist. Ecclesiast. dict. §. 117. pag. 196.

Ita † Consistorium supremum Superintendenti Misnensi die 29. Martii Anno 1633. (Verba Re- 11
scripti: Wir werden berichten/ daß der Pfarrer zu Pürga sich untersangen soll/ außer
seinem Kirchspiel Zehren an andern orten actu ministeriales zu exerciren. Wann
dann ihm solches nicht gebühret/ und der Kirchenordnung ganz zuwider: So tra-
gen wir ob seinem beginnen missfallen: Und begehren hiermit an stat ihrer Chur-
fürstl. Durchl. unsers gnädigsten Herrn/ Ihr wollet erwehnem Pfarrer seinen un-
fug verwiesen und untersagen/ daß er bey vermeidung ernster straffe ohn unsern vor-
bewußt un einwilligung sich hinsührödessen allerdinges enthalte/ uns auch/ wie er sich
auff solche vorhaltung bezeiget/ ehst berichten/ etc.)

D E F I N I T. LXIX.

Patronus sive Collator sacris se immiscere & cultum divinum pro lubitu disponere haud debet.

S V M M A R I A.

- 1. Patrono haud fas est sacra disponere & pera-
gere.
- 2. Probatur hoc exemplū Regum Israēlitarū. n. 3.
- 3. Cura religionis ad Magistratum spectat po-
liticum.
- 4. Qui tamen ipse met sacra peragere haud debet.
Sicut licitum non existimat minis-
tris Ecclesiæ rebus secularibus & po-
liticis se impliceare, 2. Timoth. 2. vers. 4. supr.
defin. 63. ita nec fas est econtra Patrono &
seu Collatori, se immiscere spiritualibus,
cultum divinum pro lubitu disponere &
sacra peragere: Vix enim pœnam effugiet
divinam, quisquis hæc facete ausit: quem.
admodum exemplū Gedeonis testatur,
facientis ephod lineum, & instituentis
cultum privatum in domo paterna, Iud. 8.
Saulis, qui sacrificabat contra interdictū
- 5. Reformatio Religionis ad totam pertinet Ec-
clesiam.
- 6. Patronus particeps non est iurium Episcopa-
lium.
- 7. Ius patronatus differt à iure Episcopali.
- 8. Rescriptum Electorale.
Prophetæ Samuelis, 2. Sam. 15. † Ozias
Regis, qui thura incendebat contra pro-
hibitionem Sacerdotum, 2. Paral. 26. Je-
roboami, eligentis sacerdotes ex contem-
nissimis populi & instituentis festū hac-
enus inauditum, 1. Reg. 12. qui omnes pro-
pet facinora hæc graviter puniti fuerunt;
non † quod curam gesserint religionis
rerumque sacrarum, quæ omnino Ma-
gistratuui politico incumbit, ut demon-
stravimus supr. defin. 1. sed quia † ipsimet
sacra peregerunt, quæ tamen sacerdotibus
& E.

6. & Episcopis committere; quin de cultu
divino restaurando, & mutationerituum
suscipiendâ, † convocatis totius Ecclesie
ordinibus deliberare debuissent, prout
piè & rectè fecerant. Imp. Constantinus
Magnus uterq; Theodosius, Martianus,
Carolus Magnus, qui in Religionis nego-
tiis Synodos convocarunt, minimè autem
pro Imperio conscientiis per novitates
istas laqueum injecerunt, Christ. Besold.
de majest. scđt. 2. cap. 3. Parcker. de pol. ecclesiast.
3. cap. 15. Non ergò jus istud sibi vindica-

bit Ecclesie Patronus, † qui planè non est
particeps jurium episcopaliū, sed solâ
præsentatione jurisque patronatus exer-
citio contentus esse debet, quod † certè
multum differt à jure episcopalī. Matth.
V Vesemb. part. 1. consil. 48. num. 23. in fin.
Braudlach. in epitom. jurispr. publ. lib. 5. cap. 5.
n. 12. Matth. Stephan ad Novell. § 7 n. 12. &
seqq. Christ. Besold in dissertat. de patrocin. &
client. n. 63 tantum abest, ut Patronus vel
Collator solus pro libitu cultum divi-
num disponere queat.

11a † Serenissimus Saxonia Elector Rudolphi à Bünni in V Vesenstein die 13. Ianuar. Anno 1619.

(Verba Rescripti: An unser Ober Consistorium hat der Superintendent zu Pirna gelangen
lassen / daß du die erledige Pfarrer zu Dittendorff und den Gottesdienst daselbst von
den 11. Novembr. verwickelten Jahres bis anhero / ohne beider Superintendenzen zu
Dresden und Pirna vorwissen/nicht allein durch deine Pastores zu Hosterwitz/Friede-
richs und Birckartswalda so wel zum Wesenstein/sonder auch aus Böhmen deli-
nes gefallens besteller. Wann denn solche Anordnung in die Geistliche jurisdiction
und inspection gehörig und desgleichen keinem Collatori für sich selbst zu thun nachge-
lassen/etc. Als begehren wir hierauf gnädigst / dir wollest hierauf deins Verant-
wortung förderlichst einschicken/und darauff ferners Bescheits erwarten/etc.)

DEFINIT. LXX.

Non potest Patronus pastori seu ministro Ecclesie
interdicere suggestum.

S V M M A R I A.

1. Patronus non potest suggestum interdicere mi-.

nistris Ecclesia.

2. Quia prohibitio hoc spectat ad jura episcopalia.

5. Suspensionem pastoris ab officio Patronus sibi
arrogare non debet.

3. Abstinere debet Patronus à jurisdictione eccl-
esiasticâ.

6. Solus Episcopus habet jus destituendi Ecclesie
ministros.

4. Prohibitio suggesti importat suspensionem pa-

storis ab officio.

Q uod si ergò Patrono seu Collatori

7. Rescriptum Consistorii supremi.

facultas disponendi cultum divi-

cap. inter cetera. ubi Gloss. in verb. prædicatio-

nun extr. de offic. jud. ordin. Johan. Gerhard.

in loco de ministr. ecclesiast. scđt. 5. §. 108. pag.

183. † à quâ abstinere debet Patronus,

quippe qui jura episcopalia non habet;

sed exerceuntur haec ab Episcopo vel Prin-

cipe, aut Statu Imperii Evangelico, ad

quem per transactionem Passaventem

jura

7

8

9

4

N 3

- jura Episcopis sunt devoluta, supr. defin. 13.
Matth. Stephan. ad Nov. 57. n. 12. & seqq.
- 4 Et quis non vider, † interdictionem vel prohibitionem suggesti importare suspensionem pastoris ab officio, si non ipsam depositionem vel remotionem; † quam tamen Patronus sibi arrogare non debet, sed spectat ea ad solum Episcopum.
 - 5 † qui jus destituendi habet, si gravis &
 - 6 Ita † Consistorium supremum Dresdene Superintendenti Misnenhi, & Abrahamo Georgio à Schindel in Griebenstein die 25. Novembr. Anno 1631. (Verba Rescripti. Was massen ewer des von Schindels Pfarrer zu Beerwalda / Andreas Richter über euch wegen sperrung der Evangelie sich beschweret/und gebeuen/ das habt ihr beiderseits ansttn Inschluss zu nehmen. Wann dann euch dem Collatoris solches nicht gebühret/ sondern der Geistlichen juridiction zuständig: Als begehren anstatt Ihrer Churfürstl. Durchl. wir hiermit/ Ihr wollet dieses Einwenden verlesen/und uns ewern Gegenbertheit zu ferner Anordnung ehest überschicken/ Ihr der Superintendent aber/ wosfern keine andere Ursach als Supplicant berichtet/vorhanden/ ihme hervorwischen die Evangelie auf unsere fernere Anordnung wieder eröffnen/etc.)

DEFINIT. LXXI.

Uti gradus, ita etiam ordo & præcedentia inter Ministros Ecclesiæ observanda; & præcedunt ministri oppidani
ministros paganos.

S V M M A R I A.

1. Ratio ordinis in ministerio à Pontificis in primatum conversa.
2. Pontifex Princeps Sacerdotum, summus & maximus.
3. Principatus Pontificis maxime improbadus.
4. Qui desiderat primatum in terris, inveniet confirmationem in cœlis.
5. Gradus in ministerio ecclesiastico observandi.
6. Saltem quoad potestatem ordinis.
7. Qui bene ministrant, bonum sibi acquirunt gradum.
8. Quinam hodie gradus, & que dignitas in ministerio?
9. Superintendent nihil est aliud quam Episcopus.
10. Præcedentia inter ministros Ecclesiæ observanda.
11. Digniores ceteri sunt preferendi.
12. Rescriptum Consistorii supremi.

- I** PESSIME rationem ordinis in ministerio Episcopi Romani in primatum quendam, & quasi Monarchiæ, aut Hierarchiæ statum converterunt, se caput universale Ecclesiæ, terrestris & cœlestis potestatis absolutos dominos jactantes, c. si Papa versa sancta dist. 40. unde † Pontifex di-

citur princeps sacerdotum, quasi via sequentium, c. cleris dist. 21. ipse & summus Sacerdos, ipse & pontifex maximus nuncupatur; ipse efficit Sacerdotes atque Levitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse quid unusquisque facere debeat, ostendit, dist. c. cleris. Nicol.

col. Vigel. in method. jur. pontif. lib. 3. cap. 8.
 reg. 2. quem primatum multis defendere annititur Johann. Azor. instit. moral. lib.
 4. cap. 9. & seq. part. 2. † Sed nos opponimus Principatui huic pronunciatum Gregorii Magni Pontificis: quod universalis Episcopi nomen soli & uni Antichristi precursori conveniat, lib. 4. epist. 32. 34. & 7. epistol. 30. & illud Chrysolostomus: qui desiderat primatum in terris inveniet confusione in ecclesiis; nec inter servos Christi computabitur, qui de primatu tractaverit cap. multi. dist. 40. Matth. 18. Luca. 9. Balthas. Meissner. dregim ecclesiast. conclus. 1. 85. & seqq. Marsil. Patavin. in defens. pac. part. 2. cap. 4. pag. mibi. 135. in fin. † Nihilominus gradus in ministerio ecclesiastico observati debent, non quo ad potestatem ministerii & jurisdictionis, quae in prædicatione verbi, administratione Sacramentorum & usu clavium consistit, omniaibusque ministris ex æquo competit, 1. ad Corinth. 3. vers. 5. & 7. 2. ad Corinth. 12. vers. 9. Galat. 2. vers. 8. Johan. Gerhard. in loco de ministr. ecclesiast. cap. 5 sect. post §. 206. pag. 382. † sed quoad potestatem ordinis. Quemadmodum enim Deus autor ordinis non omnes ordines æquales esse voluit in mundo, ita nec omnes æquales sunt in ministerio Ecclesie, sed certi dantur ministrorum gradus, † quos indigit Apostolus

inquiens: qui bene ministraverint, bonum gradum sibi acquirent, 1. ad Timoth. 3. vers. 13. Sunt ergo gradus ministrorum in Ecclesia, quorum alii Episcopi, alii Presbyteri, alii Diaconi appellantur: † quæ tria nomina in priore Epistola ad Timotheum reperiuntur, cap. 3. vers. 2. & 8. cap. 5. vers. 17. & ad Tit. 1. vers. 5. & 7. & in nostris Ecclesiis adhuc retinentur, Frider. Balduin. de instit. ministr. cap. 100. Gerhard. dict. loc. §. 205. & 231. 232. & 233. Sunt enim apud nos Superintendentes nihil aliud quam Episcopi, ut notat Isidor. lib. 7. etymolog. cap. 12. Ludolph. Schrader. de feud. part. 9. cap. 3. n. 29. Joh. Azor. instit. moral. lib. 3. cap. 27. quæst. 1. part. 3. quibus diligens inspectio & cura ministerii incumbit, unde hæc tria: Episcopus, Superintendens & Inspector eandem denonant personam, idemque officium, Rittershul. ad Novell. part. 1. cap. 7. n. 10. Theodor. Reinking de regim. eccles. lib. 3. class. 2. cap. 3. n. 17. Consequens hisce est, † quod etiam præcedentia inter ministros Ecclesiæ observari debeat, Gerhard. de magistr. polit. §. 186. ex quo non facile quisquam dubitaverit, ministros oppidanos præcedere paganos, eosque, qui in suburbis sacra administrant; † nam digniores ceteris sunt præferendi, l. 1. ff. de albo scrib. l. ult. ff. de fide instrum. Limn. lib. 4. jur. publ. cap. 9. n. 41.

Ita † Consistorium supremum Superintendenzi 1619. Verba Rescripti: Wir haben etore unterschiedliche Brichte / die zwischen den Geistlichen bey euch bis anhero entstandene Irrungen der præcedenz halber betrefende verlesen hören. Wann dann an den fürnenbstten Orten dieser Brauch bis anhero gehalten worden / daß das Stadtmusserium denen in den Vorstäden und Dörfern allezeit vorgehet / und vorgezogen wird. Als l. ssen wir es bey diesem Gebrauch blich bewenden. Hherauß an statt öchßgedachtes unsers gnädigsten Herrns begehrende Ihr wölken nunm hr die Parheyen darauff beschelden / und denen in der Stadt Freiberg die præcedenz vor dem Hospitalprediger und andern / welche ausserehalb der Stadt und auf den Dörfern wohnen/einreumen/etc.)

DEFINIT. LXXII.

Ministro Ecclesiae non licet fugere temporis pestis, nisi id fiat
absque scandalo & jactura muneris ecclesiastici.

S V M M A R I A.

1. *Episcopus non debet deserere Ecclesiam.*
2. *Nec ei invita renunciare.*
3. *Præfertim tempore persecutionis.*
4. *Annon pestis tempore fugere ei liceat?*
5. *Decisio negativa: & quæ fundamenta acrationes decidendi?*
6. *Discessas tempore pestis arguit dissidentiam erga Deum.*
7. *Adducitur exemplum Aaronis.*
8. *Nec non Regis Ezechie.*
9. *Limitatio decisionis: & quando pestis tempore liceat discedere: n. 10.*
11. *Ob publicam utilitatem Ecclesiam dimittere canones concedunt.*
12. *Modò non præbeatur scandalum.*
13. *Rescriptum Electorale.*

Sicut vir non deber ad adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus suam Ecclesiam, id est, ut illam dimittat, ad quam sacerdos est, c. sicut vir. 3. quest. 1. cap. 2. extr. de elect. & ut carnale conjugium Deus soli suo iudicio dissolvendum reservavit, ita etiam spirituale conjugium, cap. inter corporalia. extr. de translat. Epist. † Quare qui semel se obligavit Ecclesiae, cap. nisi. §. verum. extr. de renunc. ei invitare renunciare non potest, † ne quidem in persecutionibus, Matth. Steph. de iuridict. lib. 3. part. 1. cap. 16 n. 9. Nam si perniciosum, proretam in tranquilitate navem deserere, quanto magis in fluctibus? inquit Nicolaus Papa int. scissitarii. 7. qu. 1. † Quid vero pestis tempore: an non cum saltē Superintendens vel alius Ecclesiae minister ad tempus aliunde se conferre accommodari poterit? Non certe: (1) quia auditores sive parochiani hoc tempore vel maximè ipsius operâ & ministerio indigent, quod de agendâ pœnitentiâ admoneantur & de beatâ emigratione ex hac vita informentur. (2.) Nec fieri id potest absque scandalo: † arguit enim discessus dissidentium erga promissiones divinas, Psal. 91. vers. 7. non appropinquabit ad te malum, Matth. 10. vers. 30. Capilli capitū vestri omnes numerati sunt,

Hebr. 13. vers. 5. non derelinquam te, nec deseram te. (3.) † Accedit quoque exemplum Aaronis, qui cum pestis repente levaret, celerique progressa cursu quatuordecim mille & septingentos homines absumserat, sterit inter vivos & mortuos, incenso suo Deum placans, Num. 16. vers. 4. 8. nec non Esaiae, † qui iussu Domini ad Regem Ezechiam peste corruptum intrat, & caput plasma ex sicibus ulceri ipsius imponi jubet, cap. 38. vers. 21. nec tamen ullum inde sentit documentum, Johan. Gerhard. in loco de minist. ecclesiast. §. 290. p. 469. Idque regulariter verum est. Aliud dicendum, † si absque scandalo & jactura muneris ecclesiastici minister discedere queat. Quid enim, si aliis quoque Ecclesiis sit præpositus; Ecclesiaque in loco pestifero aliis verbis ministris sit instruta, aut substituatur alius, qui non minore dexteritate, diligentia ac fide ecclesiastici muneris partes obeat; ita ut absque scandalo & jactura functionis ecclesiasticae secessus fieri queat? † Non invidendum tum erit 10 locus tuior Ecclesiae minister, qui forsitan ultra modum est timidus; nam in casu necessitatis ac publicae utilitatis Ecclesiastiam dimittere canones concedunt, c. mutationes. c. scias. 7. quest. 1. Matth. Stephan. dict.

dicit cap. 16. num. 15. & 11. † Cavendum tam
men sedulū, ne scandalum præbeatur in-
simis, quos potius ad fidem, charitatem

& patientiam exhortari et quum est, Gerh.
dicit cap. 469. circa fin.

- 13 Ita † Srenissimus Saxon. Elector Superintendenti, Prefecto & Senatui Libenverdensi die 9. Septembry.
Anno 1633. (Verba Rescripsi: Wir haben aus ewern des Superintendenten eingeschick-
ten bericht / aus was ursachen ihr euch bey anhaltender seuche nach Dobra zu bege-
ben und in den sechs eingepfarreien Dorffschafften die Seelsorge zu verrichten vor-
habens / vernommen / und ihr beyde der Schösser und Rath habt solches aus dem
einschlus zu erschen. Wofern nun dasselbe ohne abbruch der Seelsorge in der Stade
Liebenwerda / so wol der inspection füglich geschehen kan / vorher auch dem neuen Dia-
cono die ordinirte Person zum pestilentialn conjungiret; So seyn wir bis auf unsere fer-
nere anordnung damit dergestalt zu frieden / das uns ihr samblich von 14. Tagen zu
14. Tagen die beschaffenheit wie die seuche zu oder abnimbt anhero ausführlich und
gründlich berichtet/ etc.

T I T. V I.

De

Ludimoderatoribus, Custodibus, alijsq. Clericis: eorumque
vocatione & officio.

DEFINIT. LXXIII.

Ludimoderatores & Præceptores in scholis idonei à Magistratu cuiusq;
loci constituuntur: cæteroquin Principis officio incum-
bit, huic rei prospicere.

S V M M A R I A.

- 1. In educatione puerorum fundamentum totius Reipublica latet.
- 2. Reipubl. faciunt iniuriam, qui liberos non erudiunt.
- 3. Publica informatio privata preferenda.
- 4. Liberi Reipublica nascuntur.
- 5. Præceptores idonei scholis proficiendi.
- 6. Cura Elector. Saxon. hanc de re.
- 7. Magistratus negligens si existat, cura scholarum principi incumbit.
- 8. Multam interest Reipubl. liberos bene educari.
- 9. Magistratus negligens jus suum ad Episcopum devolvit.
- 10. Propter bonum publicum à jure ordinario recedendum.
- 11. Rescriptum Confessorii supremi.

Vti in semente posita spes messis est; ita totius reliquæ virtutæ expectatio ab educatione pueritiae pendet, Anton. Muret. orat. 2. in qua fundamentum Reipublica latet: perinde ut hortus pereat necesse est, nisi olitor, antequam arbores marcescat, novellas inferat, surculos præscindat, distortos corrigat, virtutæ emendet,

ex Plat. Lang. lib. 3. epist. 6. † Qui ergo non rectè instituunt ac erudiunt liberos, non solum ipsi liberis, sed etiam Reipublicæ faciunt iniuriam, Cicer. act. 5. in Ver. Reinh. König in theat. polit. part. 1. c. 4. n. 26. quod imprimis de publica institutione, quæ sit in scholis & gymnasii, accipiendum; † quippe publica informatio privata semper est præferenda, cui liberos suos nemo;

O

si id

si id Res publica poscat, subtrahere valet,
Herman Kirchner. *de Republ. disputat.* 17.
4. *thes. 2. lit. b.* Siquidem † illi æquè ac parenti
nascuntur, l. i. §. 15 ff. de venti in possess. mitten-
do. Curæ itaque Magistratus cuiusq; loci
incumbit, ut tales præficiantur scholis Lu-
dimoderatores, & præceptores, qui ad
functionem hanc maximè sint † idonei,
tâm ratione eruditio nis ac dexteritatis,
quâm pietatis, humanitatis & modestiae,
ut pueri non tantum literas discant, & bo-
nis in artibus erudiantur; sed etiâ in Chri-
stianismo ac pietate proficiant, & vitâ in-
secentur virtuosam. † Id quod in provin-
ciis Electoratu saxonici provisum per
Ordin. eccles. sub Rubric. von der Schul und
Schulordnung. Sciant etiam Magistratus
ſe hac in re negligentes existant, à Principe
ſeu Magistratu superiore, qui episcopalia

jura habet, † personas idoneas huic functi-
oni ex officio præfici, scilicet quia cura
scholarum adjura episcopalia spectat, ut
diximus *supr. Definit.* 9. Theodor. Rein-
king. *de regim. secul. & eccl. lib. 3. class. 1. c. 1.*
n. 20. multumque † inter est Reipublicæ,
liberos benè educari: nam pueri & ado-
lescentes sunt Reipublicæ partes, Aristot.
lib. 8. polit. Cura verò partis merito debet
respicere curam totius, Iohan. Gerh. *decad.*
8. cent. polit. *quest. 7.* † Quin & negligentia
Magistratus ſeu Patroni jūs ipsius devolvit
ad Episcopum, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6.*
tit. 1. *defin. 3.* Theod. Reink. *dict. class. 1.*
cap. 9. n. 36. in fin. & propter † bonum pub-
licum à jure ordinario benè hoc caſu re-
cedi poest, arg. *cap. cum ex injuncto, 2. extr.*
denovi operis nunciat.

114 † Consistorium supremum Dresdense Superintendenti & Prefecto Pirnenſi die 9. April. Anno 1519. (Verba Rescripti: Dieweil aber die publicire Churfürſl. Kirch. und Schul-
ordnung ausdrücklich besaget/ daß alle Obrigkeit in allen und ieden Städten/ ſie ſeyn
klein oder groß/ darob ſeyn sollen / damit zu den Schulienſten iederzeit riigliche und
rechtschaffene Praeceptores verordnet werden/etc. Als iſt unser begehr / Ihr werdet
ihnen ihre widerſetzung mit ernſt verwelten/ und auſſerlegen/ daß ſie angeſteut ord-
nung und beſchluß ſich gemehr beſetzen/ und in manglung an die Universität Wittenberg
oder Leipzig umb einen qualificirten Stipendiaten oder ander Landſtud/ nebens vermeil-
dung ſeiner vorrichtung und einkomens ſchreiben ſollen / mit ausdrücklicher verwar-
nung/ daß uns von dato binnen Monatsfrift keine qualificirte Person præſentire werden
ſolle/ daß wir alſo denn ex officio ſolche dienſt zu erſetzen mit umbgang haben können/ etc.)

DEFINIT. LXXIV.

Praeceptorices quoque informandis puellis præficiantur tales, quæ
functioni huic utiliter præſe queunt.

S V M M A R I A.

1. Educatio iuuentutis cura debet eſſe Magistra-
tui.
2. Lacedamoniorum cura in educanda juventute.
3. Pœna eorum, qui indulgentiores erant in
liberos.
4. Puella etiam benè ſunt educanda.
5. Quibus praeceptorices præſiſienda.
6. Officium hōcipiis matronis conveniens.
7. Fœminæ non versari debent inter viros. nu-
mero 9.
8. Cur Venus in cochlæ à veteribus depicta?
10. Quales Praeceptorices eſſe debeat?
11. Consistorii supremi Rescriptum.

Edu-

- E**ducatio igitur juventutis imprimis
icut sit Magistratus, eâ quippe defi-
ciente inanes sunt leges, beneque liberis
educatis haut leg bus opus esse putatur:
Nam beata est Res publica, ubi plus va-
lent boni mores, quam bona leges, ut o.
2. illi apud Germanos. Tacito teste. † Hinc
Lacedemonii liberis educatis Magistra-
tus eligere solebant ex civibus in civitate
senioribus & prudentioribus, qui publici
dicebantur pædagogi, & apud eosdem
qui s in liberos indulgentior erat, quam
ut eos cum reliquis publicæ institutionis
disciplina educari pateretur, is civium ju-
te excidebat, Nicol. Cratius 3. de Republ.
Lacedemon. tab. 3. institut. 5. Christ. Besold.
lib. 2. polit. cap. 1. §. 7. Nec ut pueri saltem,
4. tñc etiam puellæ benè educentur, curâ
quam curiosissimâ prospicere debet Magi-
stratus: unde in oppidis pariter & pagis
5. Præceptrices videmus constituit, quæ in-
formationi puellarum præsint, Mägdlm
Schulmeisterin easque in moribus, vir-
tutibus & pietate informant, literasque
legere & scribere doceant. Officium tanè
hoc est, sc̄minis piisque matronis maxi-
6. mè conveniens, † quantumvis alias iis
- publicæ functiones committi haud de-
beant, l. fæmine. ff. de reg. jur. Nimirum cùm
feminas inter viros versati pudor natura-
lis † non patiatur l. 14. C. de contr. & comm.
7. stipulat. à teneris annis puellæ ita educen-
tur, ut consortium puerorum fugiant, ne
si ad majorem venerint ætatem, conversa-
tio ista in vitam degeneret luxuriosam: †
8. cujus rei Veteres admonuerunt mulierem
elegantipicturam, cum in cochlearia stantem
Venerem depinxerint, quod testudinis
morte nunquam recto suo illa egredi, mul-
to minus consortium virorum intrare de-
beat. Plutarch. in connub. Quod & ipsa na-
tura s in mulierib[us] corporis fabrica signi-
ficatum voluit, cum quæ ad lessione con-
stitutæ partes sunt, in ea multò latiores,
quæ in viro fecerit, Herm. Kirchner, lib. 1.
9. legat. cap. 4. n. 210. † Sunt autem ligendæ 10
Præceptrices honestæ pariter & idoneæ
ad hanc functionem feminæ ac matro-
næ, quæ informationi puellarum utiliter
& cum fructu præsint, prout dictum de
Ludimoderatoribus & Præceptoribus de-
finit preced. Quomodo enim morum infor-
matrix erit, quæ ipsa morata hauebit?

Ita † Consistorium supremum Dresdense Senatui Misnensi die 10. Maii Anno 1618. (Verba Re-
scripta: Aus angehörter Verlesung ewers berichts haben wir vernommen: Welcher
massen gestern umb Mittage ewre Mägdlm Schulmeisterin sich selbsten erhangen/
und was ihr daben ferner angezogen und gesuchet. Und ist hierauf unser begeh-
ren etc. Ihr woller hinsühro daran sehn/ daß dieser Schuldienst nicht mehr mit per-
sonen/ welche per intervalla non sancta mesis sehn/ sondern mit andern hinzüglichlich be-
stelle/ und alles unhell vermieden werde /etc.)

DEFINIT. LXXV.

Nomine Ministrorum Ecclesiæ & Scholæ, Kirchen- und Schuldiener/
quiaam veniant? etiam Custodes & Organici,
Cüster und Organisten.

S V M M A R I A.

1. Apud Pontificios quinam comprehendantur vocula ministrorum Ecclesiæ?

O 2

2. Omnes

2. Omnes persona Ecclesiastica: & quanam illae?
3. Cardinales quoq; Ecclesia ministri habentur.
4. Nostris moribus quinam sint Ecclesia ministri?
7. Omnes, qui actibus ministerialibus inserviunt.
6. Etiam Custodes & Organici.

- D**E jure Canonico & apud Pontificios quinam hoc nomine veniant, si quæsiveris, catalogus admodum prolixus recensebitur; non enim duntaxat Episcopi, Presbyteri & Diaconi, quorum nomina in nostris adhuc retinentur Ecclesiis, Baldu. de inst. ministr. c. 10. Joan. Gerh. in loc. demiss. eccles. cap. 5. sect. post. §. 205. sed plures & alii inter personas ecclesiasticas referuntur, ut sunt Patriarchæ, quasi Patrū Principes, Primate, Archiepiscopi vel Metropolitani, & cleros. dict. 21. Iohan. Azor. instit. moral. lib. 3. cap. 35. part. 2. it: Abbates, c. ult. extr. de Regularib. cap. tham. de stat. & qualitat. + Cardinales, Rittershus. in Novell. part. 1. cap. 7. n. 14. Iohan. Azor. lib. 4. instit. moral. cap. 1. part. 2. Commendatores ordinis Teutonici, Theodor. Reinking de regim. secul. & eccles. lib. 3. class. 2. c 3 n. 39. & alii, qui & Clerici dieuntur, Rittershus. dict. cap. 7. + Nostris verò moribus ultra Superintendentes, qui & Inspectores, Episcopi & quandoq; Präpositi dicuntur, Rittershus. dict. cap. 7. n. 10. Reinking dict. c. 3. num. 17. Pastores & Diaconos vel Archidiaconos, vix alia personarum ecclesiasticarum nomina sunt nota, vel usu observata; in genere tamen + sub nomine ministeriorum Ecclesiæ comprehenduntur omnes ii, qui actibus ministerialibus inserviunt, per in-

7. Custodes sacra tractant & pueros informant.
8. Operas quoq; præstant ministeriales. n. 9.
10. Nomine Clericorum comprehenduntur quoque Custodes & Organici.
11. Rescriptum Consistorii supremi.

de ut ministri scholæ dicuntur, qui ad informationem puerorum operas præstant. Quidni ergo + Custodes etiam & Organicos hisce titulis nuncupatos dixeris? 6. Cleros. in pr. & §. cantor. dict. 21. quippe qui cultui divino in ecclesia inserviunt, quandoque etiam in pagis + Custodes sacra publicè legunt, pueros informant, & hinc nomine utroque der Kirchen und Schuldienst cōprehenduntur; id quod Ordinatio Ecclesiast. von Kirchen und Schuldienst manifestum reddit. Quid + etiam facit art. general. 40. §. Mit der D lehrt. in verb. denn weil solche Personen (nempe Custodes) zum Kirchendienst bescheiden und verordnete sind / etc. & §. Als auch die Glöckner. vers. damit nun an Kirchendiensten kein mangel sey so lassen wir hiermit nach daß die Kirchner / etc. it. art. 37. vers. Würde aber vom Kirchner in Kirchendiensten einig Verzämmnis oder Unstetis gefunden / etc. Quid + elarius dici potuisse, quam quod Custodes Ecclesiæ operas præstant ministeriales: adeoque etiam auditui inter ministros Ecclesiæ referantur, aliter licet senserit Balduin. de inst. ministr. c. 4. pag. 31. quin + & hi omnes in nomen Clericorum veniunt, & sub minimo ordine comprehenduntur, Ordin. polit. Elect. Saxon. de Auno 1612. tit. von consistorial Sachen. n. 2.

114 + Consistorium supremum ad informationem des Raths zu Crimmitschau die 29. Maij. 11 Anno 1620. (Verba Rescripti. Als ihr uns eine frage/was eigentlich vor Personen unter den Worten Kirchen. und Schuldienst sollen verstanden werden / zugeschicket. Hierauf mögen wir euch nicht bergen/ daß darunter Pfarrer/ Diaconi, Organist/Custos und andere Schuldienster / als Praeceptores, von den obersten bis auf den untersten/ verstanden werden/ welches wir euch zur antwort ertheilen wollen/ etc.)

DEFINIT. LXXVI.

Ludimagistri & Præceptores non præficiantur scholis sine præscitu
& consensu Superintendenti vel pastoris.

S V M M A R I A.

1. Non vocandus est novus Diaconus absq; pre-
scitu Superintendenti.
2. Nec Ludimagistri & Præceptores absque con-
sensu Superintendenti vocandi.
3. Quod & de omnibus schola Collaboratoribus
accipendum. n. 10.
4. Probatur hoc ex Ordinatione Ecclesiastica Ele-
ctorali Saxonica.
5. Ratio hujus sanctionis. n. 6.
7. Multum interest Reipublica, liberos benè e-
ducari.
8. Magistratui cura scholarum incumbit.
9. Idonei præceptores scholis sunt præficiendi.
11. Decretum Consistorii supremi.
12. Ejusdem Rescripta. n. 13.

Quod de Diacono dicit Frid. Bald. in.
vocationem nempe ejus contra pra-
rin Ecclesiarum Apostolicarum & primitivæ fa-
stam scandalosam & illegitimam esse, si
absque voto & consensu pastoris fuerit
vocatus, de casib. conscient. lib. 4.c.5.cas. 8.in fi.
id quoque ad Ludimagistros & Præcep-
tiores † in scholis trivialibus extendere
hicit, non ut Patronis & Magistratibus
pagorum & oppidorum jus vocandi adi-
mamus, sed saltem ad præscitum & con-
sensum Superintendenti sive pastoris re-
stringamus, † ita ut sine hoc Ludimagi-
stros ac Præceptores vel Collaboratores
vocare haut sit permisum: (1.) propter
expressam sanctionem † in Ordinat. Eccles.
Rubr. Von den armen Schulen. §. So
bald dann. fol. 154. ibi: Jedes Orts Obrig-
keit und verordnete Superintendente oder Ad-
juncten alsbald nach einem andern rüglichen
und geschickten Schulmeister trach-
ten / der auf sein Abstand ordentlicher weilt
se und wie sich gebühret / an seine statt ver-
ordnet werden möge / etc. Non ergo à solo
Magistratu, sed consentiente pastore vel
Superintendente assumi debent Ludima-
gistri vel Præceptores. (2.) † Idque non si-
nere ratione: Cum enim cura scholarum
pastoribus ac Superintendenti ita fue-
rit comissa, ut tam in præceptores quam

scholares diligenter ac indefessam susti-
neant inspectionem, quò nempe illi in
educatione & informatione puerorum,
hi verò in præstandâ obedientiâ & studio
discendiluum faciant officium, ut videre
est † in dict. Ordin. Eccles. Rubr. Von den In-
spectoribus der particular Schulen. fol. 155. &
seqq. non potest nō necessariò requiri In-
spectoru consensus ad vocationem Ludi-
moderatorū, ne tales præficiantur infor-
mationi puerorum, unde destituantur o-
ptato effectu, nec feliciter succedat. (3.)
Quàm multum etiam intersit benè con-
stitutæ Reipublicæ, liberos in pietate, fide
ac sincerâ Religione educari, ecquis ne-
scit? cùm Magistratui imprimis hæc cura
incumbat, ceu custodi virtusque tabulae,
c. princeps. c. si apud 23. qu. 5. Joh. Bodin. lib. 6.
de Republ. cap. 1. p. 986. Balthas. Meissn. part. 3.
philos. sobr. sect. 2. cap. 2. quest. 1. † Quod ut fiat,
præficiendi sunt scholis præceptores, à
quibus omnis falsæ religionis suspicio
abest; de quo procul dubio optimè pote-
rit judicare † Pastor & Superintendens,
qui inspectio super religione orthodoxi
incumbit. Theod. Reinking de regim. scul. 9
& Eccles. lib. 3. class. 2. cap. 3. num. 17. ut vel pro-
pterea ad hujus consentum adstricta sit
Ludimagistrorum vocatio.

12. Et † Consistorium supremum in causā M. Iohan Simons, Pastorū in Ortrand contra Senatum ibidem die 8. Octobr. Anno 1634. (Verba Decreti: Dieweil beyd. Thell zu gleich vor dessen Thil des Cantoris I H. Personē Beliebung getragen; So soll der R. thil denselben zu angegredet. Schuldienst unverlängt vocire, und dasz es mit vorwissen und Einwilligung des Pfarrers geschehen / der vocation einverleibet / selches auch künftig jedesmahl b y annehmung der Kirchen- und Schuldienner/ so woi an einer zur Geistlichkeit gehörigen Personē gehalten werden / etc.)
13. Et † Senatui Freibergensi die 11. Novembr. Anno 1616. (Verba Rescripti: Wann dann im ganzen Lande alle Superintendenten bey Annehmung der Kirchen u. d Schuldienner zu den deliberationibus a sogen werden/ solches auch hiebevor bey u. d nicht anders gehalten werden; Als begehren an statt höchstdedachtes unsr's gnädigsten Herrns wir hiermit/ Ihr wolle es mit dem iestigen Superintendenten hinrichlich gleichesfalls nicht anders halten und zur Unmöglichkeit nicht Ursach geben / etc.)
14. Nec † non Superintendent & Prefecto Pernensi die 3. Augusti Anno 1614. (Verba Rescripti: Obnur wöl dem Rath zum Königstein nicht gebühret / ohne des Pfarrern vorwissen und Einwilligung gedachten Rosenwechern zum Schulmeister anzunehmen/ etc.)

D E F I N I T. LXXVII.
Nec Custos sine præscitu & consensu pastoris
vocari debet.

S V M M A R I A.

1. Nec Custos sine consensu Superintendentis vel pastoris vocandus.
2. Probatur hoc rationibus & fundamentis. n. 8.
3. Causa hujus asserti quanam?
4. Custos pastori invito non obrudendus.
5. Custos pastori prestare tenetur obsequium & reverentiam.
6. In pagis Custodes informant pueros. n. 7.
7. Rescripta Consistorii supremi. n. 10.
2. **N**on certe alia est ratio Custodis seu seditui, des Lüfters oder Glöckners/ qui nec ipse sine præscitu & consensu pastoris vocari debet à Patrono, Magistratu vel Universitate: (1) † propter claram Serenissimi Electoris sanctionem in generali articulo, art. 37. Von den Dorff Lüftern/wie sie angenommen / bestetiget und ensseget werden sollen. ibi: Es sollen die Kirchner oder Glöckner / vom Richter/ Kirchhältern/ und Eltesten auf der Gemeine mit vorwissen des Erb- und Echenherrn / auch des Pfarrers gewehlt werden/ etc. & postea: Demnach soll wider des Pfarrers Willen keiner angenommen oder eingedrungen werden/etc. (2) † Estque ratio hujus dis-
- positionis expedita , quia nempe in exercitio ministerii Pastoris & Custodis consortium quasi est individuum, in Beziehung / dasz sie in Beziehung der Kirchen- Ämter bey einander seyn / und einander helfen müssen/ ut verba habent dict. artic. 37. æquum hinc videtur , † ne Pastori obrudatur Custos, in quem justis de causis consentire non potest ; secus si fieri, perpetuae rixæ & similitates in jugo illo dispari meruendæ essent, quod in primis cavendum. (3) Et † cum à Pastore Custos dependeat, ei que obsequium & reverentiam præstat sit obstrictus, merito consensu illius vocari debet. ut sciat, cui habeat imperare, nec de protervo & inobediente

diente custode electo conqueri possit.
 (4) ¶ Quin & in sagis Custodes solent informare pueros, simulque fungi officio Ludimoderatoris, veluti quoq; sic nunquam consueverunt, Ordin. Eccles. sub Rubr.
 Von den Schulen §. Ist unser Beschlich.

einer solchen Person verliehen werden/ die schreiben und lesen können / und wo nicht durchs ganze Jahr / doch auff bestimpte Zeit / besonders im Winter Schul halten/ etc. Quare ¶ non minus quam Ludimodisti præsul & consensu pastoris sunt assumendi. Definit. præced.

fol. 121. ibi : ¶ Dassederzeit die Eßstereyen

Ita ¶ Consistorium supremum Superintendenti Misseri, & Abrahamo Georgio à Schindel die 5. Octobr. Anno 1610. (Verba Rescripti: Dieweil denn Inhalts unsers gnädigsten Herrns Kirchenordnung seinem Pfarrherrn wider desselben Willen ein Custos eingedrungen werden soll. Als begehren wir hiermit / Ihr beyde wollet gedachtē Custodi die Schul unverzüglich zu reumē auferlegen/ wider Collator mit vorwissen des Pfarrers/ der Kirchväter und Eltesten auf der Gemeinde auf eine tüchtige Person zu weder erzeugung solches Schuldiestes bedacht seyn / etc.)

Nec ¶ non Friderico V Vilhelmo Bocken, & Superintendenti Ofsiensi die 7. April. Anno 1618. (Verba Rescripti: Welcher gestalt der Pfarrer zu Limpach über euch wegen Aufdringung eines untüchtigen Custodis sich beschweret / und gebeten / das habt ihr hierbei zu befinden; Begehren hierauf an statt Ihrer Durchl. Ihr wollet den Pfarrer flaglos machen / und ohne wider seinen Willen keinen eindringen/ sondern den Schulden mit einer tüchtigen Person ersetzen/etc.)

DEFINIT. LXXIIIX.

Si inter Magistratum & Pastorem de vocando novo Ludimoderatore vel
 Custode nou convenit, res deciso Consistorii commit-
 tenda est.

S V M M A R I A.

1. Quid si Pastor & Magistratus de persona Custodis vel Ludimoderatoris non convenient? 3
 2. Res hac in Consistorio decidenda.
 3. Causa ecclesiastica tractantur in Consistoriis.
 4. Causa scholarum sp. etant ad Episcopum.
 5. Principes Evangelici officium Episcopi sustineant.
 6. Magistratui politico cura Scholarum incumbit. n. 7.
 7. Rescriptum Consistorii supremi.
- Q**uid vero si Pastor Magistrati nouum Ludimagistrum vel editium eligenti nolit assentiri, nec rursus Magistratus in eum, quem pastor nominat, consentire velit, causis utriusque dissensu prolatis, decisione judicis hęc opus erit, an cause dissensu sicut pregnantes; nec ne; quare ad ¶ Consistorium res est deferenda, ab eo q; e决sum expetendum; non solo in modo quia causa hęc ecclesi-
- siastica, quæ procul dubio ¶ in Consistorio tractanda & decidenda cap. dilectus. 18. exir de officiis judic. ordinar. March. Stephan. de juridict. lib. 3 cap. 15. num. 4 & 11. part. 1. Finkelthus. de jur. patronat. cap. 4. num. 14. sed etiam ¶ quod cura scholarum pariter & Ecclesiarum, rerumq; ie & personarum ad eas pertinentium spectet ad Episcopum vel ¶ Principem, qui locum ejus sustinet in terris Evangelicorum, ex pace reli-

- religiosâ, Reces, Imper. de anno 1555. Johan. Gerhard, in loc. de magistratu politico. §. 174. Laurent. Ohm. de jur. episcop. conclus. 20. lit. C. Theodor. Reinking de regim. secul. & eccles. lib. 3. class. 1. cap. 10. n. 1. Quin & 6 ipsi niter magistratui politico † cura hæc incumbit, ut diximus *supr. defin. 1.* quippe cui potestas politica non tantummodo ad mundi regimen, sed maximè ad Eccle-

sia præsidium est collata, c. ult. distinc. 96 c. principes. c. administratores. 23. quæst. 5. Hugo Grotius in pietat. Ordin. Holland. Christoph: Belold. de majest. sect. 2. cap. 3. §. 3. ut du- bium hinc non sit, Principem hujus con- troversiæ judicem haberi competentem, adeoque in Consistorio rem fore deci- dendam.

Ita † Consistoriorum supremum Senatui Annabergensi die 26. Februar. Anno 1617. (Verba Rescripti: 8
Begehrten demnach etc. Ihr wollet wegen annehmung der Kirchen und Schulde-
ner bey euch jeso und künftig mit dem Superintendenzen vermöge der publicirten Kir-
chenordnung und allgemeinen Landesbrauch communiciren, und wenn ihr euch mit
ihme nicht vergleichen könnet/uns solches jedesmahl anhero berichten / und darauf
gebührliche Anordnung gewarnt/etc.)

DEFINIT. LXXIX.

Ludimoderatores pariter & Custodes ad examen Consistorio
præsentari ab eoque confirmari debent.

S V M M A R I A.

1. Ludimoderatores & Custodes Consistorio sunt præsentandi.
2. Probatur hoc ex Ordinat. Elect. Saxon. n. 3.
4. Ratio & causa hujus rei.
5. Nemo absq; confirmatione Consistorii ad fun-
ctionem eiusmodi admittendus.
6. Interest Reipublicæ, iuuentutem in verâ Reli-
gione informari.
7. Examinandi sunt in Consistorio Ludimoderatores & editui.
8. Subscribere etiam debent s'ro Concordia.
9. Consistoria curam gerunt Religionis ac pietatis.
10. Rescriptum Electorale.
11. Decretum Consistorii supremi.
12. Eiusdem Rescripta. n. 13. 14. 15. 16.

- Q**uod diximus *supr. defin. 43. & 51.* pa-
storem Consistorio ad examen præ-
sentandum, & si dignus fuerit repertus, ab
eo functionem ecclesiasticam confir-
mandum esse, † id quoque in Ludimagi-
stris & Custodibus obtinet, quos æquè
præsentari, examinari, dignosque ad offi-
cium confirmari necesse est, Sigismund.
Finckelch. de iur. patron. cap. 6. n. 5. pag. 200.
vers. & qua de pastoribus. veluti expresse san-
ctum de † Ludimoderatoribus & Prä-
ceptoribus in Ordinat. Ecclesiast. Rubr. von
der election, examine und Anpt eines jeden
Schulmeisters und Collaboratoris. fol. 143.

verb. So off und viel ein Schulmeister o-
der Collaborator von den Stadt-, Erb- und
Gerichtsherrn jedes Orts / ihren Herkom-
men nach/dem Consistorio nominaret und pre-
senziaret. iunct. vers. fin. dahin er nominaret und
approbiaret &c. & de Custodibus † in art. ge-
nral. 37. vonden Dorffküstern / in verb.
Es sollen die Kirchner oder Glöckner etc.
gewehlet / und förder dem Consistorio præsen-
ziaret und zugeschicket werden / welche ihn ver-
hören / und da er in dem examine geschickt
besunden / zum Amt confirmiren und besee-
tigen sollen/etc. Non sine † ratione urgen-
tissimâ: liquidem & per eos falsa doctrina
pro-

- propagari, scandalum q; in Ecclesiis præberi facillimè potest; quod ut evitetur, e-xaminari præsentatus debet, nec quisquā f absque confirmatione Consistorii ad eiusmodi functiones admitti, Finckelth. dicit loc. quam rationē ipsa suppeditat Or-dina. Eccles. citato loc. Quin & cūm Ecclesiæ pariter ac Reipublicæ interstet, f iuventu-tem in sincera Religione & fide purā in-formari ac educari, de qualitatibus utiq; & dexteritate informatoris constare debet, priusquam ei functio hæc demande-tur; Explorati verò illa nequit, f nisi præ-vio examine in Consistorio, quare id præ-
- cedat, necesse est, quod demum sequitur confirmatio. Requiritur porrò, ut novi Ludimoderatores f subscriptant libro Cō-cordia, prout pater ex Ordin. eccles. diel. Rubr. Von der election, examine und Ampt eines Schulmeisters. verb. auch die Formulam Cō-cordia underschreibē/etc. quare vel ob hanc ipsam causam præsentatione opus erit. f Ita nimirum Episcopi nomine curam gerunt Consistoria, ut vera Religio & pie-tas conservetur, quod & iplis ratione offi-cii incumbit, Reink. de regim. secul. & eccl. lib. 3. class. 1. c. 6. Dan. in polit. christ. lib. 5. c. 3.
- 10 Ita f Serenissimus Saxonia Elector an die Superintendenten des Ober Consistorial-freises zu Dresden die 21. Martii Anno 1625. (Verba Rescripti . Nicht weniger wollet ihr auch allen und ieden Schuldienern Kirchnern und Glöcknern in Städten und Dörfs-fern / welche noch nicht confirmiret seyn / befehlen / daß sie ohne fernern Verzug und bey Verlust ihres Dienstes / auch aller immuniteten , die confirmation persönlich in unserm Obern Consistorio suchen/ ungeachtet wie lang einer oder der ander in Dienste mag gewesen seyn / auch hinsiro keinen dergleichen Ampt / wann er Euch die con-firmation nicht vorher bringt / verwalten lassen etc.)
- 11 Nec f non Consistorium supremum in Sachen des Raths zu Hartz contra den Schulmei-ster V. K. die 26. Septembr. Anno 1620. (Verba Decreti : Demnach ansänglich besun-den / daß der Schulmeister seines Handwerks einleinweber dieses oris zum Schul-dienste nicht genugsam qualificiret, auch anhero zum examen und confirmation, wie sichs vermöge Churfürstl. Sächs. publicrten Kirchenordnung wol gebühret heite / zuvor nicht præsentiret worden ; So wird hiermit dem Rath und Kirchenwätern mit Vorwissen des Lehenherrens und Pfarrers auf Enderung zu dencken, und eine andere tüchtige Person / welche etwas studiret, und das neue Positiv in der Kirchen zu schlagen mächtig ist/ anzunehmē und anhero förderlichst zu præsentiren verstaete/etc.)
- 12 Item f Superintendenti Bischoff v verden si die 21. Martii Anno 1634. (Verba Rescripti : Wir haben ewer Schreiben / darinnen uns ihr Martinum Egern beruffenen Schulmei-ster nach Ruckersdorff præsentiren thut/ verlesen hören. Wann er dann darzu tüch-tig besunden worden; Als ihun wirjhñ Krafft dieses zu solchem Dienst hiermit confir-mirend bestettigen / an stat Ihrer Churfürstl. Durchl. begehrende/ ihr wollet die Verordnung thun daß er in solchen Dienst förderlichst eingewiesen werde/etc.)
- 13 Item f Superintendenti Chemicensi die 15. Septembr. Anno 1614. (Verba Rescripti : Dem Vorlägen Ädiuo aber C. P. das verledigte Cüsteramt zu S. Nicolai vff Ersuchen aufzutragen / und wann er sich ein viertel Jahr ohne Klagen verhelt/ ihn alsdann an-her zum examen und confirmation præsentiren, etc.)
- 14 Item f Superintendenti Misnensi, die 15. Iulii Anno 1612.
- 15 Item f Superintendenti Bischoff v verden si die 14. Decembr. Anno 1629.
- 16 Et f Superintendenti Chemicensi die 14. Decembr. Anno 1619.

DEFINIT. LXXX.

Organici quoque prævio examine à Confistoriis
confirmantur.

S V M M A R I A.

1. Organici quoque à Confistorio sunt confirmandi.
 2. Qui & ipsi dicuntur Ecclesia Ministri.
 3. Et sub minimo Clericorum ordine comprehenduntur.
 4. Ministri Ecclesia & Schola absque confirmatione non admittendi.
 5. Periculum metuendum ; si Organismus falsæ religionis fit additius.
 6. Quanto maius periculum imminet , tanto cautius procedendum.
 7. Cura Organici Magistratui incumbit.
 8. Confistorii supremi Rescriptum.
- E** Adem porrò est ratio Organicorum seu Organiorum, qui melodiam digitis mobilibus in organo pneumatico figurant, Hoscè non minus ac Ludimasters vel Custodes Confistorio ad examen præsentandos & confirmandos esse vel inde patet (1.) quod & ipsi nomine ministrorū Ecclesiæ comprehendantur ; cùm non sicutem inservire dicuntur qui verbum prædicant & Sacra menta administrant, sed etiam qui exercitio cultus divini operas præstant , licet minorum sint gentium , & ex minimo Clericorum ordine , & velut si sunt ostiarii seu janitores, Psalmitæ, Lectores, acolyti seu cereroferarii, cantores, & cleros in pr. §. canor. & §. ostiarii. dif. 21. quò & referuntur organici supr. defin. 75. At & nec ministri Ecclesiæ nec Scholæ absque præsentatione & confirmatione ad functiones suas admittuntur , ut patet ex Ordinat. Eccles. sub Rubr. Von Veruff und annehmung der Kirchendienner. Zum vierdten. fol. 88. sub Rubr. Von Veruff und annehmung der Kirchendienner. Zum vierdten. fol. 88. sub
- Rubr. Von der election , examine und Amt eines leden Schulmeisters. fol. 143. (2.) † Et quis non videt, per Organicum falsæ Religioni additum falsam doctrinam propagari , scandalumque in Ecclesiis præberi facillimè posse. Quod ut avertatur, mediante examine ante omnia explorandum erit, quem foveat præsentatas religionem, quique eius sint mores , qualitates & vita , ne pro operatione nimia periculum invehatur haut leve , & quod quanto maius , tanto cautius agendum est. l. i. §. sed eis quis §. vers. nam vel magis de carbon. editi. cap. ubi periculum 3. extr. de elect. in 6to. (3.) † Utque magistratus curæ sibi habeat funktionem Cantoris & Organici, eosque idoneos respectos confirmet, exigit ipsius officium ; quod suo comprobavit exemplo regio David, constituens, ut iuxta altare starent cantores & dulcia eius cantica sacra decantarent, Eccles. cap. 47. vers. 11.

Ita & Confistorium supremum Dresdense Superintendenti Chemnicensi die 14. Septembr. Anno 1614. (Verba Rescripti : Wir haben ewer Schreiben / damit der Organist bey Euch Johannes Obricht ohne præsentation confirmirei werden möge verlesen hören. Wann er aber auff vorgehendes examen und Erinnerung die subscription lassen muß; Als behrigen an statt höchstgedachtes unsers gnädigsten Herrns Wir hiteme / Ihr wollet Ihn zu der Zeit/wann er am füglichsten abkommen kan/ anhero præsenturen, &c.)

DE-

DEFINIT. LXXXI.

Ad confirmationem tamen Organici necesse haud est, ut literæ vocationis peculiares in Consistorio exhibeantur.

S V M M A R I A.

1. Non admittendus ab que vocatione Organicus.
 2. Organici nomine ministrorum Ecclesie comprehendendur. (hibenda)
 3. Literæ vocationis speciales non Organico ex-
 4. Hoc quidem in ministris Ecclesiae receptum.
 5. In confirmatione tamen Organici necessarium non est.
 6. In minimo Clericorum ordine solennia vocationis non tam strictè observantur.
 7. Consuetudo de casu uno ad alium extendi
 8. Rescriptum Electorale. (haut debet.
- ut Patronus nominatū & vocatum cum literis vocationis specialibus ad Episcopum vel Consistorium ad examen & confirmationem augelet. *supr. defin. 22. Sigism. Finckelthus. de jure patronat. cap. 2. n. 15. & cap. 6. n. 5.* attamen † in confirmatione Organici vel Custodis hoc præcisè necessarium non est, nec requirit ejus confirmatio peculiares literas vocationis, sed sufficit, Superintendenti vel Consistorio notificari vocationem ac confirmationē peti, scilicet † quia in minimo Clericorum ordine solennia illa non strictè observantur, nec consuetudo de casu uno ad alium præcisè † extendi debet. *Bald. in l. ult. n. 9. C. commun. triiusq. judic. Ludolph. Schrad. de feud. p. 1. sect. 20. n. 276. March. VVelemb. consil. 54. n. 57. Aym. Cravent. consil. 69. n. 4. Octav. Cacher. decis. 29. n. 16.*

Ita † Serenissimus Saxonie Elector Superintendenti Grimmensi die 21. April. An. 1634. (Verba Rescripti: Was an vns der Schöffer zu Münschen wegen ertheilung einer vocation dem neuen Organisten daselbst/ und das ihr denselben ohne vocation dem Consistorio zu Leipzig stanticht präsentiren woltest/ unterthäntgst/ gelangen lassen) das habe ihr aus der inlage zuvernehmen. Wann dann in dergleichen fall eine absonderliche vocation nicht geb åublich/ sondern des Pfarrers vnd Rathschreibern an den selben statt zu schaffen; Als begehren wir hiermit gnädigst/ Ihr wolket auf des Pfarrers und des Rathes zu Münschen schriftlich s ansuchē gedachten unserm Consistorio den Organisten für confirmation geb. hritich präsentiren, daran geschichte unser gnädigste mertung/etc.)

DEFINIT. LXXXII.

Ludimagister vel Custos non à Pastore, sed Superintendenti Consistorio præsentari debet.

P 2

S V M.

S V M M A R I A.

1. *Custodes & Organici non nisi prævio examine ad functionem suam admittendi.*
 2. *Vocati debent sibi Consistorio ad examen & confirmationem.* (tionis.
 3. *Præsentatio est de formâ substantiali institu-*
 4. *Præsentatio Ludimagistri & Custodis à Superintendente fieri debet.*
 5. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
 6. *Consistorium de hominum vitâ & parochiarum consensu est certiorandum.*
 7. *Certioratio hæc Superintendentem incumbit.*
 8. *Superintendent Episcopi loco est.*
 9. *Rescripta Consistorii supremi. num: 10.*
- D**iximus Ludimagistros, Custodes & Organicos non nisi prævio examine ac subsecutâ in Consistorio confirmatione ad functionem ecclesiasticâ vel scholasticam admittendos esse: Præcedat ergo præsentatio necesse est ad hoc nempe, ut † listatur vocatus consistorio ad examen & confirmationem, perinde ut de pastore & ministris Ecclesiae diximus supr. defin. 43.
- 3 † quare & præsentatio de formâ substantiali institutionis habetur, Lancellot. in inst. iur. canon. lib. I. tit. 28. in pr. Mascard. de probat. vol. 3. conil. 1216. n. 4. cuius omis-
sio viriat actum. Jason in l. I. n. 18 ff. de liber. & posth. Andreas Gail lib. I. observat. 1. nu. 36. A quoque autem Custos vel
- 4 Ludimagister vocetur, † per Superintendentem tamen præsentatio fieri debet, (1.) propter sanctionem Electoralem in Ordinat. Ecclesiast. † sub Rubr. Vom Beruff

und annehmung der Kirchendienner. impr. & sub. Rubr. Vom examine aller Kirchendienner / etc. §. Also ist auch unser Wille. fol. 95. vers. durch ermeldeten Superintendenten, &c. (2.) † quod certioretur ab eo Consistorium, num parochiani in personam vocati cōsenserint, nec quicquā sit, quod vel ratione morū, vel probæ ac integræ vitæ in ipso desiderari possit, quā de re nemo alius, quam Superintendentens fidem facere valer. (3.) † Nec enim id ipsum pastori cuiusq; loci videtur committendū sed potius Superintendenti, cui maximè cura Ecclesia, ut & inspectio incumbit, quippe qui † Episcopi loco est, & Inspector nuncupatur, Ernest. Coithman. 2. consil. 64. n. 65. Rittershus. ad Novell. part. I. cap. 7. n. 10. Matth. Stephan. de iuridict. lib. 3. part. I. cap. 16.

Ita † Consistorium supremum Superintendenti Freibergensi die 17. Junij Anno 1625. (Verba Rescripti: Ob nun wol die presentation nicht dem Pfarrer/son/ern auch dem Superintendenten in halts unser Kirchenordnung gebühret; So haben Wir doch zu Ersparung fernerer Untosten ermeldten Schulmeister/weil er nichtig befunden worden/Krasse dieses die confirmation wiederfahren lassen / darauff begehrend / Ihr wolle hinfür auff seine Amptes verrichtung Achung geben / und jedes mal die Schulmeister uns selbst für confirmation præsentiren, &c.)

A: † Superintendenti Misnensi, & Abrahamo Georgio à Schindel in Ritterenstein die 5. Octobr. Anno 1610. (Verba Rescripti: Ihr beede woller gedachtem Custodi die Schule unvergänglich zu räumen auferlegen / und der Collector mit vor wissen des Pfarrers/ der Kirchenväter und Elterlein aus der Gemeinde/auff eine tüchtige Person zuweder, ersiegung solches Schuldiensts bedacht seyn / und uns solchen durch Euch den Superintendenten förderlichst zum examen und confirmation præsenzieren lass. n/etc.)

D E.

DEFINIT. LXXXIII.

Persona novi Ludimoderatoris vel Custodis in Consistorio sistenda
est ad confirmationem: non confirmandus absens.

S V M M A R I A.

1. *Custodes, Cantores & Organici cur presen-*
tandi Consistorio?
2. *Præsentatus in personā sifstat necesse est.*
3. *Causa & ratio huius assertionis. num. 9.*
4. *Melioris non sunt conditionis minimi ordinis*
Clerici, quam alii.
5. *Probatur assertio ex Ordinat. Ecclesiastica E-*
lect. Saxon.
6. *Sanctio generalis generaliter est accipienda.*
7. *Generalis dispositionis quanam operatio?*
8. *Præsens est, qui sensibus obicitur corporeis.*
10. *Rescriptum Consistorii supremi.*

1 **P**resentationem novi Custodis vel Ludimagistri, Cantoris & Organici hunc in finem Consistorio fieri, quo præsentatus examinetur, eius vita, mores & qualitates explorentur, & si idoneus fuerit repertus, ad functionem sibi demandatam confirmetur, ex dictis *supr. defin. 79.* 5
2 luculenter patescit. Non ergo sufficit præsentationē fieri per literas, sed in persona listi debet præsentatus ad hoc, ut examinari queat, suumq; sortiatur præsentatio effectum. Idq; eo magis (1.) † quia & propterea novum pastorem in personā præsentari necesse est, ut diximus *supr. defin. 48.* per text. in c. decernimus 16. quast. 7. 6
c. cum aurem 24. cap pastoralis. 29 ubi Panormit. n. 7. extr. de iure patr. Sigism. Finckelth. de iure patron. cap. 6. n. 138. Nicol. Garzia de benefic. part. 4. t. 1. n. 5. Cur ergo inclioris 7
4 † essent conditionis, qui ex minimo sunt Clericorum ordine, puta Custodes, Organici, Cantores & (2.) præsertim cùm Ordinatio ecclesiastica hāc de re genera- 8
Ita † Consistorium supremum Superintendenti Misnensi, & Prefecto Rochlicensi die 25. Octobr. 10
Anno 1630. (Verba Rescripti: Wir haben erworn des Amptsvorwalters eingeschickten
Bericht / die vocation eines Schulmeisters zur Harts betreffend / veriesen hören.
Wofern nun der Pfarrer u. d Roth zu Harta bei Ersezung des Schuldiensts un-
terschiedliche Personen in der Prob zu hören / und darauff eine zu vociren von alters
befuge gewesen; So ist hierauß an stat: Seiner Churfürstl. Durchl. Unser Be-
gehren Ihr wöllet ihnen solches iero gleichfalls / und neben Daniel Hoffmannen
noch andere zween in Singen und Orgelschlagen zu hören / und demjenigen / so am
besien

besset bestehet/die vocation zuzustellen verstatten/welchen ihr der Superintendens. Wann es der Seuche halber wieder sicher / zum examen und confirmation in der Person anhero zu präsentieren wissen werden/ etc.)

DEFINIT. LXXXI V

Propter senium tamen absens quandoque à Consistorio confirmatur.

S V M M A R I A.

1. Nulla tām firma est regula, quæ non patiatur exceptionem.
 2. Custos vel Ludimagister senio confessus absens presentari potest.
 3. Si ita placeat Consistorio.
 4. Necessitas Regula non est subiecta.
 5. Propter necessitatem multa conceduntur, que ipsa negavit natura.
 6. VT nulla tām firma est Regula, quæ non patiatur exceptionem; ita nec hīc potestate Consistorii adeò constrīdā ex istimamus, quin iustā ex causā à Regulā recedere, & Custodem vel Ludimagi- strum absentem confirmare queat; † puta si senio sit confessus & absq; jacturā lani- tatis iter perficere ac sistere se nequeat, qui tamen à Superintendentē fuerit ex- minatus, & idoneus ad functionem re- pertus. † Quid enim tūm obstaret, quo minus absenti beneficium conferatur, si ita Consistorio placuerit. (1.) Nec enim necessitati † lex ferri, nec Regula præscribi potest, Tiraq. de retract. §. 2. 6. gloss. 1. n. 19. & seqq. Hieronym. de Cævallos in spec. opin. commun. quest. 906. n. 60. & seqq. Cravett. consil. 1. pro gener. n. 8. & seqq. Wefemb. consil. 40. n. 28. † & propter necessitatē ea con- ceduntur, quæ ipsa quodammodo nega- vit natura, ut notat Zaf. in parat. ff. commun. divid. (2.) Et cum à Principe solennitas præsentationis introducta fuerit; † quid- ni supraeius Consistorio ius circa illā dispensandi competeteret, quando nullum inde est periculum metuendum, nempe si ex Superintendētis ratione, de vitā, mo-
 7. Non est examinandus, de cuius qualitatibus iam constat.
 8. Vera est hac limitatio in Custodibus & Lud- moderatoribus paganis.
 9. Secus verū in Ludimagistris Scholæ oppidanæ.
 10. Consistorii supremi Rescripta. n. II.
- ribus ac integritate novi Custodis aut Lu- dimoderatoris Consistoriorum fuerit cer- tioratum, Felin. in cap. 1. n. 51. extr. de consil. Sebas. Vant. in tract. de nullit. tit. an qualibet sententia possit dici nulla. n. 7. & 8. (3.) † Quod eō, facilius quis concederit, si verum illud quod communiter tradunt Dd. examina- ti non deberi eum, cuius qualitas iam cum Episcopo sit cognita, ex cap. accedem. 24. extr. de prabend. Garc. de benefic. part. 4. c. 1. n. 16. Iohan. Aloys. Riccius part. 4. col- lect. decis. 1116. & decis. Neapolitan. 139. part. 1. Quod † tamen de solis Æditivis & Ludimoderatoribus paganis intellectum ve- lim, quis scilicet absq; præstatione iuramēti Religionis & subscriptione Formulae Concordiae ad functionem admittuntur. Neutrum enim ab hiscē exigi potest propter eorundem simplicitatem & ignora- tiā, in quos non facile suspicio hære- seos cadit. † Cæteroquin si Ludimagi- ster vel Collaborator Scholæ oppidanæ ad confirmationem præsentetur, vix ab- sens confirmabitur, siquidem hic bona- rum artium gnatus iuramentum pariter Religionis præstare, & libto Concordiae subscribere est obstrictus; at neutrum ab- sens facere potest.
- Ita

Ira † Consistorium supremum Superintendenti Freibergensi die 3. Maii Anno 1611. (Verba Re. 1^o)
 scripti: Auff ewern an uns gehanen Bericht seyn Wir zu frieden/ daß der Schulmeister zum Weissenborn Michael Froesch wegen seines Alters und Schwachheit mit der presentacion verschonet bleiben möge; und weil ewern Berichtenach der Colator und Pfarrer des Orts ihm gut Zeugnus geben: So thun Wir ihn in Krafft dieses zu einem Schulmeister zu Weissenborn confirmiren und bestettigen/ und Ihr werdet ihn hierauf zu bescheiden wissen/etc.)

Et † Superintendenti Bischoffsverdensi die 2. 6. e Augusti Anno 1611. (Verba Rescripti: An. 1^o)
 reichende den Diaconum zum Stelzen / Vitum Gunzelium, Thomam Scultetum Ludimoderatorem zum Stelzen / Iohann Eeten Custodem zu Wiltzen / Valentini Etchhorn Kirchenschreibern zum Spremberg/etc. Können Wir in Anschung ihres hohen Alters geschehen lassen / daß sie mit der presentacion verschonet bleiben / doch wollen Wir solches auf ihre Successores nicht verstanden / sondern dahin erkläret haben/ daß dieselben / ehe sie angeregte Dienste bezlichen / zuvor anhero presentiret werden sollen/etc.)

DEFINIT. LXXXV.

Pro obtainendâ in Consistorio Æditui vel Ludimoderatoris confirmatione sumtus de redditibus Ecclesiaz sumit suppeditandi.

S. V. M. M. A. R. I. A.

- 1. Confirmatio absq; expensis non impetratur à Consistorio.
- 2. Vnde haec sint suppeditanda?
- 3. Decimum hoc in Ordinat. Ecclesiast.
- 4. Solvenda nimurum sunt ex fisco Ecclesiaz, vel à parochianis.
- 5. Rationis identitas idem jus facit. n. 6.
- 7. Custodes & Ludimagistri Ecclesia & parochianis operas praefstant.
- 8. Sumtus praefandi ab eo, cuius gratia actus celebratur.
- 9. Iniquè gravaretur presentatus hoc onere.
- 10. Nemo cogitur suis militare stipendia.
- 11. Rescripta Consistorii supremi. nu. 12.

Cum fieri nequeat, ut Custodis, Ludimoderatoris, Cantoris vel Organi confirmatio absque expensis impetratur, quin & præsentatus in itinere sumtus expendere necesse habeat, non immerto queritur, † unde sint suppeditandi? Decimum id reperitur in arti generali. 1. § † So werden auch diejenigen welche einen Kirchendienst berufen / und zu der ordination schicken / denselben mit noch dürftiger Zebrung abzufertigen wissen / auf daß er/röte gebräuchlich ordinier werden möge/etc. † Ergo ex fisco Ecclesiaz, vel à parochianis sumtus hi sunt exigens di. Quantumvis enim de ordinatione ministrorum Ecclesiae articulus ille loquatur, quin tamen in confirmatione Custodis, Ludimagistri, aliorumq; ministrorum quoque obtineat, ambigendum non est (1.) proprietas rationis identitatem, nam quæ in pastoribus & Diaconis est ordinatio ea est reliquorum ministrorum confirmatio: quin & sumtus confirmationis in predict. art. 1. comprehensos diximus supr. definit. § 3. ut hinc ad ministrorum minimi ordinis confirmationē † ratione sumtuum bene liceat inferre, argum. 1. illud quæsumus est, 32. ff ad leg. Aquil. 1. quædam. 9.

§. 114.

- §. numularios. 2. ff. de edendo. his satis 7. C. de revoc. donat. (2.) † Nec quemquam fugit, Custodem & Ludimagistrum Ecclesie & parochianis operas præstare, horumq; gratia in Consistorio confirmari; quidni ergo etiam ab iis sumtus exigerentur confirmationis? quippe † qui ab eo semper sunt præstandi, cuius gratia actus aliquis celebratur, l. sed et si 11. §. 1. ff. ad exhib veluti Procurator sumtibus Domini causam eius tuerur, l. qui proprio 46. § litu 6. ff. de

Ita † Consistorium supremum Prefectus Ecclesia Godensis die 4. Decembr. Anno 1609. (Verba Rescripti : Den Kirchvätern zu Göda wird Kraft dieses aufgerlegt / daß sie Martino Schertzio Schulmeistern dasselbst / wegen seiner außm Obern Consistorio erlangter confirmation die Gebühr und aufgewandte Unkosten von dem Kirchen einkommen/ unverfüglich entrichten sollen/etc.)

Et † Prefectus Ecclesia zu Ottendorff die 13. Augusti Anno 1614. (Verba Rescripti : Die Kirchväter zu Ottendorff sollen zeitigern dem Schulmeister dasselbst seine ausgelegte confirmation Gebühr von der Kirchen Vorrath hinwieder erstatten/etc.)

DEFINIT. LXXXVI.

Curare debent parochiani & sumtus subministrare, quo Custos seu Aeditus, Ludimoderator vel Organicus cum familiâ & supellecile advehantur.

S V M M A R I A.

1. *Sumptibus parochianorū Custodes, Organici & Ludimoderatores cum familiā sua advehendi.*
 2. *Probatur hoc ipsum ex Ordinatione Ecclesiastica Electoris Saxonia. (contribuendi.*
 3. *Sumtus ex fisco desumendi, vel à parochianis*
- M**inus verò dubium est, quin sumtibus parochianorum Custos, Ludimoderator & Organicus unà cum suā familiā & supellecile advehī debeat, quoniam expressa de hoc extat sanctio Electoralis † in Ordin. Ecclesiast. art. gener. 37. §. ult. ibi: Und da ein Custos von newē angenommen würde/ soll derselbe vonder gemeinde auss ihre oder der Kirchē! (da sie des vermögens) Unkosten mit seine Geräthe und Gesinde gehobet werden. Nimirum † ex fisco vel æ-
4. *Ecclesia constituitur ex parochianis.*
 5. *Ratio huius decisi.*
 6. *Pietas cogit parochianos ad contributionem horum sumtiuum.*
 7. *Custodes Ecclesia inserviunt.*
 8. *Consistorii supremi Rescripta. num. 9.*
- ratio ecclesiastico sumtus hi desumuntur, & si ætarium non habeat, unde solvantur, parochiani ad contributionem expensarum tenentur, ut diximus in similis supr. defin. 56. & 57. Siquidem † parochiani Ecclesiam constituunt, quippe quæ est fidelium collectio, Matth. 16. vers. 18. l. iubemus 14. in princip. Codic. de Sacros. Eccles. Nec est, quod de solo Custode ibidem agi existimaveris, † cum rationis identitas neutiquam Ludimoderatores, aliosque mi-

minimi ordinis ministros excludat, præ-
sertim quia horum officia in uno subje-
cto ut plurimum concurrunt. Et si o-
mnino sanctio expressa dñciceret, t ipsa at-
tamen pietas cogeret parochianos ad sub-
ministracionem harum expensarum, eo-
rum namque causa agitur, eorumq; com-

modum provehitur operis Custodum,
quiſ& ipsimet pro modulo suo toti inser-
viunt Ecclesiae, ut hinc expensis vectura
neutquam se subtrahere debeant paro-
chiani, arg. l. sed etiſ i. §. I. ff ad exhib. Maul.
de homag. tit. II. num. 14.

Ita t̄ Consistorium supremum Prefidis Ecclesie zu Ebersdorff die 30. Octobr. Anno 1611. (Ver-
ba Rescripti: Dem Pfarrer und Kirchenwätern zu Ebersdorff wird krafft dñses aufz-
erlegen zu verschaffen, damit ihr newer Schulmeister und Organist Paul Hanefelder
von den Eingepfarrten vermöge der generalien mit seinem Weibe/ Kindern und Gerd
ihm möge abgeholt/ ihm auch die in Obern Consistorio ausgelegte Gebühr/ nemlich
16. gr sammt der nothwendigen Zehrung erstattet werden/ etc.)

Nec t̄ non Henrico à Steinitz in Dahlem/ & Superintendenti Oſtienſi die 27. Junii Anno 1617.
(Verba Rescripti: Wir haben aus ewern des Superintendents bericht vernommen/ daß die
Eingepfarrten Halbhüſner un Gärtnere zu Schwonnewig die unkosten bei abholung
der neuen Custoden pro ratā zu tragen sich verweigern sollen. Wann dann zween Halb-
hüſner/ so wol vier Gärtnere/ so viel als auf eine Huſe gelegt wird/ zu contribuiren
pflichtig: Als begähren/ etc. wir hiermit/ Ihr der von Schleinitz wolle in ferner vor-
weigerung gedachte Halbhüſner und Gärtnere die geklagten unkosten zu ihrgm an-
theit zu erlägen/ durch g. bührliche straffmittel compelliren und anhalten/ etc.)

DEFINIT. LXXXVII.

Opifices si fiant Æditui, unà opificium exercere haud
prohibentur.

S V M M A R I A.

1. Ministr i Ecclesia se non immisceant rebus po-
liticis.
2. Nec rebus economicis.
3. Quod verum de Pastoribus & Diaconis sacra
tractantibus.
4. Æditui & custodes sunt etiā ministri Ecclesia.
5. Opificium tamen si didicerint, unà id exer-
cere possunt.
6. Rationes & fundamenta huius decisi. n. 8.
7. Æditui in pagis modica habent salario.
9. Inclita Ecclesia non metuenda ex opificio Cu-
stodis.
10. Rescriptum Electorale.
11. Consistorii supremi Rescriptum.

Nequaqueam concedendum est mini-
stris Ecclesiae, ut pedem unum in
suggestu, alterum in Curiâ habeant, atque
ea, quae merè politica sunt, tractare & de-
cidere satagent, I. Pet. 4. 15. multò minus
ut opicia tractent & boves agitent, ne à
laboribus sacris avocentur, t̄ contra quos
merito usurpatū illud Ecclesiast. 38. 26.
quomodo sapiens evadat qui tenet aratri,

qui gloriatur in fuste stimuli, boves agi-
tans & nutritus in operibus eorum, cuius
in ore atque sermone t̄ taurorum proge-
nies solū versatur? versic. 27. is ad ful-
cos ducendos animum suum applicat &
ad pabula vaccis paranda vigilantiam
præstat. Sed dicta hæc sunt t̄ de mini-
stris illis, qui sunt Pastores & Diaconi
sacra in Ecclesiis tractantes, verbum præ-
dicando

dicando & sacramenta administrando. Alice res habet in Ædituis, qui licet & ipsi latâ significatione † ministrorum Ecclesiae veniant, & sub minimo Clericorum ordine comprehendantur, *supr. defin.* 75. propriè tamen loquendo tales non sunt, *Baldwin, de inst. ministr. cap. 4. pag. 31.* Quare † si accidat, ut opifex ad officium æditi vocetur, prout in pagis communiter fieri solet, non prohibendus erit autem mechanicam seu opificium una exercere. Veluti (1.) † clara extat *Ordinatio Ecclesiastica in art. general. 40. §.* Als auch die Glöckner vers. Solassen wir hiermit nach / daß die Kirchner / so auf den Dörffern Handwerke können / dieselben dahin in ihren häusern treiben / (2.) quod nec sine ratione permisum est: † postquam enim Æditui in pagis vix tantum salarii accipiant, ut se suosque inde alimentare queant, consultius visum fuit, lucellum aliquod ex honesto opificio illis indulgere, quam omnem viam vi-

etum querendi praecidere, & vel ansam aufugiendi, vel illicita quæque tractandi præbere; † quam rationem ipsa suppeditant verba *ordinationis ecclesiasticae in dict. art. general. 40. ibi:* Als auch die Glöckner gemeintlich sehr geringe Besoldung haben/ daß sie sich mit ihren Weib und Kindern davon nicht zu erhalten / & postea: Derowegen auch gut und nötig / das Handwerkleute hierzu berufen und angenommen / etc. (3.) † Nec est, quod jactura Ecclesiae inde metuenda, siquidem functio æditiorum sive custodum potissimum in manuum labore vel saltē in prælectione Evangeliorum & Catechismi consistit, ut hinc operis peractis ulterior meditatio & literatum tractatio, quæ per exercitium artis mechanicæ non parum impeditur, iis non incumbat. Quidni ergo tempus residuum honesto opificio consumere li- eceret?

Ita † Serenissimus Saxonia Elector Superintendenti, & Prefecto Liebenverdensi die 11. Iulii, 10 Anno 1628. Verba Rescripti: Aufß beyfugtes des Pfarrers zu Watenbrück Martin Sommers beschehenes suppliciren begehren wir hiermit gnädigst! Ihr wollet dem Cu- stodi zu Bönn gleich andern bey seinem Handwerk/ und in dieser inspection gebräuchlichen Freyhier verbleiben lassen/ ihm auch gebährlichen Schutz leisten/ etc.)

Et † Consistorium supremum Superintendenti, ac Prefecto Chemnicensi die 1. Augusti Anno 1614. II (Verba Rescripti: Aufß inligen des Christoph Nawmannes Custodis zu Bessaw be- schehenes suppliciren beghren anstai höchstgedachtes unsers gnädigsten Herrns wir hiermit / Ihr wollet die Anordnung ihm / damit Supplicant vermöge der generalien nebens seinem Schuldiensst sein Handwerk/ ledoch ohne versumnüs seines Awpis/ gebrauchen möge/ etc.)

DEFINIT. LXXXIIX.

Actuarii vices unà gerere potest Æditius in judicio pagano.

S V M M A R I A,

1. Æditiū opificium suum exercere haut prohibentur.
2. Modò fiat in edibus privatis.
3. Absq; præiudicio eorum, qui in locis viciniis ea- dem exercent opicia.
4. Nec per hoc ab operis Ecclesiasticis avocen- tur.
5. Modica habent salario Custodes.
6. Propterea etiam Actuarii esse possunt in ja- dicto pagano.

7. Mo-

7. Moyeretur contra hoc afferium obiectio.
8. Rursus ea refellitur.
9. Functione Custodis circa Ecclesia cultum quæna?

Non ergo prohibentur Æditui, qui si multi sunt opifices, exercere opificium seu artem mechanicam, desin p̄œad. quod eamen cum micâ salis accipi velim: (1.) ut hoc fiat sine scandalo & privatim in zib⁹ t̄ non aliunde alii s̄vē in pagis, prout verba innuunt Ordinat. Ecclesiast. art. general. 40. §. Als auch. verb. Sondern allein dahelme in h̄ren häusern sur nothdurfft. (2.) t̄ absq; pr̄judicio eorum, qui in vicinis oppidis & pagis eadem exerceant opificia, dict. art. 40. verb. Und nicht jufellen kanffe / den umbligenden Städten und Meistern desselbigen Handwercks zu nachtheil. (3.) & ne per hoc Custodes à laboribus ordinariis t̄ operisque ecclesiasticis avocentur, ea que negligantur, dict. art. 40. verb. Damit am Kirchendienst kein mangel sey. Minimū secundario duntaxat exercitium artis mechanicæ Ædituis permisum est, t̄ ne alimenta iis deficitant, quæ modico salario si b̄ comparare haut valent. Si jam quæsiveris, numeriam vices Actuarii in judicio, cines Gerichtsschreibers / gerere queat Custos? t̄ ex p̄œdictis hoc affirmandum erit. Nec enim functio ista, quæ per se honesta ac licita est, scandalum p̄ebere,

10. Munus Actuarii ministrorum saltē est in iudicio.

II. Decretum Consistorii supremi.

vel cuiquam pr̄judicare, nec functioni ecclesiastice impedimento esse potest, si eo tempore Custos ad hanc se accingat, quo vacat ab operis ecclesiasticis, nisi id obstat exultimavellis, quod Clericis non convenire videatur cura negotiorum forensium, Matth. 20.25. Marc. 10.42. Luc. 22. 25. Iohann. 18.36. Matth. 17.27. Henr. Eckard. de ordin. ecclesiast. & politic part. I. cap. 6. quæst. Sed vera hæc sunt de Clericis propriè sic dictis, t̄ iis nempe quis sacra tractant, verbū Dei p̄œdicant & Sacramenta administrāt, quos judicis munere fungi haut decet Iohann. Gerh. de magistr. polit. §. 177. pag. 831. ab iis verò quām multū distet Custos si ve Æditius, neminem fugit, quippe t̄ cuius functio circa Ecclesia cultum externa est, & potissimum in labore manuū consistit, ex quo generali duntaxat nomine clericorum & ministrorum Ecclesiæ venit, supr. desin. 75. t̄ Quin & munus Actuarii ministrorum saltē est in iudicio, à quo cognitio negotiorum forensium non dependet, soli reservata judici, cuius ius sui in scribendo & consignando Actuarius parere necesse habet, Matth. Berlich. part. I. decis. 85.

Ita t̄ Consistorium supremum in causâ Urbani Hoffmanns contra die Gemeinde zu Obergriuna/ II die 20. Februar. Anno 1611. (Verba Decreti: Legitimen soll Urban Hoffmann die Gerichtsschreiberei bis ein neuer Schulmeister bestellt wird / gelassen werden / und er dabei dem Pfarrer schuldig ehrerbietung bezeigen / etc.)

D E F I N I T . LXXXIX.

Ab advocoando tamen & patrocinando in foro abstinere debent
Ludimoderatores, Custodes seu Æditui.

S V M M A R I A .

1. Abstinere debent Æditui & Ludimoderatores à patrocinio forensi.
2. Probatur hoc ex Ordin. Eccles. Elector. Saxon.
3. Nee literas supplices scribere iis permisum est.
4. Officium Advocatorum per se honestum.

5. *Advocati meliorem ducunt vitam quam Religiosi.*
 6. *Custos advocando scandalum prabet.*
 7. *Clerici ab actionibus publicis in Curia excepti.*

1 **H**aud permitendum tamen est *Aeditus & Ludimagistris*, ut munus Advocati in se luscipient, & in foro litigantibus patrocineantur, *Ordin. Ecclesiast. in art. generali 38. §.* Wie wir auch hiermit ernstlich befahlen/ daß sie alles procurirens und advocirens oder anders dergleichen müßig geh. und sich enthalten/etc. quin & literas supplices † scribere concessionem iis est, *dict. art. 38. §.* Et soll auch sich nicht unterstellen/ den Leuten *Supplicationes*, besonders wider die Obrigkeit oder seinen Pfarrer zu stellen/ sondern solche dem lederzeit von sich weisen/ und seines beruffs waren/etc. Et si enim † officium Advocatorum per se honestum est, & generi humano maxime necessarium, *l. advocati 14. C. de adv. divers. judic. Gloss. In cap. cum ex eo. extr. de elect. in 6to.* ac propter ea meliorē † ducere dicuntur vitam, quam Religiosi & Prædicatores, *Camil. Borell. in summ. decis 1. tit. 6. §. n.*

8. *Abiuntur munere adyocationis, qui iura non didicerunt.*
 9. *Vbi Advocatorum turbastrepit, ibi nulla dominus litigio vacabit.*
 10. *Rescriptum Consistorii supremi. c. 11.*
 11. *Franc. Viv. decis. 12. n. 24. Borgn. Ca- valcan. part. 1. decis. 33. n. 21. attramen fieri vix potest, † ut Custos non scandalū pra- beat, & aliorum in se concitet odia, si pa- trocinium in foro litigantium suscipiat; quare & legibus Imp. Cletici ab actio- nibus publicis † in curia sunt exempti, l. 17.*
C. de Episc. & Cler. & metuendum, ne ho- bines isti, qui iura ex professo non didice- runt, functione hac abutantur, † mu- nusque adyocationis plus ad subversionē veritatis atque litigiorum augmentum, quam ad lucidationem justitiæ lictumque directionem exerceant, Magon. de rect. patrocin. rat. part. 1. cap. 6. n. 18. de quibus ve- rē dicitur, † ubi Advocatorum turba stre- pit, ibi litiū anfractibus tota civitas arde- bit, nec domus aliqua à litigio vacabit, Magon. dict. part. 1. cap. 11. nu. 9. ut vel pro- pterea saltem Custodes ac Ludimagistri ab hac functione abstinere jussi fuerint.

Ita † Consistorium supremum Superintendenti Anabergensi die 12. Decembr. Anno 1610. (Verba 10 Rescripti: Hierauß ist an statu höchstgedachtes unsers gnädigsten Herrns unser Be- gehren Ihr wollet beklagten Schulmeister über die vorgebrachte Beschwerung ver- nehmen und ihm nach bestindung ernste Verweisung thun/ sich auch hinsüro des ad- vocirens gänglichen zu erhalten/ bey verlust seines Dienstes außerlegen/etc.)

Ei † Superintendenti Freibergensi die 15. April Anno 1619. (Verba Rescripti: Was massen 11 die Gebrüder von Schönberg zu Perschen und Gravenstein ingesamt über den Schulmeister und Küster zu Colvenitz l. E. daß er zu wider den generalien und sonstigen ihm bisher behaltenen Verbot/ ihren ungehorsamen Unterthanen in Sachen patrociniren soll/ sich beschweren und bitten/ solches habt ih auf dem Inschluß mit mehrern zu vernehmen. Beg. hren derowegen/ ihr wollet gedachten Schulmeister fürderlich vor euch bescheiden/ ihm solches ernstlich verweisen/ ihn darnehen in straff nehmen/ und daß er dergleichen unbefugt patrocinii und schreibens sich hinsüro gänglich enthalten solle/ bey verlust seines Dienstes außerlegen/etc.)

DEFINIT.

DEFINIT. XC.

Scholarum moderatores quando sunt Notarii, exercitio Notariatus prohibendi non sunt.

S V M M A R I A.

1. Ab Advocaturâ abstineant Scholarum moderatores.
2. Quâ ex causâ & ratione?
3. Exercitium tamen Notariatus iis est permittendum.
4. Fundamenta & rationes hujus decisionis n. 10.
5. Officium Notariatus longè præstantius operis.

Non loquor hîc de patrocinio vel advocaturâ, quam Scholarum moderatores & Collaboratores non magis quam Custodes in se suscipere valent, defin. præced. non solum quod per id haut minimum detur scandalum vel pueris saltem, quorum informationi Scholarum moderatores præficiuntur; † sed & quia absque jacturâ informationis & negligentiâ officii patrocinio litigantium vix præesse possunt. Aliter verò res se habet † in functione & exercitio Notariatus, quo prohibendi non sunt Ludimoderatores & Collaboratores, si creati fuerint Notarii, quantum id sine negligentiâ officii scholastici scripsi potest. (1.) † Cùm enim artes mechanicas & opificia tractare permisum sit ædituis, qui & ipsi puerorum informationi in pagis præficiuntur, supr. defin. 8. 7. art. general. 40. §. Als auch die Glöckner non certè invidendum erit moderatoribus scholarum Notariatus exercitium † quod longè præstantius operis & laboribus manuum locari solitus. (2.) idque tantò minus, quia nullum prorsus ex hoc scandalum est metuendum; Etsi enim Notarius † publica est persona secundum Bartol. in l. non aliter ff. de adoption.

Ita † Consistorium supremum Superintendenti & Senatui Freibergensi die 30. Septemb. Anno 1625. I 1
(Verba Rescripti: Was an höchstgedachten unsern gnädigsten Herrn M.G.L. Conre-
ctor bey

Cor hinc eum wegen exercitium seines Notariats unterthänigst gelangen lassen das habe Ihr hierbei zu befinden. Wann wir denn sein suchen vor unbillig zu erachten: Als ist herauß / etc. unser Begehren / Ihr welle ihme / so viel ohne Versäumniss seines Schulamps geschehen kan / sein Notariat ampt zu exerciren verstatte / etc.)

D. F. I. N. I. T. XCI.

Ab ædituis sive Custodibus, si de horum fide & dexteritate
haud notoriè constet, ratione ornatū ecclesiastici cautio
benè exigi potest.

S V M M A R I A.

1. Custos unde sic dictus?
2. Functio hac probo ac bono viro demandanda,
vel cautio ab eo exigenda.
3. Ex sanctione Electorali in Ordinat. Ecclesiastica.
4. Ratio hujus sanctionis quenam?
5. Cautio usufructuaria à testatore remitti ne-
quit.
6. Hares ad satisfandum fideicommissario est
obstrictus.
7. Cautionem ex gere valet, qui spem sovet here-
ditatis acquirende.
8. Licet nulla subsit suspicione causa.
9. Consistorii supremi Rescriptum.

1. Pla Custodis vocula satis innuit, fidei
ac curæ ejus committi ornatum ecce-
siasticum, resque lacras, quas bona fide
custodire ac conservare deberet. Necesse
hinc est, ut t̄ functio ea bono ac probovi-
to demandetur, aut si de ejus fide ac dex-
teritate haud notoriè constet, cautio hoc
nomine ab eo exigatur prout sanctum t̄
in Ordinat. Ecclesiast. art. general. 18. §. Weil
auch jhnen die Relche/Kirchen-ornat, und
anders so in der Kirchen verwahret werden/
vertrawet soll keiner zum Eüster angenom-
men werden / er sey denn wol bekant / oder
dass er einen Vorstand habe / damit wann
erwas durch seinen Vorsteih oder Untervor-
der Kirchen entwendet / dieselbe sich des er-
linuen Schadens wiederumb bey ihme zu
erholten. Quod sane mirum nemini vide-
bitur, t̄ cum ii, quorum fidei quid com-
mittitur, cautionem præstent; veluti est
usufructuarius, qui ad præstationem cau-
tionis ita est obstrictus, ut t̄ testator neu-
tiquam eam remittere valeat, l. seire debe-
rit. 7. Cum in possess. legator. l. si pecunia. 6. ff. eod.

tit. l. et si usufructus. 7. in pr. ff. usufruct. quem-
admod. cav. Paul. de Mont. Pico in l. Titia
cum testamento 34. §. Titia cum nuberet 6. ff.
de legat. 2. quæst. 50. n. 158. Jul. Clar. in §.
testamentum. quæst. 64. Johan. Harppr. in
§. constituer 2. num. 187. instit. de usufruct.
Andr. Gaillib. 2. obseruat. 145. hæres t̄ qui
omni casu, sive dissipet bona, sive non, ad-
igi potest ad idoneè satisfandum fidei-
commissario do legatis & fideicommissis
præstandis, l. hæc stipulatio, 14. & tot. tit.
ff. ut legat. nom. cav. l. 1. in pr. l. siù à quo 3. §.
ult. ff. ut in possess. legator. inò omnis, t̄ ad
quem hereditas aliquando devenire pot-
est, cautionem de bonis servandis & re-
stituendis jure obtinere valet, l. inter omnes
12. ff. qui satidict. cogunt. ubi Battol. & Dd.
Quæ cautio præstanta est, t̄ quamvis
nulla suspicione causa existat adversus
heredem, Anton. Peregrin. de fideicommiss.
art. 40. num. 10. Quidni ergo etiam ab
Ædituo vel Custode, qui nec usufructua-
rius est, si maximè subsit causa suspicione?

Ha t̄ Consistorium supremum Superintendenz & Praefecto Chemicensi die 14. Jun. Anno 1630. 9
(Verba)

(*Verba Rescripti*: Aufs begehrn der Eingepfarrten und Einwohner zu Mittelbach / daß der neue Schulmeister wegen Feuersgefahr und Kirchenornats Vorstand be stellen solle/wird hiermit anbefohlen/dß Supplicanten darauff zu bescheiden/etc.)

DEFINIT. XCII.

Patroni quoque Hospitalium ad præstationem cautionis
sunt obstricti.

S V M M A R I A.

1. Hospitalia privilegiis Ecclesia gaudent.
2. Arebus Ecclesia ad Hospitalia facta illatio va-
lent.
3. Hospitalia in plurimis ut Ecclesia censentur.
4. Vocabū Ecclesia veniunt quoque pauperes.
5. Patroni Hospitalium ministris Ecclesie accen-
sentur.
6. Inspectio Hospitalium pertinet ad jura Epi-
scopalia.
7. Patroni Hospitalium ad præstationem cautio-
nis obstricti.
8. Sunt hi administratores reddituum Hospi-
tialium.
9. Quæstores etiam probi ac boni ad cautionis
præstationem sunt obstricti.
10. Plus securitatis in re est, quam in persona.
11. Rescriptum Consistorii supremi.

- H**ospitalia non modò privilegiis Ec-
clesiae gaudent, Felin. in cap. de quar-
ta, col. pen. & seq. extra de prescript. Franc.
Balbus de prescript. 1. pare. quint. part. princip.
quest. 1. num. 7. Matth. de Affili. desig. 67.
2. n. 4. Et tā rebus Ecclesiæ non malè ad Ho-
spitalia inferri solet, Castrensi. lib. 1. consil.
269. u. 1. Andr. Tiraquell. deprivil. pia caus.
privil. 137. & 138. sed & in plurimis ut
Ecclesiæ censentur, Cardin. Tus. h. pract.
conclus. 163. & conclus. 166. n. 13. lit. H. quip-
pe in quibus opera charitatis exercentur,
Bald. lib. 1. consil. 465. Bertrand. lib. 1. consil.
4. 244. num. 3. † perinde ut pauperes etiam
Ecclesiæ vocabulo veniunt, Johan. Andr.
in cap. 1. in pr. extr. de restit. in integr. in 6to.
5. Bald. int. omnem in pr. C. de Epist. & Cleric. †
Quidni ergo Patronos quoque hospitalium
perlonis ac ministris Ecclesiæ ac-
censerimus & præsertim cum Ordinatio
ecclesiastica curam eorum habeat art. ge-
neral. 33. Bon. Hospitalien. † quodque

inspectio Hospitalium pertineat ad jura
Episcopalia, extra dubium est, cap. aqua,
extr. de consecrat. eccles. cap. inter dilectos
extr. de donation. Reclitissime hinc inferra
licet, perinde ut Ædituos, ita etiam Pa-
tronos hospitalium † ad præstationem
cautionis esse obstrictos, quod & conve-
nit dict. art. general. 33. § 3um andern. verbi.
Soll jedes Orts Obrigkeit. verb. Auch el-
len Vorstand. quin & iis præstatio cau-
tionis multò magis incumbit, quia non
modò defensores, † sed etiam admini-
stratores sunt redditum Hospitalis; quo
respectu jure Quæstorum obstringuntur,
à quibus cautionem hisce in provinciis
totā die exigit novimus, † licet sint probi
ac boni viti, nec de fide malā suspecti, ut
verè hīc dicatur, plus securitatis in re esse,
† quam in personā, l. plus cautionis 25. l. mi-
nus est 204. ff. de Reg. Iur. Matth. Coler. de
process. execut. part. 1. cap. 2. n. 217.

Ita † Consistorium supremum Dresdense Inspectoribus zu Dohna die 11. Sept. Anno 1635. (*Verba
Rescripti*: Wir haben ewern eingeschickten Bericht wegen Erzeugung des Hospitalver-
walterdiensts zu Dohna mit Samuel Wirtgens Person verlesen hören. Wosfern
num)

nun gedachter Wirtgen den Vorstand mit vier oder fünfhundert Gulden wirtschaftlich bestellen/auch seine Mutter oder andere vorgeschlagene Bürger einer vor beyde/ oder beyde vor einen zu haftren angehoben werden; So ist hierauf an statt S. Churfürstl. Durchl. u. ser Begehrten / Ihr wollet bemeleten Samuel Wirtgen zu solchem Ho- spital Verwalter ampt alsobalden/weil es hochmätig/ und die Zeit erfordert/ gebührlich anweisen/ auch daß er sich in demselben trewlich verhalten/ besonders die jetzige Win- tersaat gebührlich bestellen/ und auf die Hospitalgehölze gute achtung geben solle/ untersagen/etc.

DEFINIT. XCIII.

Permutatio officiorum inter Custodes Ecclesiæq; ministros
consensu & approbatione Consistorii facta subsistit.

SUMMARIUM.

1. Permutatio officiorum ecclesiasticorum per se haut est illicita.
 2. Modò fiat cum aliis officiis ecclesiasticis.
 3. Regulariter tamen prohibita in Concilio Turo- nensi.
 4. Pacta circa spiritualia videntur Simoniacæ.
 5. Non ergo subsistit permutatio officiorum ecclesiasticorum.
 6. Nisi accedat consensus Episcopi. n. 8.
 7. Episcopo vel Consistorio potestas dispensandi haut deneganda.
 9. Rescriptum Consistorii supremi.
- E**T si permutatio officiorum ac posse-
sionum ecclesiasticarum per se non
illicita habetur, cap. ad questiones 6. cap. ex-
hibita 9. in fin. extr. de rer. permut. c. nemini
Regum. 16. q. 7. quando t̄ scilicet fit cum
aliâ re spirituali, officioq; ecclesiastico,
dict. c. nemini Regum Joh. Baptist. Viva in ra-
tion. Iur. pontif. ad dict. cap. ad questiones 6.
Lambertin. de jur. patron. lib. 1. art. 3. quæst. 3.
princip. part. 2 n. 1. fol. 127. Rochus de Curte
in Rubr. de translat. jur. patron. n. 27. atta-
men quia odiosa est, in t̄ Concilio Turo-
nensi regulariter fuit prohibita, cap. maio-
ribus 8. ibi. Divisionem prabendarum aut digni-
tatum permutationem fieri prohibemus. extr. de
prabend. Garcia de benefic. part. II. c. 4. n. 44.
in fin. Card. Tusch. pract. conclus. lit. P. concl.
4. 303. n. 1. & concl. 305. & n. 2. Nimirum t̄
quia pactio circa spiritualia vel connexa
spiritualibus labem semper continet Si-
moniacæ, cap. quæstum 5. extr. de rer. permut.
Roch. de Curte dict. loco. Canis. in summar.
iur. canon. lib. 2. tit. 27. pag. 238. ex quo di-
- cendum t̄ haud subsistere permutatio-
nem functionum & officiorum inter Cu-
stodes vel Ludimagistros. Ecclesiæque mi-
nistros. Sed verum hoc est, nisi t̄ accedat
dispensatio Episcopi: Cum enim fieri pos-
si, ut unus magis sit idoneus in unâ Ecclæ-
siâ, quam in aliâ, vel etiam ratione sanitatis
& aeris, Ecclesiæ alio in loco melius
queat inservire, unde commodum po-
tius Ecclesiæ sperandum, quam ulla ja-
etura metuenda, Panormit. ad dict. cap.
quæstum 5. num. 6. Garc. de benef. dict. cap. 4.
n. 47. & 49 t̄ nequam deneganda erit
potestas dispensandi Episcopo, vel Consi-
storiis, quæ jura episcopalia exercent;
Quare dubitandum nō est, subsistere per-
mutationem officiorū ecclesiasticorum, t̄
si autoritas & decisio Episcopi accesserit,
eaq; in Consistorio fuerit confirmata, dict.
cap. quæstum 5. extr. de rer. permut. cap. un. eod.
tit. in 6to. cap. cum venerabilis 6. S. ad hac ext. de
except. Roch. de Curte dict. loc. n. 28. Lam-
bertin. lib. 1. art. 2. qu. 3. princ. part. 2. n. 3. & 9.
Ita

Ita † Consistorium supremum die 10. Iun. Anno 1629. (Verba Rescripti: Welcher gestaltungen N. N. und N.N. beyde Schulmeistere die umbwechselung mit ihren diensten zuerken, nen gegeben / und umb zulassung und confirmation gebeten / solches habe ihr aus dem einschluß zu vernehmen. Wann wir denn dasselbe aus denen von ihnen angezogenen ursachen geschehen lassen können; Als ist / etc. unser begehrten / Ihr wollt sie die Probe thun lassen / und darauf bescheiden / etc.)

DEFINIT. XCIV.

Modò Patronorum vel Collatorum & Paræcianorum consensus accesserit.

S V M M A R I A.

1. Episcopus permutationem officiorum ecclesiasticorum permittere potest.
 2. Non faciat hoc absque causa necessaria vel utili. (rendi deberet.)
 3. In eiusmodi permutatione utilitas ecclesiae a sufficiat tamen utilitas Ecclesie saltius consecutiva.
 5. Quenam utilitas dicatur consecutiva? n. 6.
 7. Consensus Collatorum & parochianorum ad hanc permutationem necessarius.
 8. Paracianus invitis minister Ecclesie obrudi nequit.
 9. Non ergo consensus eorum omittendus.
 10. Consistorii supremi Rescriptum.
- dat, permittenda utiq; erit permutatio, siquidem † commoditas & utilitas personæ redundat in augmentum cultus divini, & ut melius ac promptius Deo inserviatur, dict. cap. quæsum 6. in fin. ibi: ut, quæ uni loco minus sunt utiles, alibi se valeant utilius exercere. & ibi Panorm. num. 6. Ut maximè verò dispensatio justissimæ innitatur cause, † non tamen subsistere faciet permutationem officiorum ecclesiasticorum, si non etiam consensus Collatorum & Paræcianorum accesserit, Guid. Papa decis. 374. n. 1. Bellamera decis. canon. conclus. 177. n. 2. Ex quo enim jus vocationis Patrono vel Magistratu competit, † nec paræcianis invitis Ecclesiae minister obrudi debet, Ordin. Eccles. general. art. 37. supr. defin. 30. & 73. non potest non horum interesse versari in ista permutatione, † ut hinc eorum contentus accedat necesse sit, Bellamera dict. concl. 177. num. 4.

Ita † Consistorium supremum die 14. Julij Anno 1624. (Verba Rescripti: Wofern nun die umbersetzung der beyden Schulmeisterdienste mit beyderseits Collatorn, Patronen und Eingepfarrten consens und guten willen geschehen; So thun/etc. wir hiermit solche confirmiren und zulassen/etc.

R

DEFI.

DEFINIT. XCV.

Non prohibendi sunt pueri scholares; celebrare
festum Gregorianum.

I V M M A R I A.

1. Festum Gregorianum quodnam sit. & quomodo celebretur? num. 2.
3. Originem trahit ex Papatu.
4. Permittenda est huius festi celebratio.
5. Quibus ex causis & fundamentis?
6. Finis & usus festi Gregoriani.
7. Representat statum eorum, qui in schola educantur.
8. Doctrina vel meliores reddit homines, vel de-
teriores.
1. Ubiique fere locorum, praesertim vero
hunc in provinciis consuetudine in-
veterata obtinuit, ut pueri scholares die
Gregorii in solenni processione plateas
totius civitatis perambulent, quibusdam
etiam in locis vestibus albis induiti, aliove
ornatu amicti incedant, & munera colli-
gant, † quæ partim inter ipsos & Praece-
ptores seu Collaboratores scholarum di-
stribuuntur, partim ad cœnam parandam
adhibentur, honaque in collatione con-
sumuntur. Etsi vero mos hic procul du-
bio, † ex Papatu, quo S. Gregorius scholarum
patronus salutatur & invocatur, tra-
xerit originem, haut quam tamē pro-
presa improbari debet, † sed indulgendū
est aliquid lætitiae puarū, qui non parum
hoc festo Gregoriano delectantur. (1.) †
Cum enim scholæ sint seminaria Ecclesia-
rum & Rerum publ. ut multis probat Er-
nest Cothman. Respon. 23. n. 10. omnibus
modis laborandum est, ut pueri eas fre-
quentare assuecant, & blanditiis pariter
ac delectamentis puerilibus, quin & do-
nis ac præmiis ad hoc invitentur. † Quem
in finem hic actus Gregorianus videtur
ad inventus; hujus siquidem seletus.
2. Salutatio Valentini Trocedorsi, quā allocu-
tus est pueros Schola.
10. Incitanda est juventus ad capessendam con-
ditionem honestam.
11. Mores & ingenia puerorum bujus festi cele-
bratione explorantur.
12. Finis depositionis ad removendum beanismū.
13. Non invidendum est lucellum Praceptoribus
scholarum.
14. Rescriptum Consistorii supremi,
- pueris oblectati & muneribus donati amo-
te Praceptorum & Scholarum detinen-
tur, quo minus informationē deterretur,
& labores studiorū fugiant, qui alias ocio
nimis sunt dediti. (2.) † videtur portò hic
actus representare statum & conditionē
eorum, qui in scholis educantur, quod sci-
licet evadant Nobiles, Consules, Senato-
res, Consiliarii Regum ac Principum, O-
pifices, Mercatores, Lictores & Nebulo-
nes, quorum personæ quibusdam in locis
hoc actu ceu in Comædia producuntur.
† Doctrina siquidem, teste Cominæ, vel
meliores reddit homines, vel detiores,
pro cuiusq; naturâ & inclinatione, lib. 10.
pag. 690. quod bene advertit Valentinus
Trocedorius insignis ille formandæ ju-
ventutis artifex, qui † scholam primo in-
gressus scholasticam juventutem ita per-
hibetur salutasse Salvete vos Nobiles, Cō-
sules, Senatores, Cæsarum, Regū ac Prin-
cipū Consiliarii, vos Opifices & Artifices,
Mercatores & Carnifices; Lictores & Ne-
bulones, Herm. Larh. de censu lib. 3. cap. 19.
690. Quid itaq; tenera ætas a primis statim
incumbens ad capessendam honestiorem
conditionem incitat, neutiquam hic a-
ctus

XI Aus è finibus scholæ videtur extirpandus,
(3.) f. Er quis non videt, hoc actu explo-
rati more & ingenia puerorum, num ad
literas idonea sint vel non, quod tempore
eo, quo pueri scholis addicuntur, nosse
haud parum prodest parentibus ne inare
de filii suis, & sibi pollicentur, qui vere
12 unicus etiam est filius, f. titu illies, quem

depositionem vocant, quo remoto bea-
nissimo ad studiori nomen via sternitur.
Johan. Limn. lib. 8. jur. publ. c. 8. n. 11. (4.)
Nec tandem invidendum Praeceptoribus
& Collaboratoribus scholæ lucellum f. ex 15
hoc festo, cu[m] pars salarii, quæ valde alias
modicum, & vix ad alimentationem ea-
rum sufficiens est.

Itat Consistoriorum supremum Superintendenti Ch-mnicensi die 30. April. An. 1628. (Verba Re-
scripta: Wir h[ab]en ewern berichte und frage wegen halting des Schulfests Gregorii
verlesen hören. Wenn denn dissatis kein verbot geschehen/ und dahero die sorge unzett-
ig und unndt g; Als begehrn an sta[nd] Ihr Churfürstl. Durchl. wir hiermit / Iste
möllte die Schüler ihr Gregorianer Fest dem herkommen nach / und wie es vorhin ge-
bräuchlich gewesen/ unverhindert halten lassen / solches auch dem Rath bey euch zur
nachrichtung andeueen/ wöllten wirt euch nicht verhalten/ etc.)

T I T. V I I.

De

**Stipendiis sive Salariis ac Reditibus Pastororum & Ministerorum
Ecclesie, eorumq; immunitatibus.**

D E F I N I T. X C V I.

**Certa sunt pastoribus & ministris Ecclesie constituenda &
exolvenda stipendia atque salario.**

S V M M A R I A.

- 1.** *VValdenses & Anabaptistæ denegant salario
ministris Ecclesie.*
- 2.** *Quanam eorum sententia.*
- 3.** *Refellitur rursus opinio VValdensium & Ana-
baptistarum.*
- 4.** *Stipendia & salario ministrorum Ecclesie pro-
bantur quibudam argumentis. n. 5. & 6.*

X Nisi valde sunt fratres Wal-
denses & Anabaptistæ, con-
tra ministros verbi, stipendia
eorum in dubium vocantes:
uti uquidem ad operas manuarias, ut his-
ce victum sibi querant, f. pastores & mini-
stros Ecclesie adstringunt; hi vero omnes
ipsis denegant salarium ex dicto Salvato-
ris ad Apostolos: Gratis accepistis, Matth.
10. 8. & rursus: Non possideatis aurum, neq;
argentum, neque æs in crumenis vestris.
neque peram ad iter, neque duas tunicas,
neque calceamenta, neque virgam, vers. 9.
f. Sed omitunt, quod non negligendum,
& ipse me Christus ibidem addit, dignum
esse operiarum suo alimento, suâq; mer-
cede: & advertere deberent, non agi in lo-
co allegato de prædicatione verbi, sed de
dono miraculorum, quod vendi noluit
Christus pro pecunia, sicut & Elisæus in

R 2 fama-

- famulo suo ferre id non potuit, Fridet.
Balduin. de casib. const. lib. 4. cap. 10. cas. 5.
pag. 1121. † Audiant verò Apostolum
1. Cor. 9. qui sex argumentis stipendia pa-
storum ac ministrotum verbi probat. (1.)
Ex jure gentium: *Quis unquam, inquit,
stipendiis suis militat? Quis plantat vineā,
& de fructu ejus nos edit? quis pascit gregem,
& de lacte gregis non manducat?*
vers. 7. (2.) † Ex similibus: *Qui arat, de-
bet in spe arare, & quittitur, in spe fru-
ctus percipiendi, vers. 10.* Multò magis ita-
que ex spiritualium bonorum semente
licet sperare messem bonorum corporalium;
Nam si nos (inquit iterum Apostolus)
vobis spiritualia seminamus, num
magnum est, si carnalia vestra metamus?
vers. 11. (3.) † Ex loco parium: *Num ego
solus ac Barnabas non habemus potesta-
tem non operandi, vers. 6. nam & Pseudo-
doctores stipendia accipiunt; cur non idē
liceret Doctoribus veris?* vers. 7. (4.) Ex
lege Mosaica; † Scriptum est in lege Mo-
sis: *Non alligabis os bovi tritauranti* vers. 9.
Num de bobus cura est Deo? propter nos

utique hoc dicit, vers. 10. (5.) Ex ordina-
tione divinâ Sacerdotes Veteris testamen-
ti concernente: † Nescitis, quoniam qui
sacris operantur, quæ desacrificiis super-
sunt, edunt: & qui altari deserviunt, cum
altari participant? vers. 13. (6.) † Ex novo
Testamento: Ita & Dominus ordina-
vit, ut qui Evangelio ministrant, etiam
de Evangelio vivant, vers. 14. Luculen-
ter probant hæc argumenta, jure pe-
tere ministros verbi salario: quæ & ipsis
propterea constitui & exsolvi debent se-
cundum illud Christi: *Dignus est opera-
tius alimento suo*, Johan. Gerhard. in loc.
de ministr. ecclesiast. cap. 7. sec. prior §. 324. Frid.
Balduin. de inst. ministr. cap. 2.7. pag. 296.
Quod fuisse in provinciis minus dubium
habet propter Ordin. Eccles. in art. general. 20.
vers. Sollen derowegen die Zuhörer und
Eingepfarrten ihren Pfarrern und verord-
pro labore iis negavit Christus, quia edere
iplos jussit quicquid apponetur, Lu. 10.7.

8

auffgeboten soll dem Pfarrer ein grosche /
von Copuliren 2. groschen und dem Kirch-
ner ein grosche / und also voneiner Hochzeit
4 groschen gegeben werden. Modicū sane
& exigū † est honorariū quatuor grossos-
rū pro copulatione pariter & proclamatio-
ne utriq; Ecclesiæ ministro constitutū: for-
san quod non dubitaverit † Serenissimus
Saxo, parochianos ex mera liberalitate
pro facultatibus suis pinguis honorariū
præsturos, psa pietate hoc exigente; Nō
enim frustra præcepit olim Dominus: † ne
quis

7 quis coram Sacerdote vacuus comparet, nec Levitam desereret, Deut. 12. 19. & Salomonis præceptum est: † Honora Dominum de substantiâ tuâ & de primis omnium frugum tuarum, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt, Proverbi. 3. 9. Johan.

Azot. instit. moral. lib. 7. cap. 27. † Cun. 8 que pauperes etiam ab hujus munusculi præstatione exempti haut sint, vix divites, qui in facultatibus superbiunt, adeo erunt tenaces, ut non liberalitatis laudem ex pinguioris honoretii solutione quærant.

Ita † Confessorium supremum in causâ der Eingepfarrien zu Groß. und Klein Trebnig contra Pastorem M. Paulum Weissen die 3. Decembr. Anno 1634. (Verba Decreti: Betreffende den vierdeien und fünfften Klagepunkt / daß der Pfarrer von jedem Aufgebot / 6. Groschen und von der Copulation auch so viel/ nebens einer alten Herren / auch gewissen anzahl Kind. und Schweinenfleisch / wann gleich die Leute in ein ander Kirchspiel frezen/ und daselbst copuliret werden / erzwingen wollen / welches beklagter Pfarrer nie in Abrede sehn können / die matricul aber de Anno 1575. nach welcher dieses Orts keine Neue erfolget ist / dieses besaget / daß dem Pfarrer 1. Groschen von der proclamation 2. gr. von der Copulation eine Suppe und stück Fleisch zum Frühstück gebühret: So lasse man es so lange/bis/ Beklagter ein anders anführet / daben bewenden: Es soll aber sonderlich den vermögenden Leuten bey iezigen schweren Zäten ihren Pfarrern in überwehnien und andern Fällen/ sein mehrers zu reichen hiermit ungewehres seyn / darnach sich beyde Theil zu achten/etc.)

D F I N I T I O C X I I .

Pro deductione funeris meritò exolvitur honorarium

Ecclesiæ ministris.

S V M M A R I A.

1. Mortuorum cadavera honorifice sepelienda.
2. Probatur hoc ex sacris.
3. Officium sepultura pium & honestum.
4. Ministri Ecclesiæ debent comitari funus.
5. Probatur hoc ex Ordinat. Ecclesiast. n. 6.
7. Plus lucri ex funere capit Custos, quam Pastor.
8. Saepè pro funeris deductione pinguis prestatur honorarium.
9. Confessorii supremi Rescriptum.

1 Mortuos honorifice pro more cujusque loci sepeliri, pium omnino est, cùm in sacris literis præcipiat, honeste corpus sepulturæ mandandum esse, Syr. 32. 16. in fin. junclo cap. 7. 37. Genes. 23. 6. Luc. 23. 53. Iohann. 19. 41. † cultumque & acutum solennem corpus hominis propterea meretur, quia ad Dei figuram effectum atque creatum est, Genes. 1. 17. fuitque membrum Christi, Ephes. 5. 30. templumque & habitaculum Spiritus Sancti, 1. Corinth. 6. 19. ut raseamus, † officium sepulturæ

esse fidei, resurrectionis ac vitæ melioris quoddam quasit testimonium, e. non estimeamus 19. vers. corpori autem 13. quest. 2. 1. Thess. 4. 13. 14. Mitum hinc non est † ministros Ecclesiæ concomitari funus & interesse exequis, sacra hoc in acto celebrari, ac hymnos cantari, de quibus ita inquit Chrysost. in Epist. ad Hebr. cap. 2. homil. 4. Dic mihi, quid sibi volunt hymni? nonne ut Deum glorificemus & ei gratias agamus, quod jam coronavit discedentem, quod à laboribus liberavit, quod à timo-

T 3

rel.

- re liberatoꝝ apud se haber, Johan Gerhard. locor. theol. tom. 8. cap. 7. num. 85 pag. 145. † & approbantur ejusmodi exequæ in Ordinat. Eccles. sub Tit. Von dem Begräbniß der Todten; Id verò laboris ne absque præmio impendatur à ministris Ecclesiæ, honorarium ipsis exolvi non modò obseruantia introductum † sed & præceptum est in Ordinat. Ecclesiast. art. general. 26. §. Von Begräbniß einer alten Person sollen dem Pfarrer ein Groschen/von einem Jungen ein halber Groschen / dem Custodi aber von einer Alten von läuten und singen
- z. groschen/ von einer jungen 1. gr. gegeben werden. Plus siliicei † luci capit Custos quam ipse mei Pastor, quia major ejus laboꝝ istud augmentū meietur, nam præmiū operi correspondere debet, arg. l. si uno anno 15. §. item cum quidam ff. locat. Sed & hīc monendū nequaquam prohibitum esse, plus solvere ministris; quin potius † parochianos pro facultatibus suis id facturos sanctio Electoralis præsumit. Et si consuetudine loci pinguis honorarium fuerit introductum, præcisè ei inhærendum erit, arg. l. Imperatores ff. de pollicit.

Ita † Serenissimus Saxonie Elector Superintendenti. V. Videris die 9. Februar. Anno 1631. (Verba Rescripti: Wann sie uns dann darneben den Aufschlag dieser Sachen unter chängst anheben gestellter: So erachten wir gestalten Sachen nach nicht vor un billig; daß ihr euch an dem allbereit empfangenen honorario vor den Gang begnügen lasset/etc.

DEFINIT. CXIII.

Quidnam honorarii pro Concione funebri pasto- ribus præstandum?

S V M M A R I A.

1. Conciones funebres hodie frequentantur.
 2. Ratio & causa ejusmodi concionum.
 3. Laude unius alii ad virtutes incitantur.
 4. Probantur Conciones funebres ex jure Civili.
 5. Nec non ex Ordinat. Ecclesiast.
1. Inter alia ekequiarum solennia & hoc usu obtinuit, ut Concio habeatur funebribus, in qua laudes denati prædicantur. Recte omnino, quia omnes propè mortales laudationis suavitate ita afficiuntur, fut sapientes vel hanc solam virtutis ac laborum suorum mercedem expetierint, veluti attestatur Cicero: Nulla inquietus, virtus aliam mercedem laborum ac periculorum desiderat, præter hanc laudis & gloriae, in Orat. pro Arch. efficitque laudatio, ne benè meritorum vitiorum gesta oblitione obsolescant, quin & ut
6. Augetur hinc salarium Ecclesia ministrorum.
 7. Honorarium pro concione funebri exolvendum.
 8. Arbitrarium id habere est. n. 9.
 10. Decretum Consistorii supremi.
 alii ad præclara ejusmodi facinora incitentur; exempla quippe laudatorum viroꝝ plus movent, quam præcepta, Macrobius.
 1. Saturnal. Cujus instituti vestigium extat in l. & si quis 14. §. impensa 4. ff. de religios. & sumt. funer. in verb. Veleriam commendandum. ubi id quoque ad sumtus funeris refertur, quod in ejus commendationem impenditur. Et approbantur conciones funebres in † Ordinat. Eccles. sub Rubric. Von dem Begräbniß der Todten.
 6. Nach dem die Leiche mit Beleistung der Kirchendienster und des Volks auf den Kirch-

Kirchhoff getragen/ und das Volk si. h in die Kirche versamlet/ soll der Kirchendiener nachfolgender Predigten eine verlesen/ oder da es besonders von ihme begehret/ sonst eine Christliche / gebührliche und dem gegenwärtigen Handel gemesse Predigethun/ etc. Ex quo etiam augmentum † accedit salario Pastorum; Nec enim onere hoc sine præmio gravari eos voluit Serenissimus Saxo, certum definiens honorarium in † Ordinat. Ecclesiast. art general. 26. 9. Es sollen auch jedem Pfarrer auf den Dörfern von einer bestellten Hochzeit und Leichpredigt/drey Groschen/ aber in den Städ.

ten nach gelegenheit der einten Vermögen gegeben werden. Arbitrarium hinc ferè est † honorarium pro concione funebri in oppidis & civitatibus, definitum vero in villis ac pagis: sed cum hoc tempore annona multum fuerit mutata, venaliaque longè majori precio quam olim constent ac aestimantur, † utique & hinc in villis honorarium pro concione funebri crevit ad dimidium usque thalerum, quem solvere oportet eos, qui nimis tenaces existunt erga ministros verbi, qui longè majori præmio essent honorandi.

*ura † Consistorium supremum in causa der Eitigepfarren zu Lauterbach und Wila/ contra M. 10.
Balthasar Fischern Pfarrern daselbst die 29. Oktobr. Anno 1634. (Verba Decreti: Bei
dem andern Klagepunkt sol dieser Unterscheid gehalten werden/dass der Pfarrer von
einer ordentlichen Leichpredigt wenn solche begehret wird/ 12. Groschen zum wenig-
sten/voneiner schlechten lection aber nur 6. Groschen zu sodern haben solle/etc.)*

DEFINIT. CXIV.

Si de panno & linteo funebri inter Pastorem & Custodem disceptatur,
cuinam cedere debeat, consuetudo imprimit locis
attendenda.

S V M M A R I A.

1. Pannus funebris ac pepium cedit Ecclesiasti.
2. nigris n. 2.
3. Cuinam. Pastor i vel Custodi?
4. Consuetudo loci potissimum attendi debet.
5. Consuetudo vim legis habet.

6. Estq; valentior lege.

7. Non minus secundum consuetudinem quam legem scriptam est judicandum.
8. Resscriptum Consistorii supremi.
9. Ejusdem sententia.

beri contendit. Sanè quia in Ordinatione ecclesiastica de eo nihil dispositum repetitur, † inspicienda potissimum est consuetudo cuiusque loci, hac de re & secundum eam controversia decidenda; consuetudo siquidem lex est, Tiber. Deician. Responsi 1. n. 1. 14. Bernhard. Grav. lib. 1. conclus. 16. n. 2. † quantumque valer, quantum lex ipsa. Theod. Reinking de regim. secul. Eccl. lib. 2. class. 2. cap. 9. n. 27. nec quicquam differt à lege scripta, nisi quantum tacitum ab expresso, J. im. Myasing.

- Mynsing. cent. 6. obseruat. 41. Ludolph. Schtd. de feudū part. 10. sect. 9. n. 229. Marc. Anton. Peregr. consil. 102. n. 10. quin & lege omni est valentior ut inquit Duar. ad l. 1. §. est autem pactio. ff. de past. & Chymicā arte nigrum in album vertit. Andr. Knich. de vest. past. lib. 2. cap. 4. n. 160. Qua-
- te non minus secundūm conservudinem, quam t̄ legem scriptam judicandū. Aut. jubemus. C. de judic. cap. cum venisse 3. extr. de eo qui merit in possess. causs. rei servand. Matth. VVesembec. consil. 50. n. 14. Græv. dict. conil. 36. n. 12.

Ita t̄ Consistorium supremum Dresdense. Superintendenti. Ostiensi die 6. Novembr. Anno 1611.
(Verba Rescripti: Belangende die schwarzen und weissen Leichtücher Aassen wir es bey M. Buchners Anordnung und des Synodi de Anno 1581. darauf erfolgen decret allerdingz bewenden: Es were denn durch sonderbare Verträge oder beständige Gewohnheit über rechtes verwehrte Zeit/ein anders hergebrachte/ und üblich gehalten worden; Darauf führt die Parthenen zu bescheiden wissen werden/möchten wir euch in Antwoort nicht bergen/etc.)

Et t̄ ad consultationem M. Michael Niedersteiners Superintendens Freibergensis die 14. Junii 9
Anno 1607. (Verba Sententia: Hat der vorige Kirchner Hans Friderich bey seiner Zeit auf dergleichen Todessäle Adelicher Personen zwey weisse Leichentücher ohne Widerrede empfangen: Sobleyber sein Successor bey solcher Gerechtigkeit billich: Es könnte denn der Pfarrer zu Greiffendorff darthun/ daß dem vorigen die Leichentücher auf guten Willen/ und keiner Pflicht gelassen werden; So würde er damit billich gehörer/ und ergenze hierauff ferner was rechte ist. V. R. W.)

D E F I N I T . C X V .

Ex jure quoquè possessionis controversia super panno & linteo funebri
inter ministros Ecclesiarum est decidenda.

S I V M M A R I A .

1. Consuetudo quia facti probanda est.
2. Et quidem in specie specialissimā, & in individuo.
3. Consuetudo tantum habet de potentia, quantum probatur de usu.
4. Probanda est consuetudo secundūm frequentiam actuum.
5. Absq; ullā interruptione.
6. Nec non secundūm pluralitatem annorum.
7. Litigantes benefac iunt, fundantes se in possessione.
8. In rebus etiam ecclesiasticis attenditur possessio.
9. Posse sor tamdiu manet in possessione, donec de vitio possessionis constet.
10. Melior condicio possidentis.
11. Decretum Consistorii supremi.

Consuetudine ergo quid receptum, attendi, & secundūm eam, cui pannus & peplum funebre cedat, judicari debet. modò t̄ consuetudo probetur, quia facti est, l. 1. C. que sit longa consuet. Bald. in pralud. feudal. n. 4. Malcard. de probat. conclus. 427. n. 3. Cævall. in spec. comm. opin. quæst.

368. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 33. def. 1. n. 4. Quæ probatio admodum difficultis est; non enim sufficit, generatim constare de ea, sed demonstranda est t̄ consuetudo in specie specialissimā & in individuo, super quo disceptatur. Ludolph. Schrader. de feud. part. 10. sect. 20. num. 276
Matth.

- Matth. VVesembec. consil. § 4.n.37. Cravet. gantes se fundare in possessione: ad quam
 3 consil. 69. nu. 4. quia consuetudo † tantum etiam respiciendum in contentione super
 habet de potentia, quantum probatur de panno ac linteo funebri, si de consuetu-
 us, Baldus in l. ult. nu. 9. C. comm. utriusq;
 jud. Octav. Cacheran. decis. 29. n. 16. Nati-
 consil. 502. n. 40. Quin & plenè probari de-
 bet consuetudo, Cravett. consil. 325. num. 1.
 4 † nempe secundum frequentiam actuum 8
 tam judicialium, quam extrajudicialium.
 Jason. ad l. 32. n. 51. & ibidem Bartol. ff. de Ll.
 Jacob Menoch. I. arbit. jud. qu. cas. 83. Myn-
 sing. 6. obser. 41. n. 7. & 8. † eorumq; con-
 formitatem absque ulla interruptione,
 Bartol. in l. solent. §. non verò ff. de off. pro consil.
 n. 4. Zal. lib. I. consil. 5. n. 61. Matth. Berlich.
 decis. 74. n. 2. & seqq. nam & unicus actus cō-
 trarius & disformis ante completam præ-
 scriptionem perfectionem ejus impedit,
 6 Berlich. ibid. † nec non secundum plurita-
 tem annotum, Andr. Hail. lib. 2. obser. 31.
 n. 2. Anton. Fab. in rational. ad l. 12. ff. de Ll.
 Herman. Vult. I. consil. 33. num. 64. & seq.
 Multos hinc in probatione consuetudinis
 7 succumbere videmus, ut satius esset, † liti-

ganterea se fundare in possessione: ad quam
 etiam respiciendum in contentione super
 panno ac linteo funebri, si de consuetu-
 ne, cuinam id cedat, haud constet, nec ple-
 ne ea probari queat. Nam & † in rebus ec-
 clesiasticis possessio vel quasi attenditur,
 ut appareat ex cap. querelam 24. exer. de elect.
 Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 4. in praefac.
 n. 640. & n. 691. Johan. Aloys. Riccius pare.
 2. decis. Neapolit. 238. n. 1. & seq. Spino à Car-
 cer. in specul. testam gloss. 4. princ. n. 15. † Et pos-
 sessio tamdiu manet in acquisitione & lu-
 cro, donec vel de illegitimo ac vitioso ge-
 nere possessionis, vel in peritorio contra-
 rium fuerit probatum, Ernest. Cothman.
 vol. 4. Respons. 33. n. 58. ne scilicet lite pen-
 dente privetur quis suā possessione, cap. 1.
 extr. de caus. poss. & propriet. ac semper præva-
 let possessor, l. 5. ff. si ususfr. petat. † estique 10
 melior conditio possidentis, cap. 6. extr. de
 præscript. Alphons. de Azevedo in Constitut.
 Hispan. Reg. lib. 4. tit. 15. leg. 3. num. 2. Arism.
 Tepat. incompend. decis. tit. 558. cap. 18. vers.
 possessionis causa.

Ita † Consistorium supremum in causā des Pfarrers zum Königstein/ contra den Schulmei-
 ster und Cantor daselbst die 22. Augusti Anno 1632. (Verba Decreti: Dienst der
 Pfarrer in quasi possessione der Leichentücher befinden / daß auch iro und hinführoth-
 me und seinen Successorn: nebens dem schwarzen zwey weisse Leichentücher nach einan-
 der / das dritte weisse Leichentuch aber dem Schulmeister alleine (solange der Cantor
 keine Leiche begleiten kan / sonst aber benden zu gleich) verbleiben / und gefolget wer-
 den sollen/ darnach sich die Partheyen zu richten/etc.)

D E F I N I T . C X V I .

Quando autem de consuetudine & possessione justa non constet, pannus
 funebris ater Pastorū, linteus vero album Ædituo cedit.

S V M M A R I A .

1. Cuinam cedat pannus funebris, si de consuetu-
dine non constet?
2. Quæfio bac in Consistorio supremo decis.
3. Fundamenta & rationes decidendi. n. 9.
4. Pastorū ministerium prævalet operis Æditui.
5. Honorarium debet correspondere laboribus.
6. Dignitas Ministerii magna.
7. Æditui inter ministros Ecclesia referuntur.
num. 8.
10. Non valet consuetudo irrationabilis.
11. Rescriptum Electorale.
12. Decisum Consistorii supremi.

AT quid si neque consuetudine, neque possessione iusta & legitimâ verè constet: quod accidere potest iis in locis, ubi funera & exequiæ Nobilium raro aguntur, vel haftenustantum nemo honorarium ministris Ecclesiæ obtulerit, ubi procul dubio eo major erit de eiusmodi commodo controversia & contentio inter Ecclesiæ ministros? Existimavit † Cōsistorium supremum Electorale, casu hoc pannum funebrem atrum Pastori, peplum verò vel linteum album Custodi tradendum esse: Non sine rationibus. (1.) † Cū enim pannus ater funebris, das schwartz Leichenbuch/ ut plurimum ratione pretii & aestimationis prævaleat populo vel linteo albo, dem weissen Leichenbuch/ utique distributio ita facienda est, ut majus cedat lucrum Pastori, † quippe cuius ministerium in exequiis longè prævaleret operis Custodis, quæ viliori linteo facilè compenantur: Quin & vel saltem intuitu sermonis funebris pannus ater majoris pretii cedit Pastori, ut meritò ædituum pudeat de hoc controversiam ei movere; † correspondere siquidem debet præmium seu honorarium operis & laboribus, arg. l. defertorem 3. §. 12 ff. deremilitar. l. si uno anno 15. §. item cum quidam ff. locat. (2.) † Hancque prærogativam Pastori etiam tribuit dignitas ministeriac munieris: Quamvis e-

nim non inficias eamus, Ædituum æquè inter ministros Ecclesiæ referri, ut diximus supra defn. 75. & probatur † hoc ex Ordin. Ecclesiast. in art. general. 40. §. Mit der Viehhaut. & §. Als auch die Glöckner/etc. differunt tamen ab invicem horum officia, quia Pastoris ministerium in ipsa prædicatione verbi & administratione Sacramentorum consistit, unde vocatur Riti chendiener am Wort Gottes, † operis verò Æditui muneric ac ministerio Pastorum inservitur, ut hinc per consequentiam saltem Ecclesiæ dicatus servire, ac proinde inter minimos referatur Clericos, c. clericos. dist. 21. Ordin. Polit. Elect. Saxon. de Anno 1612. in Consistorial Sachen/n. 2. ex quo sanè in minorietiam lucro acquiescere debet. (3.) † Accedente porro in veterata plurimorum locorum conuentudine, quæ pannum funebrem nigrum Pastori, linteum vero Ædituo defert, iuxta quam alibi etiā in dubio judicandum, vel propterea saltē, quod consuetudo nitatur justa ratione ac equitate, c. consuetudo. dist. 1. cæteroquin non esset consuetudo; † nam si ratione caret, 10 corruptela potius, quam consuetudo dici meretur, c. mala consuetudo. dist. 8. Et ipso jure cassa & irrita habetur, Auth. cassa C. de sacros. Ecclesi. Theodor. Reinking. de regim. secul. Et eccles. lib. 2. class. 2. cap. 9. n. 11.

Ita † Serenissimus Saxonia Elector Superintendenti & Prefecto Torgensi. die 23. April. An. 1628. II
(Verba Rescripti. Wir haben ewern unterhängsten Bericht belangende die bey euch deponirte Holsendorffische Leichenbücher/ verlesen hören; Begehren darauff hiermit gnädigst / Ihr wollet den von Holsendorff dahin beschieden daß er gestalten sachen nach dem Pfarrer zu Belgern an seiner recompens 12. Reichthal. entrichten und bezahlen solle/ und wenn solches geschehen/ alsdenn die bey euch verhandene Leichenbücher/ das schwartz dem Pfarrer / und das weisse dem Schulmeister zu Steriz aussant/ worten etc.)

Et † Consistorium supremum in causa des Pfarrers zu Grossen contra den Schulmeister da- 12 seiksten die 6. April. Anno 1632. (Verba Decisi. Daß wie sonstigen bräuchlich/ hinsichtlich Adelchen Leichbestattungen das schwartz Leichenbuch d. im Pfarrer/ und das weisse dem Schulmeister jedesmal verbleiben soll/ darnach sich die Partheyen machen/etc.)

DEFIN.

DEFINIT. CXVII.

Optio tamen relinquenda est Pastori, num linteum album eligere
velit, si majori id pretio & valore constet.

S V M M A R I A.

1. Quid si linteum album pluris valeat, quam pannus niger?
2. Arbitrio Pastoris relinquendum, an hoc eligere velit.
3. Quibus ex rationibus & fundamentis? n. 4.
4. Fieri nihilominus potest, ut pluris valeat peplum seu linteum album, quam pannus atet anne cum Pastor aequè hoc contentus esse debet, relicto Custodi linteum?
5. Nequaquam sanè, sed Pastoris arbitrio est relinquendum, utrum eligere velit, & si linteum optet, nequaquam id ei denegari debet: (1.) † Diximus enim defin. præced. in distributione panniac linteae funebribus maiorem esse habendam rationem Pastoris ministeriique ab eo præstiti, quam Editui, qui operis suis actibus saltem ministerialibus Pastoris inservit; Quod si ergo hic linteum eligere malit, cur ei non concedenda esset optione? (2.)
6. Ministerium Pastoris dignius operi Editui.
7. Favorabilior conditio pastorū est, quam Editui.
8. Consistorii supremi decretum.

† idque eò magis, si majori pretio linteū fuerit comparatum, & rations valoris ac estimationis panno funebri prävaleat: † Nam cum ministerium pastoris multò dignius habatur operis editui, utique & majori honorario ac lucro compensari debet, quo honorarium labori correspondent, ut diximus defin. præced. (3.) † Ex quo porto favorabilior censemur conditio Pastoris, quam Editui, ut & hinc ipsi optionis relinquenda, arg. l. plerumq. 10. §. ult. ff. de iur. dot. l. sib. reliquias 5. ff. de condit. inst. l. sita distribuitur 25. l. si in emtione 34. §. ult. ff. ult. de contr. emt. l. 6. §. 1. ff. de jur. patronae. Anton. Fab. in Codic. lib. 4 tit. 24. defin. 13. n. 1.

Ita † Consistorium supremum in causā M. Tobie Salbachs Pastoris in Blosvitz contra Joh. 7. Hann. Käysern die 19. Februar. Anno 1608. (Verba Decreti: So soll der Pfarrer vor die albbereit zu sich genommenen, wen Tücher/ dem Schulmeister zwischen dato und nächst kommenden Ostern 6. Thaler bezahlen/ und fünftig an dem schwärzen Et. chenu ihm genügen lassen/ oder do das weisse besser als das schwarze seyn möchten darunter jedesmal die Wahl haben/ etc.)

DEFINIT. CXIX.

Haud prohiberi debet Minister Ecclesiæ à confitente donarium
seu nummum confessionarium den Reichspfennig/ sponte
oblatum accipere.

S V M M A R I A.

1. Calviniani invidenter ministris Ecclesiæ num-
mum confessionarium.
2. Imprimis David Parens: & quo ex fun-
damento.

3. Permissum Ecclesia ministris accipere num-
mum confessionarium.
4. Adducitur autoritas Facultatis Theologica
Lipsiensis.
5. Et Facultatis Theologica VVittebergensis.
6. Fundamenta & rationes huius decisi.
7. Liberalitas fidelium erga Ministerium non im-
probanda.
8. In veteri quoque Testamento Sacerdotes mu-
nera acceperunt.
9. Quod & fecerunt Samuel, ac ipsem Christus.
10. Ministerium non verbis tantum, sed & mu-
neribus honorandum.
11. Decisum hoc in Ordinat. Ecclesiastica fun-
datur.
12. Rescriptum Consistorii supremi.
- quam enim parochianos seu auditores de-
cet, Doctoribus suis & parochis de hone-
sta prospicere sustentatione, juxta illud
Salvatoris: Dignus est operarius mercede
sua, *Luc. 10. vers. 7.* non certe prohiberi
debent ipsis munera offerre, nec ministri
Ecclesia ea acceptare, Apostolo hisce
verbis admonente: qui catechisatur ver-
bo, ei qui se catechisat, communicet in
omnibus bonis, *Gal. 6. vers. 6* † ut propter
ea liberalitas fidelium erga Ministerium
frustra carpatur; potius verò excitanda
ea, quam extingueda foret. (2.) † præ-
sertim cum & olim Sacerdotes in templo
sua acceperint munera, portiones victi-
marum & similia donaria, & in primiti-
vâ Ecclesia fideles attulerint agapas ad
communionem sacræ Cœnæ in usum pau-
perum & Ministerii, Facultas Theolog.
Lipſ. & Witteb. in dict. consil. Balduin. dict.
cas. 5. (3.) † Accedit exemplum Samuelis,
1. Sam. 12. & Christi ipsiusmet, *Luc. 8.* mu-
nera accipientium. (4.) † Quin & Domi-
nus præcepit honorare Ministerium non
verbis tantum, sed & muniberibus, *Deut. 12.*
19. *Galat. 6. vers. 6.* (5.) Hinc verbis expres-
sis horum donariorum acceptancem pro-
bat ac permittit † *Ordin. Ecclesiast. in art. ge-
neral. 26. in fin. pr. verb.* Da ihnen aber le-
mands etwas fröhwillig ungesodert zu ge-
ben geneiget / das soll ihnen zu nehmen un-
verbotten seyn etc.
- Ita † Consistorium supremum Superintendenti Haynenli & Praefecto Müllbergensi die 21. Augusti 11
Anno 1628. (Verba Rescripti: Wir haben ewern eingeschickten Bericht die Irrungen/
so zwischen dem Pfarrer/ Substituten zu Lofsdorff/ und die Eingepfarrten zu Leindorff/
Lofsdorff

Lößdorff und Wengendorff wegen des geforderten Beichtpfennings und allerhand Newerung sich bisher enthalten/betreffende/verlesen hören. Wiewol nun den Pfarrern die Beichtpfenninge von denen/so sie freywillig ungefordert reichen anzunehmen auferbothen/etc.)

DEFINIT. - C X I X.

Exigere autem à confitente vel pro administratione Baptismi donarium, ministro Ecclesiae haut licet.

S V M M A R I A.

2. Calviniani exempla objiciunt ex Sacris.
 2. Nummus confessionarius non est pretium emtionis, sed signum gratitudinis.
 3. Remissio peccatorum prelio haut emitur.
 4. Non licet exigere nummum confessionarium à confitente. n. 6.
 5. Explicatur dictum Osea cap. 4.v.8.
 7. Probatur dictum ex Ordinat. Eccles. Elect. Saxon.
 8. Monitum ad pastores, quomodo se gerere de-
9. Nil faciant turpis lucri gratia.
 10. Res hac optimè declarata à Facult. Theol. Lips.
 11. Quanam rario & causa accipiendi nummum confessionarium? n. 12. 13.
 14. Quo tempore nummus confessionarius offendit?
 15. Rescriptum Confessorii supremi.

Opponunt nihilominus Calviniani exemplum Gehāsi, cui male cessit, quod munera à Naamano Syro (quem Elisaeus à leprā sanaverat) accepérat, 2. Reg. 5. & Simonis Magi, qui dona Spiritus S. prelio emere voluit, Acto. 8. Sed parum efficunt, † cùm in Ecclesiis nostris absolutio à peccatis non pretio ematur, sed post factam absolutionem donarium in gratitudinis signum & recompensationem laboris ministro Ecclesiae offeratur; sicuti etiam pro administratione Baptismi aliquid honorarii loco Pastor exolvitur, non ut pretium venditionis, sed ut munusculum liberalitatis, quæ duo ab invicem multū differunt; † Nemo enim parochianorum Lutherorum adeò rudis est in doctrinā Catecheticā, ut putet se remissionem peccatorum aut dona Spiritus Sancti prelio emere posse, quod Simon Magus audebat, cuius exemplum præterea hoc non quadrat. Quin nec ministro Ecclesiae honorarium † illud exigere licet à quoquam, ut Gehāsi famulus Eli-sai faciebat, cujus attentatum hinc parum nobis officit, sed sponte propriā dunt taxat à confitente vel pro baptismi administratione oblatum acceptare haud prohibetur. † Ideoque nec illud Olae cap. 4. § vers. 8. Peccata populi mei comedunt, quicquam negotii facessit, siquidem Propheta ibidem reprehendit avaritiam Sacerdotum, qui pretium absolutionis à peccatis exigebant à suis auditoribus eo-que deficiente neminem absolvebant, quod nostri non faciunt: neminem † enim ad dandum aliquid adigunt, à paucissimis aliquid accipiunt, & quidem tum demum, quum jam ipsis absolucionem à peccatis annunciarunt, Frider. Balduin. de casib. conf. lib. 4. cap. 10. ss. 5. Eoque facit sanctio expressa in † Ordinat. Eccles. art. general. 26. in pr. ibi: Es soll Niemand von reichung des hochwürdigen Sacramentus der Taufe und des Nachmaahls des H Errn den Kirchendienern etwas zu geben pflich-

8. sicut seyn/ etc. + Abstineant ergo ministri Ecclesiæ à turpi illâ πανεοργίᾳ, non præferant dictiones pauperibus in audiendis confessionibus ob numnum confessionarium, non indignentur iis, qui date vel non possunt, vel non volunt: non invideant Symmictis, si forte plus à confitentibus acceperint, & summatis nihil faciant+ turpis lucri gratiā, sed omnia ex animo, ut monet D. Petrus 1. Epist. §. v. 2.

9. Multa paucis hāc de re comprehenduntur verbis à + Facultate Theologicâ Lips. in consil. super. quest. Ob ein Prediger von seinen Confidenten Beichtgeld nehmen könne/ quæ, ut omnis dissipetur scrupuli nebulæ, hic subjecere libet: Denn was es mit den Beichtpfennigungen in Euherischen Kirchen für eine Gelegenheit habe/ ist männiglichens bewußt: 1. Dass kein Gesetz des Wegegenje mahls publiciret, 2. Die Leute werden darzu nicht genötigt und gezwungen, 3. Vielweniger werden die geistliche Gaben/ wann solcher Pfennig nicht erlegt versäget. 4. + Sondern es ist in eins jedē Beichtkindes gut en freyen Willen/dem Beichtvater etwas zu geben oder zu lassen gestellt.

10. 5. Bezeuget die tägliche Erfahrung/ dass derer vielmehr sind/die nichis/ als die etwas geben. 6. Welche auch etwas geben/ thun es nach erlangter Absolution, und mit nich.

Ita + Consistorium supremum in eādem causā. (Verba Rescripti: Wollet uner dessen dem Substituten bei Verlust seines Diensts befehlen/dass er vor die Beicht und Tauff von den Leuten inhalts desfz 26. general articulus nichts fordern/ auch sonst alle Reue rung sich gänzlichen enthalten soll/etc.)

D E F I N I T. C X X

Æditui æqué ac Pastores in villis & pagis ad cœnam post baptismum paratam invitari debent.

S V M M A R I A.

1. Ministri Ecclesia ad convivia solennia invitandi.
2. Praesertim ad ea, qua post baptismum parantur.

3. Idq.

3. Idg. consuetudine sic receptum.
4. Quibus ex rationibus & fundamentis?
5. Ministri Ecclesia sunt legati & dispensatores Mysteriorum.
6. Probatur decisum ex jure divino, n. 9.

7. Bovi triturationis non est obturandum.
8. Custodes quoque ad convivia sunt invitandi.
10. Rescriptum Consistorii supremi.

MODICA quia sunt in pagis & villis malaria & lucella ministrorum Ecclesiae, non invidendum ipsis, si ad convivia solennia invitentur & compareant, quod victricem laitorum & epulis quandoque fruantur ac recreentur, quos alias viliori contentos esse oportet. Consuetudine hinc plerisque in pagis obtinuit, ut convivis post baptismum paratis intersint Ecclesia ministri, Pastores pariter & Aeditui seu Custodes werden zur Biersuppen etiam geladen, prout vulgo loqui solent homines rusticani, & quod convivium inter alia pars salarii habetur. Nec quisquam rationibus hanc consuetudinem destitui existimet. Requirit enim hanc invitationem (1.) & debitum honestatis propter obligationem remunerationis. Cum enim parochiani a ministris Ecclesiae spiritualia capiant bona, aequum omnino est, ut iis retribuantur carnalia lege gratitudinis. 1. Corinth. 9. vers. 11. Matth. de Afflict. in prefat. ad decis. Neapolit. num. 2. (1.) & Argumentum testanda tam observantiae erga Ministerium, quam reverentiae erga ministros, qui sunt legati

Dei & dispensatores Mysteriorum ejus, 1. Corinth. 4. Quod si ergo legatis procurum hic tribuitur honor, ut in ipsorum gratiam convivia apparentur, cur non etiam ad jam parata Legati Jesu Christi invitarentur? Theodor. Reinking dergim. secul. & ecclie. lib. 3. class 1. cap. 8. num. 3. (3.) & Quod & facit dictum Salvatoris, Lus. 10. v. 7. Manete in eâ ipsâ domo, edentes & bibentes quæ ab ipsis apposita fuerint, dignus enim est operarius mercedis sua. Nec non præceptum divinum: Bovi triturationis non est obturandum, Deut. 25. v. 4. 1. Corinth. 10. v. 9. 1. Tim. 5. v. 18. (4.) Nec de solis Pastoribus id dictum est, sed & Custodes & ac Clericos minimi ordinis hæc lege comprehensos, inde apparet, quia olim etiam Levites, qui sacerdotibus inserviebant, primitiis & Sacrafficiis fruebantur, Num. 8. v. 8. & 31 Lev. 7. v. 32. Quod & probant verba & Deut. 8. v. 1. ne est. Sacerdotibus, totique tribui Leviticæ pars & possessio cum reliquo Israele, ex igne absumentis Jehovæ, & de possessione ejus comedundo; quod eriam Ap. stolus repetit, 1. Cor. 9. v. 13.

Ita & Consistorium supremum Superintendenti Coldicensi & Prefecto Leisnicensi die 2. Septembr. 10
Anno 1618. (Verba Rescripti: Wir haben ewern Bericht in Sachen Friederich
Grucken Custodem zu Lassau an einem / und die Eingepfarrten daselbst anders
Theils bestende verlesen hören; Siegehren demnach hiermit/ Ihr werdet gedach-
ten Custodem bey dem ersten Punct wegen der Trift seiner Ziegen auf der ge-
metten Wude von seinem suchen abwesen / der Biersuppen oder Tausfessens halb
aber lassen wir es bey ewir Anordnung / und daß er solches mit geniesse / ver-
bleiben solle.)

DEFINIT. CXXI.

Sinon invitetur Ædituus ad cœnam post baptismum apparatam, hono-
tarium pro eâ ipsi exolvi debet: & qualenam.

S V M M A R I A.

1. Rursum non semper curæ sibi habent ministros Ecclesiæ.
2. Æditui quandoq; de injuriâ sibi illatâ conque-
runtur, hanc initiatu ad convivia.
3. Quibus succurrendum: & quomodo?
4. Pro convivio solvitur quandoq; Ædituus hono-
rarium nummarium.
5. Hujus electio est penes hospitem, non penes Cu-
stodem.
6. In alternativis electio est debitoris.
7. Favorabiliores hujus sunt partes, quam credito-
ris.
8. Intermisso convvio, exigi hanc haute potest hono-
rarium.
9. Surrogatum ejusdem conditionis cum eo, in
cujus locum surrogatur.
10. Rescriptum Consistorii supremi.

Sunt nihilominus quandoque homi-
nes publicæ sortis adeò tenaces, incivi-
les & impii, ut non curæ sibi esse mini-
stros Ecclesiæ sinant, nec ullam reorum ra-
tionem habeant, quin potius ipsorum
consortium fugiant, honorem invitatio-
nis ad convivia sua post baptismum eis
detrectantes, quod quidem Pastores haud
ægrè ferunt, si præsertim sobrietati prout
debent, dediri sunt: † at Ædituos de hoc
conqueri non tardò experimur; nec im-
merito, cum bonâ salarii sui parte & re-
creatione defraudentur. Quare iis subve-
niendum erit, non quidem † ut hospe
invitus ad convivium eos excipere cogat-
tur, ex quo parum jucundæ conversatio-
nis & amicitiae sperandum esset, nec sine
insigni scandalo id fieret, quippe quod &
Æditui se formam honestatis ac sobrieta-
tis exhibere debeant; sed † ut in recom-
pensationem hujus accidentalis numma-
rii iis exsolvatur honorarium, pro ar-
bitrio boni viti, & ratiene facultatum
hospitis, ita ut grossus, quandoque etiam
dimidia saltem hujus pars sufficiens sit.
¶ At hoc ita intellectum velim, † ne optioni
relinquatur Æditui, num interesse con-
vivio, vel pecuniam acceptare malit; sed

hospitis potius electioni committendum,
quidnam Ædituo præstare velit, quia
nempe in alternativis † electio est debi-
toris, l. plerumq; 10. §. ult. ff. de jur. dot. l. si
heredi plures q. ff. de condit. instit. l. si ita distra-
bitur 2 q. l. si in emitione 3 4. §. ult. ff. de contr. emt.
l. non utiq; 2. §. qui Stichum ff. de eo quod certo
loco l. 6. §. 1. ff. de jur. patron. l. 7. §. 51. ff. de
donat. int. vir. & uxor. Anton Fab. in Codic.
lib. 4. tit. 24. defin. 13. n. 1. Et semper fa-
vorabiliores † sunt partes ejus, qui solli-
citus est de damno vitando, quam qui de
lucro captando laborat, l. Proculus ff. de
damn. infecto. l. si in cui. §. ult. ff. defure. l. juris.
ignorantia l. Regula. in pr. ff. de jur. & facti
ignor. l. ult. C. de codicill. Notandum porrò
& hoc, quod † exolutio donarii hujus
nummarii tum demum habeat locum, si
post dispensationem baptismi conviviu
paretur: Cæteroquin si propter inopiam,
aliâ ve ex causâ id intermittatur, non licet
Ædituo quicquam exigere; † nec enim
surrogatum in consideratione est, quan-
do cessat id, in cuius locum quid est surro-
gatum, arg. cap. Ecclesia 3. ubi gloss. extr. ut lite
pendente. Jason in l. sieum 10. §. qui in injuriarum
2. n. 2. ff. si quis caution. Alexand. lib. 4. consil.
§. n. 12.

- 10 Ita + Consistorium supremum in eādem causā. (*Verba Rescripti*: Der Biersuppen haben aber lassen wir es bey ewer Anordnung / und daß das für (wofern das Taufessen von des Kindes Vatern ausgerichtet wird) die bisher gegebene 2. pfen. miteingerechnet / jeder einen groschen / vnd ein Hausgenöß 6. pfen. dem Custodi reichen sollen / bewenden. Sie wolten dann an stat dessen ihn des Taufessens mit geniesen lassen; Und ihr werdet beyde Theil hierauf zu bescheiden wissen / e c.)

DEFINIT. CXXII.

Præstanta sunt Ecclesiæ ministris stipendia & accidentalia, etiam si aliunde habeant, unde vivant.

S V M M A R I A.

1. Accidentalia & donaria omnibus Ecclesiæ ministris communia.
2. Num etiam iis, qui aliunde habent, unde vivant?
3. Non omnes hoc concedunt.
4. Veratamen est decisio affirmativa.
5. Quibus ex causis & fundamentis? n. 7. 1. 1.
6. Exempla adducuntur ex sacris.
7. Clara est hāc de re Ordinatio Ecclesiastica E. lectoralis Saxonica.
8. Pietas liberalitatem erga Ministerium hoc requirit.
9. Preceptum accedit dirinum.
10. Rescripta Consistorii supremi. n. 13.
11. deci, qui licet regias habebat facultates, + nihilominus ab Abraham decimas accepit, Genes. 19. vers. 20. nec non Salvatoris nostri, qui sibi suisque Apostolis de vita & necessariis ad vitæ sustentationem immediate per miraculum prospicere potuisset, placuit tamen ipsi + vivere ex iis, quæ à piis ei subministrabantur, Luc. 8 v. 3. suo ut doceret exemplo, etiam illis Ecclesiæ Doctoribus esse dandum, quide proprio habent, unde vivant, Joan. Gerhard. in loco de minist. ecclesiast. pag. 514. Atque hoc ipsum verbis expressis approbavit Serenissimus Saxo + in Ordinat. Ecclesiast. art. general. 24. vers. Und soll keiner gemeine Entschuldigung angenommen werden / da sie fürgeben / als sei der Pfarrer sonst reich genug / dergestalt sie allezeit sich ausreden / und dem Pfarrer seinen gebührenden Sold vorhalten möchten / etc. Cui porrò addimus, quod si maximè unus vel alter Ecclesiæ minister stipendio carere posset, + ipsa tamen pietas auditorum hanc gratæ mentis significationem & observantiam erga

Ministerium requirat, Frider. Balduin. de casib. conscient. lib. 4. cap. 10. cas. 5. non etenim
frustra † præcepit olim Dominus, ne quis
coram Sacerdote vacuus compareret, nec
Levitam defereret, Deut. 12. v. 19. & Salo-
mon ait: Honora Dominum de substantiâ
tuâ & de primitiis omnium frugum tuatū,

& implebuntur horrea tua saturitate & vi-
no torcularia tua redûcunt Prov. 3. v. 9.
Ne dicamus, quod † ministri Ecclesie, qui 12
præmia stipendiorum accipere recusant,
facile in suspicionem adduci queant, quod
peculiaris cuiusdam sanctimoniam glorio-
lam aucepuntur, Joh. Gerh. dicit loc.

**M. † Confistorium supremum Superintendenti Haynensi & V. Vilbelmo à Röckering in Waldai die 12
30. Martii Anno 1625.** (Verba Rescripti: Wollet deminach von der Kirchen Vorste-
hern und andern Eingepfarrten nothdürftige Erfündigung einziehen/ und darauß
des Abtrags halben sienach billichen dingen gütlich vergleichen/ auch sonst gebühr-
liche Weisung thun / und daran seyn/ damit den Pfarrern und Schuldienern ohne
Unterscheid/ ob sie arm oder reich seyn/ und sich ohne des wolernehen können/ nichts
môge einzogen werden/ Uns auch / wie ihr solches alles verrichtet/ zu fernerer An-
ordnung zu erkennen geben/ etc.)

M. † Prefecto in Stolpen die 6. Novembr. Anno 1612. (Verba Rescripti: Begehren an statt des 13
Churfürsten zu Sachsen und Burggräfens zu Magdeburg etc. unsers gnädigsten
Herrns hiermit/ Ihr wollet ihnen auferlegen / daß sie dem Pfarrer und Schulmei-
ster ohne Unterscheid ihres Vermögens / inhalts der generalien, ihre Gebühr vor die
Seelsorge entrichten / auch in Verweigerung das schuldige Thildurch gebürliche
Mittel darzu anhalten / etc.)

DEFINIT. CXXIII.

Immunes sunt ministri Ecclesie à præstatione Meta- torum, der Einquartrung

S. V M M A R I A.

- | | |
|--|---|
| 1. Ministri Ecclesie singularibus gaudent præ-
rogativis & privilegiis. | 8. Præstatio Metatorum refertur inter onera
realia. |
| 2. Non minimum est onus præstatio Metatorum. | 9. Hodie pro mixto habetur onere. |
| 3. A quo ministri Ecclesie sunt exempti. | 10. Domus parochiana est privilegiata. |
| 4. Quibus ex causis & fundamentis n. s. | 11. In adib[us] privatis ministri Ecclesie hanc sunt
privilegiati. |
| 6. Ministri Ecclesie subeunt spiritualia. | 12. Rescriptum Confistorii supremi. |
| 7. Adducitur Ordinatio Ecclesiastica Elector. Sa-
xonica. | |

Non minimum etiam habetur præ-
mium & stipendum ministrorum
Ecclesie, quod singularibus gaudeant
prærogativis, privilegiis & immunitati-
bus ab oneribus, quibus Laici gravantur,
ut videre est in Ordinac. Eccles. tit. v. 10.
Immunitibus in Freyheiten der Kirchendie-
ver. fol. 95. & seqq. Inter ejusmodi onera

refertur quoque † præstatio metatorum, 2
hoc est, hospitorum, quæ supervenienti-
bus militibus præbentur, vulgo di Elm-
quartrung / Dionys. Gothofr. in Rubr. C.
de metatis & Epidemicis lib. 12. Quod onus
hisce temporibus est †. omnium maxi-
mum ac difficultimum, & eives ac inco-
las supra modum gravat, à quo ministri
Eccle- 3

Ecclesiæ Pastores & Aeditui sunt immunes. (1.) † ne dignitas Sacerdotii & Ministerii ecclesiastici confundatur, ut dicitur in l. nec honore. C. de Episcop. & Cleric. l. ult. C. de excusat. mun. lib. 10. (2.) † Ne à militibus impediti eorumque consortio gravati avocentur à fundatione suâ. l. generaliter. C. de Episcop. & Cler. l. presbyteros 2. C. eod. tit. (3.) Et sufficit; † quod ministri Ecclesiæ subeant spiritua ia, Paul. de Castr. cons. 300. (4.) Quò & facit expressa lanatio Eelectoralis in † Ordinat. Ecclesiast. dict. tit. von immunitatibus u. d. Freyheiten der Kirchen- diener. §. Darneben aber unsere Kirchen- diener in Städten und Dörfern aller per- sönlichen Burden / mit wachen / gerichts- folge und sonstigen für ih. e Person verschone- ble ben etc. Et si en. in me non lateat, præ- stationem metatorum propriæ referunt in- ter onera realia seu patrimonialia, l. & qui originem z. §. munus hospitis 14. ff. de muner. &

honor. attamen hodiernis moribut mixtū habetur, † unde eo incolas quoscunque, etiam si proprias ædes non habeant sed ju- re conductionis inhabitent domum alienam, gravari videmus. Quin & cùm do- mus parochiana in usus Pastoris ædificata † privilegiata sit, & ejusmodi oneribus 10 exempta, tám ratione personæ quām habi- tationis, & sive personale, sive reale sit o- nus præstatio metatorum, immunes ab ea rectissimè dixerim Ecclesiæ ministros. Quod tamen limitatum velim in ædibus 11 ipsorum propriis atque privatis, quas si possideant, immunitas harum resp. & tu- cessabit, nec ab iis onus illud avertere pos- sunt: quod luculenter innunt verba dict. §. Darneben aber. in Ordin. Eccles. ibi: für ihre Person. & postea: Und ihre Erbgüter schall- dige Fohn und persönliche Pflicht durch andere umbs Lohn bestellen mögen.

Ita † Consistorium supremum Prefecto Coldicensi die 27. Februar. Anno 1635. (Verba Rescripti: 12
Was massen an höchstgedachten unsern gnädigsten Herrn der Schulmeister zu Ab-
las Andreas Werner wider die Einwohner daselbst/ daß er einen Holsteinischen Cor-
poral ins Quartier einnehmen und unterhalten müssen/ sich beschweret / und deswe-
gen unterhängst gebettet/ das habt ihr hierben zu befinden. Wann dann sein suchen
der Billigkeit gemäß: Als ist hierauf an statt Ihrer Churfürstl. Durchl. unser Be-
gehren/ do sich s supplicantis suchen nach verhelt/ Ihr wollet ihm zu seinen erlittenen
Schaden wider die Einwohner auf vorhergehende liquidation und moderation gebühr-
lichen verhelfen / und hinsäfro sowol ihn als den Pfarrer mit der Einquartierung
verschonen lassen/ etc.)

DEFINIT. CXXIV.

Haud gravandi sunt ministri Ecclesiæ pastione pecorum; pastoritamen
communi ad pascendum conducto mercedem pro rata
exolvere tenentur.

S V M M A R I A.

1. Rustici quandoq; immunitates invident Ec-
clesia ministru.
2. Gravandi non sunt onere passionis pecorum
ministri Ecclesia.
3. Quibus ex causis & fundamentis
4. Ratio huius immunitatis quanam?
5. Expressa est ea in Ordinat. Ecclesiast. Elec.
Saxon.
6. Onus passionis pecorum est personale.
7. Pecora pastoris à rusticis pascenda.

8. Communi pastori Ecclesia etiam ministri ratam suam exolvere tenentur.

1. EO quandoque impietatis progrediuntur rustici, ut omnem ministris Ecclesiae prærogativam & immunitatem invideant, operasque rusticæ ab iis exigant, quos propere pudere debet. Subveniendum itaque Clericis, nec concedendum, ut graventur onere pastionis; † si ipsi non incolæ justâ serie pecora pascant. (1.) Propter claram sanctionem Electoralem in † Ordinat. Eccles. art. general. 40. §. Mit der Viehhut sollen so viel möglich/ also gehalten werden/dass wo die Bauern des Vieches umb die Zechhütten/beydes die Dorffsäffer und Custodes derselben Zechhut gefrehet und entnommen seyn sollen. Et vers. seq. Dero wegen sollen sie mit der Zechhut nicht be schweret werden/ auch den Bauern nichts dafür zu giesen oder zu geben schuldig seyn/ und gleichwohl Macht haben/ ihr Viehe unter der Gemeinde Viech zu treiben/ e.c. (2.)
4. † Cujus sanctionis ratio hæc est, quod ministri Ecclesiae spiritualibus sunt intenti, nec in excubiis pecorum, sed animalium stare debeant, illicque operis abstinentia, quibus in officiis administratione impediuntur, l. generaliter C. de Episc. & Cler. quæ ratio etiam † exprimitur in dict. §. Mit der Viehhut. Ordinat. Eccles. vers. Denn weil solche Personen zum Kirchendienst bescheiden/ und verordnet sind/ um warten müssen/welche Suinde sie Kinder taußen/ oder zu den Kranken in Todesnothien ersodert werden/

Ita † Consistorium supremum Superattendanti & Prefecto Haynensi die 22. Martii Anno 1626° 10
(Verba Rescripti: Wosfern nun die Gemeinde zu Striesen nach Anzahl des Vieches von ih. em Pfarrer bis hero ein mährers genommen/ als sie selbst vor ihr Viehe dem gemeinen Hirten entrückten: So hetten sie hiedurch dem 40 general articul zu wider gehandelt; Dero wegen begehren wir hiermit/ Ihr wollet nach Befindung es noch malz dahin richten/ dass der Pfarrer/ wann die Gemeinde selbsten hütet/ mit der Hut verschonet/ oder do si einen gemeinen Hirten dingen/ihme/ was von den Leuten bis hero zu viel genommen/ wieder erstattet/ und hernach zwischen beyden heilen nach Anzahl des Vieches Gleicheheit gemacht werden etc.)

9. Cessante nimirum ratione immunitatis.

10. Consistorii supremi Rescriptum.

können sien nicht zugleich auf solch ihr Ampt warten/ und auch des Viehes hüten. (3.) † Nec quisquam dubitet, onus hoc esse personale, qualia quæ sunt, ministris Ecclesiae imponi haut debent, ne dignitas ecclesiastica vilescat, Henn. Arnil. de subject. & exempt. Clericor. cap. 4. n. 10. Cæteruna eti ipsi plmet Ecclesiae ministri ab onere pastionis sunt immunes, † eorum nihilominus pecora rusticæ ac incolæ bonâ fide pascere ac custodire, quin & negligentiâ suâ datum datu resarcire tenentur dict. art. general. 40. §. Mit der Viehhut. vers. Welche verpflichtet seyn sollen vor den Schaden gut zu seyn/etc. Sed hoc ita, si incolæ ipsi met pecora pascant. † Quod si vero pastorem communem ad actionem pascendi conduxerint, ministri Ecclesiae ratam suam non minus ac rusticæ ad evolutionem mercidis praestare obstricti sunt, dict. art. gener. 40. §. Da man aber vom Vieh einem bestellten Hirten lohnet/ sollen Pfarrer und Küster gleiche Bürden mit den Nachbarn tragen/ und für ihr Viehe auch reichen und geben/ nach gewonheit des Orts gleich andern/ ohne gefehrde. Cessante † nimirum ratione immunitatis, ne scilicet avocentur à functione sua, eo casu, quo pastor conductius operas impedit, ut hinc etiam immunitas ipsa haud immerito cesseret, arg. cap. cum cessante 60. extr. de appellat. 9

T I T. I X.

De
Decimis.

D E F I N I T. CXXV.

Etiānum hodie ministris Ecclesiae debentur Decimæ; at non semper in decimâ parte, sed quantitate, pro cuiusque loci consuetudine receptâ.

S V M M A R I A.

1. *Vsus decimarum in jure divino fundatus.*
2. *Nec non iure Canonico probatus.*
3. *Et ratione naturali inductus.*
4. *Passim apud gentes frequentatus.*
5. *Apud Romanos quoq; receptus.*
6. *Num hodie ministris Ecclesia decima sint solvenda?*
7. *Affirmant hoc simpliciter Pontificii.*
8. *Adducentes textus juris divini.*
9. *Negant verò hoc Anabaptistæ & Antitrinitarii.*
10. *Quæ sententia nostrorum Theologorum hâc de questione.*
11. *Solvi omnino debent decima ministris Ecclesiae.*
12. *Non tamen præcisè pars decima.*
13. *Institutione decimarum quatenus est juris divini.*
14. *Quâ in portione solvenda sint decima?*
15. *Decima dicitur, quæ est octava, trigesima aut quadragesima pars.*
16. *Rescriptum Consistorii supremi.*

- A**ntiquissimus certè est usus Decimarum ministris Ecclesiae solvendarum: non modò in sacris literis, Genes. 14. v. 20. & 25. v. 22. Exod. 22. v. 29. Levit. ult. v. 30. 32. Num. 18. v. 21. 24. Deuter. 14. v. 22. 23. 28. Malach. 3. v. 10. Matth. 23. v. 23. Luc. 18. 2. v. 12. Hebr. 7. v. 4. 5. + sed & in jure Canonico, c. revertimini. c. decima 16. quest. 1. c. Decimas 16. quest. 7. cap. 1. cap. parochianos. 14. cap. tua 25. cap. tua nobis 26. extr. de decimis. Petr. Rebuff. in tract. de Decimis, quest. 1. num. 9. & seqq. Tyndar. de decim. n. 10. quin + & ratione naturali fundatus, quia restatio præcipit, ut eum alamus, qui nobis inservit, & ut demus ministro Ecclesiae, qui nos spiritualia docet, unde vivere queat, Johan. Azor. lib. 7. instit. moral. cap. 23. pag. 600. vers. quartæ quaritur &c. pag. 601. vers. in his igitur duabus questionibus &c.

quare non solum apud populum Dei, verum + etiam alias gentes passim frequentatus, Dionys. Gothofr. in l. 2. §. ult. ff. de pollicit. Plin. lib. 12. cap. 14. Alexander. ab Alexandr. lib. 3. Genial. dier. cap. 32. fol. 165. vers. nonnunquam &c. Petr. Greg. Tholos. Syntagm. jur. univers. lib. 2. cap. 20. & 22. + Tradit quoque Herodotus, Cræsum Cyro consilium dedisse, ut ex omnibus hircis decimus quisq; Jovi redderetur, lib. 1. & 9. Et Lucullum Romani moris ac juris peritisimum, quod decimam vovisset, votumque persolvisset, maximis opibus auctum veteres existimasse, narrat Plutarchus in Lucullo. At num + hodie ministris Ecclesiae jure debeantur, & necessariò ac præcisè sint exolvendæ decimæ? non unanimis omnium est opinio; Equidem Bellarminus + hoc simpliciter affirmat lib. 1. de Cleric. cap. 35. cui assentitur

V Vilhelmus Zepper. lib. 4. cap. 10. expla-
nat. Ll. Mosaicar. nec non communiter ju-
ris Canonici Doctores, Innoc. in cap. ult.
extr. de paroch. Hostieni in summar. iii. de
decimis § 7. Alexand. vol. 4. consil. 60. An-
charan. in cap. 1. extr. de decimis in 6to. alii-
que plurimi allegati ab Azor. dict. cap. 23.
vers. quartò quaritur &c. quibus pro maxi-
mâ est † sanctio juris divini, in supra alle-
gatis textibus, quæ etiam reperitur in
Novo Testamento, Matth. 22.v.11. Red-
dite quæ sunt Cæsar, Cæsari, & quæ sunt
Dei, Deo, cap. 10. vers. 10. Dignus est ope-
rarius mercede suâ, 1. Corinth 9.v.7. & 14.
Dominus ordinavit, ut qui Evangelium
annunciant, de Evangelio vivant. † E-
contra verò Decimas esse dona indebita,
gratuita, purasque Eleemosynas, asseruit
olim VViclefus, hodie Anabaptistæ &
Antitrinitariorum, Didac. Covarr. lib. 1. var.
resolut. cap. 17. n. 2. Nostrates verò & or-
thodoxi † Theologi neutrum propo-
gnant, sed conferendas esse decimas ad
sustentationem ministeriorum, quibus de-
berunt merces, modum verò & quantita-
tem ex pietate, charitate, & commodita-
tē metiendam statuunt, Paul. Tarnov. in
decis. questioni: *An decima ex iustitia debeantur
Sacerdotibus &c.* apud Georg. Dedekann.
vol. 1. consil. eccles. part. 2. fol. 843. n. 9. iura e-
nim sacra si exactius perpendamus, fateri
necessum habemus, † solvendam omni-
nō etiamnum hodie esse decimam, vel
aliquid, quo ipsa decima compenletur, h.
e. partem aliquam nostrorum frumentum

PEstis itaque tempore defuncto Parochi loci, viciniis pastribus injungendum hanc est, ut in pagum peste infectum sese conferre, ægrotos visitare, concionari ibidem, & cœnam administrare, aliaque sacra peragere cogantur: Definit. præced. An ergo nulla parochianorum peste infectorum & salutis animarum ratio habenda? † Nimis inhumanum & crudele esset hoc asserere, miserosque homines in extremis angustiis constitutos derelinqui quasi oves disperdas absque pastore. Quare providendum, fut intetea, antequam novus præficiatur Parochus, per Auditum vel Gatecheten aliquem, qui habitat facit infectos, diebus dominicis ex Sacra Scriptura, Psalmis, aut Lutheri vel alterius Theologi postillæ ecclesiasticæ plebi aliquid prælegatur, ne omni destituantur exercitio verbi divini, Sigismund. Finkelhus. de jur. patron. cap. 6. num. 125. Quin & admoneri debent parochiani, ut maturè se præparent ad mortem, & sacram Cenam in aliâ accipiant parochiâ, dum adhuc sani sunt, ne postea tempore morbi negligentiam suam deplorare ne-

cesser habeant, Frider. Balduin, de casib. conscient. lib. 4. cap. 9. cas. 6. circa princip. Quod si verò periculoso morbo præoccupentur, non desperent, sed necessitatis calum agnoscant, & ubi etiam absque usu Sacramenti beatè moriuntur: estque tunc fidès eis instar mandationis, juxta vulgatum illud Augustini: Crede & mandulis, Balduin. dist. cas. 6. circ. fin. Omnia maximè verò & huic rei maturâ novi Pastoris surrogatione providere debet Patronus; in quâ si reperiatur negligens, nihil obstat, & quod minus à supremo Magistratu præveniri, & ob causam publicæ salutis ex officio novus Pastor, salvo tamen iure patronatus, à Principe & Episcopo Ecclesiæ præfici queat, & Ordin. Eccles. sub. Rubr. von Beruff und Annéhmung der Kirchendiencer. 5. Wenn aber einiger wäre / etc. vers. Sollen unsere Consistorialen. & vers. damit solche Kirchendiepste nicht vacieren, sondern die Pfarrkinder mit der Predigt Götterliches Wortes und rechtem Gebräuch der heiligen Sacramenten versehen um keinenweges versäumet werden/etc.)

Ita & Serenissimus Saxonia Elector Nobilis à Zaschrytz in Priesteblich die 2. Novembr. Anno 1631. (Verba Rescripti: Wann dann in solchem Fall die benachbarren Pastores an den infirien Dörren die Seelsorge zu bestellen nicht schuldig noch damit zu beschweren;

ren; Als begehrēn wir hiermit gnädigst/du wollest zu obgedachter vorlediger Pfarr zum längsten von dato binnen 4. Wochen unserm Consistorio zu Leipzig eine qualifirte Person präsentiren, oder in vorbleibung dessen gewärtig seyn/wie selbige Stelle von uns ex officio unbeschadet deines juris patronatus, ersehen werde/etc.)

10 Et † Consistorium supremum Dresdene Superintendenti Pirnensi die 1. Septembr. Anno 1626.

(Verba Rescripti: Wir haben ewern eingeschickten Bericht wegen tödlichen Abgang des Pfarrers zu Eawenstein M. Nicolai Leichmans auch des Collatorum Begehren/wegen Bestellung des Gottesdiensts durch die vicinos pastores, verlesen hören. Wann wir denn bey jenigen Sterbensläufen seinem suchen statt zu geben Bedencken tragen: Als befehlen an statt höchstgedachteis unsers gnädigsten Herrns wir hiermit / Ihr wöllet ihn bescheiden / daß er seine vacante Pfarrer ehess bestellen soll / damit der neue vocire und confirmate Pfarrer sein Amt selbst gebührllich verrichten möge/etc.)

DEFINIT. CLXVII.

Potest etiam vacante in pagis & locis peste infectis ministerio, cura animarum Substituto vel ministro extraordinario ad tempus comantri.

S V M M A R I A.

1. Surrogatio novi pastoris quandoq; in aliud differtur tempus.
2. Quo casu cura animarum interim Substituto committenda.
3. In casu necessitatis admittitur Substitutus.
4. Merito ergo & pestis tempore, ministerio vacante.
5. Providendum, ne parochiani salute animarum periclitentur.
6. Rescriptum Consistorii supremi, n. 7.

Sicut nihilominus quandoque justâ causâ novi Pastoris surrogatio intra aliud differri tempus si presertim ædes parochianæ peste sint infectæ, nec alia habitatio commoda haberi queat: ubi id restat remedium, ut uta animarum interea committatur Substituto vel ad tempus saltem, donec usq; novus praeficiatur Parochus, extraordinarius minister ad sacra peragenda adiuvetur. Etenim † cùm in casu necessitatis, si forsitan parochus sit decrepita ætatis, continuo vè morbo labore, ita ut ad munus ecclesiasticum administrandum reperiatur minus idoneus. Substitucus eligitur, qui ipsum aliquantibus partibus siblevet. Ordin. Polit. Elect. Saxon. de anno 1512. Rubr. v. 3

Consistorialsachen. num. 3. Johan. Gerh. in loco de ministr. eccl. saec. 7. §. 117. pag. 197. Frane. Duar. de benefic. lib. 8. cap. 2. Christ. Weber. de jur. patronat post. 120. quidni etiam † hoc in casu, quo summa occurrit necessitas, & parochus mortem obiit, adiutaretur Substitutus vel minister extraordinarius, qui interea ægrotos visitet, concionetur, Cœnam administret, alia que sacra peragat? Nimirum omnibus modis providendum, ne † parochiani salute animarum periclitentur, & derelinquantur, quasi oves absque pastore, Johan. Azor. inst. moral. lib. 3. cap. 40. & seqq. part. 2. Theodor. Reinking de regn. secul. & eccl. saec. lib. 3. class. 1. cap. 7. n. 1.

- 6 Ita † Consistoriorum supremum Superintendenti Coldicensi die 3. Septembr. Anno 1633. (Verba Rescripti: Als ist hierauf an statt Seiner Churs. Durchl. unser Begehrten/ Ihr wollet nebens dem Collatore zu Colmen bey den Eingepfarrten die Verordnung thun, mit dem ewen Pfarrer dasebst zu handeln / damit bey wehrenden halben Gnaden Jahr gegen bilichen recompens der Gottesdienst vor ihm verrichtet oder hierzwischen derselbe mit ewern Vorwissen von einem extraordinari Seelsorger bestellt werden möge/etc.)
- 7 Et † Superattendanti Freibergensi die 30, Octobr. Anno 1626 (Verba Rescripti: Wolltet dagegen dem Collatorn der Pfarre Voigtsdorff auferlegen/das sie bey währender Gefahr gegen gebührlichen recompens, und mit ewern Vorwissen die Seelsorge allda mit einem ordinirten Exule bestellt seien sollen/etc.)

DEFINIT. CLXIX.

Defuncto Superintendente, usquè dum novus constituatur, functio ejus
à Principe iura episcopalia habente certo defertur Substituto.

S V M M A R I A.

1. Vices defuncti Superintendenti vicinis Pasto-
ribus hanc deferuntur.
 2. Sed certa in locum eius substitutetur persona,
durante vacantiā.
 3. Quibus ex causis & fundamentis?
 4. Inspectio super alios Pastores Superintendenti
- I** Non ut vacante parochiâ ministri Ecclesiæ vices vicini sustinent Pastores, ita & munus defuncti Superintendenti hisce indifferenter est committendum; sed defertur id ab Episcopo vel Principe iura episcopalia habente † certe Substi-
tuto sive ex vicinis Pastoribus, sive aliunde eligatur & assumatur, pro arbitrio & discretione Principis: tantò cautiùs enim (2.) hac in re † procedendum, quanto magis Ecclesiæ interest, curam & inspectionem eius in totâ diœcesi eiusmodi personæ committi, quæ sit idonea ad hoc & qualificata; † inspectio siquidem super alios Pastores totumque populum Su-
perintendenti vel vices eius gerenti in-
cumbit, can. cleros 1. § episcopatus. dist. 21. c.
visitandi 18. quest. 2. cap. conquerente. 16 extr.
de offici. iudic. ordin. (2.) † Et cum Superin-
tendens sit loco Episcopi in Ecclesiâ, tan-
5. Superintendens est loco Episcopi in Ecclesiâ.
 6. Cuius Substitutus à solo Principe eligendus.
 7. Superintendens immediate à Principe consti-
tuitur.
 8. Rescriptum Consistorii supremi:
qui episcopatum. 8. quest. 1. c. legimus. dist. 93.
Ernest. Cothman 2. consil. 64 n. 65. Joh.
Azot. lib. 3. inst. moral. cap. 27 qu. 1. part. 3: Lu-
dolph. Schrader. def. ud. part. 9. cap. 3. n. 29.
Math. Stephan. d. iurisdict. lib. 3. part. 1. cap.
17. impr. Theodor. Reinking de regim. secul.
& ecclesiast. lib. 3. class. 2. cap. 3. num. 6. tablo-
num omnino foret, in locum eius substi-
tui, & ad functionem Superintendenti
admitit: italem, quem Episcopus vel Prin-
ceps iura Episcopalia habens non eleget.
(3.) Idque è magis † quia Superinten-
dens ab Episcopo vel Principe iura epi-
scopalia habente immediate constituitur,
ut dixi *supr. Defin. 19.* quippe ad quem cura
Ecclesiæ ac ministerii porissimum spectat,
quod tali officiū Superintendenti comit-
tatur, cuius spectata sit doctrina, & vitæ
integritas: quidni ergo etiā ob hanc ipsā
causā Substituti electio eirelinqueretur?

Ita † Consistorium supremum Dresdense M. Balthasari VVagnern, Archidiacono Freibergensi die 8
15. Septembr. Anno 1637. (Verba Rescripti: Wir haben ewern eingeschickten Bericht
wegen tödlichen abgangs des Superintendenten M. Abrahami Gensreffers Sel. verlesen
hören. Begehren hiermit an statt Ihrer Churf. Durchl. Ihr wollet bis auff fernere
Anordnung die Seelsorge und Gottesdienst durch die verordnete Diaconos und vicinos
Pastores, welche hierzu tüchtig / bestellen / auch was sonst in dieser inspection mit ver-
hören/berichten/und dergleichen vorsässt / mit Fleiß verrichten/etc.)

DEFINIT CLXIX.

*Substitutus in locum defuncti Superintendentis inspectioni diœceseos
præst, ac vices Inspectoris in omnibus sustinet, & schedulis potūs
à collectis liberi subscriptit.*

S V M M A R I A.

1. *Substituto Superintendentis in tota diœcesi
competit inspectio.*
2. *In alterius locum succedens ius quoque eius
nanciscitur.*
3. *Surrogatum sapit naturā eius, cui surrogatur.*

4. *Cur Substituto deferatur functio Superinten-
denti?* (scribit.
5. *Substitutus schedulis quoq; liberi potus sub-*
6. *Subscriptio hæc pertinet ad inspectionem.*
7. *Rescripta Consistorii supremi n. 8.*

Dubium non est, quin Substitutus in locum defuncti Superintendentis usq; dum novus Ecclesiæ præficiatur, in tota diœcesi habeat inspectionē, omniaq; gerat, quæ Superintendenti incumbunt, & ad eius officium spectant, & postquam is, qui in alterius succedit locum, naturā quoq; & ius eius, cui succedit, induere censetur, Panorm. in cap. Eccl. 3. extr. ut lite pend. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pist. part. 3. q. 122. n. 40. † Et sapit surrogatum natu- ram eius, cui surrogatur, dict. c Eccl. 3. ubi gl. extr. ut lite pend. Alexand. lib. 4. consil. 55. n. 12. vers. & surrogatum sapit naturam, &c. Ias. in l. si eum. 10. §. qui incuriarum. 2. n. 2. ff. si quis caution. Tiraquell. de iur. primogen. q. 55. n. 11.

Nam & propereat functio hæc desertur Substituto, ut sit, qui vices Superintendentis omnibus in partibus officii gerat, ne Ecclesia inspectore orbata ruinam sentiat vel detrimentum, Def. præced. Cui conseqens, schedulis quoq; potus à collectis liberi subscriptendum esse à Substituto, si defuncto Superintendentem ministri Ecclesiæ & Pastores sub illâ diœcesi beneficio liberi potūs fruivelint, & quia subscriptio hæc ad inspectionē æquè pertinet, ut monimus supr. Defin. 149. quod sinistræ obvie- tur suspicioni & abusui huius privilegii, Decret. Synod. de anno 1624. §. Insenderheit aber. vers. absonderlich auch/etc.

Ita † Consistorium supremum in eadem causa. (Verba Rescripti: Begehren darauff an statt Ihrer Churf. Durchl. Ihr wollet bis auff fernere Anordnung die Seelsorge und Gottesdienst durch die verordnete Diaconos und vicinos Pastores, welche hierzu tüchtig/ bestellen/ auch was sonst in dieser inspection mit verhören/berichten hieher so wol mit ehestfer Absforderung und Ausheilung der Witten Gnadengeiter/ Unterschreibung der Freyzettel der Geistlichen Escheruncks und dergleichen vorsässt / mit Fleiß ver- richen/etc.)

Ei † Diacono ac Senatu Leipzigenſi die 8. Febr. Anno 1632. (Verba Rescripti : Anlangende die Unterschreibung der Stewerzeile wegen des freyen Tſchiruncks ; So begehrten Wir hiermit / Ihr der Diaconus wolleſt dieselben Kraſſi dieses / biß ein neuer Superintendens anzeiche / gebührlich unterzeichnen etc.)

T I T. XI.

*De
Successione viduae ac heredum defuncti Pastoris in residuo Salarii.*

DEFINIT. CLXX.

Defuncto Ecclesiae ministro, residuum Salarii eius heredibus cedit salvo gratia anno.

S V M M A R I A.

- 1. Nullibi singulu diebus vel septimanis salaryum ministris Ecclesiae exsolvitur.
- 2. Residuum salaryi non ex soluti heredibus defuncti reddit.
- 3. Obligatio in diem transit in heredes.
- 4. Merces famulorum heredibus pro rata prestitarum operarum solvenda.
- 5. Quod & iuri Saxonico convenit.
- 6. Clara extat hac de re sanctio Electoralis.
- 7. Ultra residuum salaryi vidua & liberis defuncti etiam beneficium anni gratia debetur.
- 8. Virumque eis cedit.
- 9. Ex divirſo namque competit titulo.
- 10. Rescriptum Electore.
- 11. Consistorii supremi Rescriptum.
- 12. Biudem sententia.

Nilibi singulis diebus vel septimanis Ecclesiae ministris exsolvitur salaryum, nec fieri commode id potest, ut maxime singulo quoque die pro rata id debatur. Quid ergo si ultimum obeant diem ante terminum exolutionis ? † Residuum hoc ipsorum heredibus cedere nemo inficias ibit ? (1.) Quia salaryum pro rata temporis statim debetur, licet exsolutione in certum differatur tempus ac diem ; Quidni ergo † obligatio haec transiret ad heredes, §. omnis stipulatio. 2. inst. de verb. obligation. arg. l. quasitum. 21. ff. de pignor. & hypoth. l. si ab arbitrio. 10. l. inter omnes. 12. ff. qui satud. cog. l. in omnibus. 41. ubi Dd. ff. de judic. Petr.. 4. Heig. p. 2. q. 7. n. 100. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 115. (2.) † Estq; hoc iuris in mercede famulitii, quam famulo defuncto heredes eius pro rata prestatum operarum accipiunt, ! argum. l. si uno anno 15. §. item cum quidam ff. locat. l. deserto rem. 3. §. 12 ff. de remilitar. Andr. Rauchbar.

part. 1. quest. 25. n. 18. † Quod & convenit iuri Saxonico in art. 22. lib. 1. Eadrecht. in verb. den er verdienet hat / und ihm gebühret bis auf die zeit/ da er starb Reinhard. p. 1. differ. 39. Hoc si verum in mercede famulitii multò magis in salaryo ministrorum Ecclesiae longè favorabiliō obtinebit. (3.) Ide clare sanctum in † Ordin. Eccles. Elect. Sax. art. gener. 41. verb. datus der Witwen und ihren Kindern das ienige/ so der Vater sel. fast verdienet hat / nicht einogen verderbet. id que de residuo salaryi promissi acceptum velim : Ultra quod etiam † defuncti viduae ac liberis debentur redditus ex dimidio gratia anno, das halbe Gnadenjahr / Ordin. Eccles. Rubr. von. Immunitatibus und Freyheiten der Kirchendiener fol. 103. §. vnd zu fernener Gnaden/ etc. de quibus itz. seq. † ut sic utrumq; & residuum salaryi & beneficium illud viduae ac libertis cedat, nec unum alteri präjudicet, ex diverso quippe

quippe titulo competens. Nam t̄ resiliuum salarii obtinent heredes iure successionalis hereditario; Annum vero gra-

tiz dimidium vidua duntaxat & liberi proprio iure ex beneficio Principis consequuntur.

Ita t̄ Serenissimus Saxonia Elector Consistorio Martioburgensi die 25. Iulii Anno 1632. (Verba Re. 10 scripti: Als begehrten Wir hiermit gnädigst/ Ihr wollet euch so wol des verstorbenen Senioris zu Lüzen Wittib / als künftige andere Fäll betrifft / dem allgemeinen Stylo unserer Consistorien gemehr bezeigen / und die Parthenen solcher massen entscheiden / daß des verstorbenen Wittib und Kindern weder ihres Ehemanns und Vatters verdienter Lohn/noch am halben Gnadenjahr zu kurz geschehe / daran vollbringer Ihr unsre gefallige Melnung/etc.)

Et t̄ Consistorium supremum M. Christiano Villigio Superintendenti Coldicensi & Caspari II Henrico à Milkavv die 5. Febr. Anno 1634. (Verba Rescripti: Dieweil aber doch in gegenwärtigen Fall gedachten Pfarrer zu Colmen / das ganze pfarrliche Einkommen bey seinem Leben verdienet; So bleibt solches desselben Wittib und Kindern / unbeschadet des Gnadenjahrs billich/etc.)

Nec t̄ non Iohanni Zechendorffy Pastori, & Virgilio Iacobo Quastori in Hartenstein die 27. Sept. 12 embr. Anno 1608. (Verba sent: Ist Ehr Zacharias Schröder Pfarrer zu Ziegelheim im vergangenen 1607. Jahre drey Wochen vor Michaelis verstorben; So hat er des selben Jahres pfarrliches ganzes Einkommen am Geldte/ Feld- und Gartengewächse / Decem und andern gefallen auf seine hinterlassene Wittib und nechste Erben/ als seine verdiente Besoldung gebracht und vererbet: des folgenden Jahr vollständiges Einkommen aber wird zwischen des verstorbenen Pfarrers Wittib oder Kindern ihrer Begnadigung wegen und dem neuen Pfarrer zugleich gehälter/etc.)

DEFINIT CLXXI.

Residuum Salarii debetur saltem pro rata temporis, quo minister Ecclesiae functioni praeceps.

S V M M A R I A.

1. In successione salarii difficultatem parit consueto beneficio ex dimidio gratia anno.
2. Differentia inter residuum salarii & annum gratia. (dibus cedit.
3. Residuum Salarii omnibus indifferenter hereditatis.
4. Quantum competit ratione salarii ordinarii?
5. Salarii tota, etiam nondam emerita ad heredes transmituntur.
6. Ministerorum autem Ecclesia salario pro rata saltem temporis ipsorum heredibus cedunt.
7. Quibus ex causis & fundamentis? n. 11.
8. Duo singularia in uno subiecto haut concurrunt.
9. Nulla hac de re conquerendi causa.
10. Adductiur Ordinatio Ecclesiastica Electoralis Saxonica.
12. Rescriptum Consistorii supremi.

Iudicenim, nempe t̄ Salariū semestre ultra residuum ordinarii salarii duntaxat defuncto Pastoris viduae ac liberis defertur: Hoc autem cedit omnibus indifferenter heredibus tam ex testamento, quam ab intestato succedentibus, t̄ ceu pars hereditatis

Difficultatem haud minimam parit in successione salarii confusio beneficij ex anno gratia dimidio, vulgo salarii semestris, die halben Gnadenjahrs cum residuo salarii, quod defuncto Ecclesiastico ministero pro laboribus suis ad huc restat. U-

- ditatis, Andr. Rauchb part. i. quest. 25. n. 14. quin & ipsius Ecclesiae ministro ab officio & functione sua discedenti & aliò se conferenti debetur. Quod ergo confusione hanc evitemus, videbimus saltem 4 hoc titulo, † quid & quantum competit ratione salarii ordinarii sive ipsius ministerio Ecclesiae ab officio discedenti, sive defuncti heredibus, reservato beneficio salarii semestris seu anno gratiae in titulu sequentem. Etsi vero alias salario vel honoraria annua etiam nondum emerita, si intra annum illi, qui officium gesserunt, veluti Doctores, Professores, & Advocati moriantur, ad eorundem heredes integra transmittantur, l. liquor in sacris. 11. in fin. C. de proximiis sacerorum scriniorum. lib. 12. l. matricul. 3. C. de agentibus in rebus. C. lib. 12. l. 1. §. 13. ff. de var. & extraord. cognit. l. qui operas. 38 ff. locat. Bartol. in dict. l. 1. §. 13. nu. 8. ff. de var. & extraord. cognit. Andr. Gaillib. 1. obser. 44. n. 12. Rauchb. dict. quest. 25. n. 9. & 10. 6 Attamen † salario ministrorum Ecclesiae hisce in provinciis non excedunt ratam ullam temporis, quo functioni ecclesiasticae præfuerunt, vel saltè (1.) † ex observatione & consuetudine huic forsitan fundamento innixa, quod ex speciali favore dimidiis gratiae annus competit defuncti viduae ac liberis, in qua specialitate ac 7 quiescendum videtur, † ne duo singula-

ria ac specialia beneficia concurrat, quod ratio iuris haud admitit, l. 1. C. de hoc promiss. l. 19. ff. ex quib. caus. maior. l. 8. §. 3. ff. de legat. pref. Cam. Borell. conf. 64. n. 12. Frider. Pruckm. vol. 1. conf. 10. n. 69. Didac. Covar. lib. 3. var. resol. c. 19. n. 1. Vinc. Caroc. in tract. delocat. tit. de SS. Eccles. n. 3. Iac. Schult. observ. 23. n. 2. 5. (2.) † Nechabet pastor ab officio & parochia discedens ullam cōquerendi causam, cum in novâ functione eodem gaudeat iure, & à primo statim introitus momento de salario istius anni pro ratâ temporis æquè participet. (3.) Quod & inclinant verba † Ordin. Eccles. in art. gener. 41. 10 Das tenige so der Vatter sel. fast verdient hat / nichl enzogen werde/etc. (4.) Pensumtandum porrò cum And. Rauchb. hoc tempore, ubi Principes & Superioris, qui stipendia persolvunt, sibi ipsi pro labitu ius dicunt, & officia etiam ecclesiastica plenumq; venalia sunt, ac interdum illiberius, quam ipsæ operæ mercenariæ, habentur, id † quod de mercedibus in iure 11 statuitur, ut scilicet pro ratâ tantum tertiæ præstentur, l. si uno anno. 16. §. item cum quidam ff. loc. l. Seio amico. 10. in prim. vers. cum tam labor quam pecunia deviationem recipierent. ff. de ann. legat. non raro ad stipendia ecclesiastica moribus ac statutis produci, dict. question. 2. 5. n. 10.

Ita † Consistorium supremum Superattendentii Leisnicensi & Prefecto Rochlensis die 1. Iulij Anno 12 1617. (Verba Rescripti : Als begehren an statt höchstgedachter Ihrer Churf. Durchl. Wir hiermit Ihr wollet daran seyn / damit von dem Einkommen / was es von Iohannis Baptista an zu rechnen / bis auf die Zeit wann es fällig ist / pro ratâ temporis ausstragen wird / gegen Erstattung der Unterkosten zu seinem Antheil dem neuen Pfarrer / und das übrige alles gegen Ersezung des Inventarii Supplicanten gefolget werde/etc.)

DEFINIT. CLXXII.

Computatio ac divisio decimarum, censuum & reddituum
quomodo hoc casu facienda?

SVM.

S V M M A R I A .

1. Famuli defuncti heredes pro rata temporis accipiunt mercedem.
2. Etiam de iure Saxonico.
3. Idem obtinet in hereditibus ministrorum Ecclesie.
4. Computatio pro rata temporis in pecunia numerata haud difficilis est.
5. Quomodo facienda in fructibus & redditibus?

Quemadmodum ergo famulo defunto, heredes eius pro rata tamen servitii vel operarum praestitarum mercedem accipiunt, arg. text. in l. s. 15. §. item cum quidam. f. locat. l. desertorem. 3. §. 12. ff. de re militar. Rauchb. part. 1. quæst. 25 n. 18. quod & tioe Saxonico legitur comprobatum in art. 22. lib. 1. Landrecht. ibi: Stirbet auch der gemarterte Mann / ehe er seinen vollkomm. lichen Lohn verdient / welcher ihm verheissen war / man ist seinen Erben nicht mehr pflichtig zu geben / denn er verdienet hat / und ihm gebühret bis auf die Zeit / da er starb. Reinhard part. 1. differ. 39. apud Zobelium part. 2. differ. 59. n. 3. Matth. Coler. part. 1. decis. 20. 1. n. 14. & 15. Ita & hereditibus ministrorum Ecclesie, vel iis ipsis ab officio & functione ecclesiastica discedentibus, non nisi pro rata temporis, quo muneri suo præfuerunt, salarium cedit. Def. preced. cuius computatio est expedita in honorariis & salariis iis, & quæ in certa pecunia summa consistunt & annuatim exsolvuntur. Alia vero est ratio annuorum censuum, Decimatum & redditum, qui etsi pro labore integri anni debentur, non nisi certis tamen terminis anni petuntur atque præstantur: ideoque & horum divisione ita est facienda, ut omnes per totum annum

6. Modus divisionis in Consistorio supremo quod.
7. Aequitate nimirum iste modus. (nam)
8. Singulis diebus ius quæsum habent in redditibus annuis ministri Ecclesie.

9. Obligatio ante diem solutionis in heredes trans-
10. Rescriptum Electorale. (serur.)

11. Sententia Consistorii supremi.

percepti & collecti fructus pro rata tem-

poris distribuantur, pro ut hic modus di-

visionis in Consistorio supremo eiusmodi

verbis reperitur notatus: auf den Dörfern

und auch in Städten, da die Pfarrer und

Diaconi ihre Besoldung nicht am Gelde und

quartal weise bekommen / sondern Decem,

Ackerbau / und Haushaltung haben / wird

es also gehalten / daß des ganzen Jahres

Einkommen und verdienst zu rechnen / von

Michaelis an bis wieder auf Michaelis /

und was von Decem am Getreidig / oder auch

Geldzinsen zum Einkommen gehören / ver-

den gerechnet / daß sie Michaelis verdienet / ob

sie schon erst umb Martini, Weihnachten o-

der Fasnacht fällig / etc. Qui & modus

dividendi ipsa nimirum aequitate, ne mini-

strie ecclesiæ eiusmè heredes debito defrau-

dentur salario: Cui & ratio iuris accedit,

quod scilicet defunctus singulis statim

mensibus ac septimanis, & quin & diebus

ius quæsum habuerit in eiusmodi De-

cemis & redditibus, l. 4. l. 11. l. 22. ff. de annuis l.

Qui ut ad heredes transmittantur, dies ac

terminis præstationis nondum existens

& haut impedit potest, §. 4. vers. ex condi-

tionali. inst. de verb. obligat. l. in lege Falcidia. 4. 3.

in pr. l. in quantitate. 73. §. in diem. 4 ff. ad leg.

Falcid. l. 58. §. 5. ff. ad SCium Trebellian.

Ita & Serenissimus Sax. Elect. Superintendenti & Prefecto Liebenverdensi, die 8. Augusti An. 1618. 10

(Verba Rescripti: Und ist ewer eingeschickter Bericht in Sachen den alten und newen Pfarrer zu Hohenleipzg gebührlich vorbracht / und seyn von dem newen Pfarrer dar-

naben mit der Inlage / wie ihr darans zu ersehen / unterhängt angelanget worden.

So viel nun des alten Pfarrers Abfindung betrifft / weil derselbe bis verschienene O-

ster an seinem Ampt verblieben; So gebühret ihm bis fünffzig Michaelis der halbe

Theil von dem jährlichen Pfarrlichen Einkommen / und letzter Erndte / dagegen muss er davon das inventarium bevoistehende Michaeli vollständig ersetzen : wie auch der neue Pfarrer von seinem halben Theil die aufgewandten Kosten auff vorgehende liquidation und moderation dem alten Pfarrer erstatten/etc.)

Ecc Consistorium supremum ad consultationem Georgii à Bi dauff die 23. Jun. Anno 1609. IX
(Verba Sentent. Hat sich der Todfall mit dem Pfarrer am 20. April. dieses 1609. Jahres begeben ; Sa hat er sein jährliches Einkommen von Michaelis des vergangenen 1608. Jahres an / bis aufs nechstkünftige Michaels zu rechnen / cui hells als sein erworben Gut auff hinterlassene Erbin gebracht und Verfallte etc.)

DEFINIT. CLXXXIII.

Quomodo instituenda divisio in fructibus messium, feno,
cordo, oleribus & brassicis?

S V M M A R I A.

1. *Predicta obtinent in fructibus civilibus.*
2. *Etiam de iure communi.*
3. *Quid iuria in fructibus messium & oleribus?*
4. *Hinc in fructibus ius Saxonum rationem culture habet.*
5. *Probatur hoc ex Constitutione Electorali Saxonica.*
6. *Ad certos casus haec assertio est restringenda.*
7. *Non salarium ministrorum Ecclesia extendenda.*
8. *Modus divisionis horum fructuum in salario Ecclesia ministrorum quinam?*
9. *Quo iure hic modus nitatur?*
10. *Rescripta Consistorij suprmi. n. 11. 12.*

Et haec quidem se ita habent in fructibus civilibus, ut sunt Decimæ, annui census & redditus, qui ex bonis censualibus annuarium persolvuntur, † & de iure etiam civili inter heredes defuncti & novum possessorem pro rata temporis dividuntur, l. divortio factio. 7. ff. solut. matrim. l. un. §. cumq; ex stipulatu. l. vers. sed & novissimi. C. derei uxori. act. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 24. n. 57. & seq. At † quid iuris in fructibus messium, feno & oleribus, aliisq; fructibus industrialibus? Dixeris forsan hosce omnes ex semine à pastore rastris subacto naseentes ad ipsum eiusvè heredes pertinere, licet ante perceptionem decellerit: † quia scilicet ius Saxonum laboris & culturae rationem habet: Landreth lib. 2. art. 58. §. Des mannes Saat / die er mit seinem Pflege wickelt / die ist verdienst / als die Egde darüber gehet. unde fructus ex ea promeriti Vasalli heredibus cedunt,

Const. Elect. 32. in pr. vers. † Nach Sachsischen Lehnsrechte aber / was die Egde bestreichen hat / und unterbricht ist bey Leben des verstorbenen / solches / weil es des verstorbenen erworben Gut / auch bey seinem Leben beschickt worden / folget und bleibt den Erben / und nicht den Lehnsherrnfolgern / etc. pars. 3. ubi Dan. Moller. n. 3. vers. iure vero Saxonico. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 24. n. 73. lohan. Köpp. decis. 30. n. 43. Iac. Thoming. decis. 3. n. 6. Matth. Coler. part. 1. decis. 74. n. 2. & de process. execut. part. 2. c. 3. n. 303. Ioh. Schneidervin. ad §. 36. n. 3. inst. de rer. divis. Sed restringenda est † haec sanctio Saxonica ad eum casum, quo vel ratione dominii vel possessionis de acquisitione fructuum industrialium disceptatur: ex quo nil inferendum ad fructus ratione salarii ministris Ecclesiae debitos, in quibus cum ratio habeatur operatum præsticatum, † oportet utiq; divisionem ita institui, ut pro rata

ratâ temporis inter novum pastorem & antecessorē eiusvè heredes fructus messi-
um, foenum, olera, aliique tām naturales
quām industriaes distribuantur, arg. fū-
no anno 15. §. item eum quidam, ff. locat l. de ser-
torem. 3. §. 12. ff. de re militar. † Quare & hi-
per totum annum collecti, factā compu-
tatione à festo Michaelis ad eundem ter-

minum anni sequentis ex concluso & ob-
servantia Consistoriorū, de quā Defin. pre-
ced. in partes æquales pro ratâ temporis
sunt dividēdi, quō † scilicet æqualis toti-
us salarii existat distributio, nec quisquā
mercede laboris sui defraudetur, perinde
ut de fructibus civilibus dixi Defin. preced.

Illa † Consistorium superium Superattententi Leisvicensi & praefecto Kochlensis die 1. Iulii Anno 10.

1617. (Verba Rescripti: Als begehrten Wir hiermit / Ihr wollet daran seyn / damit
von berührtter Erndte der sechste Theil nebns andern Einkommen / was es von Io-
hann Baptista anzurechnen / bth auf die Zeit / wann es fällig ist/prorata temporis aus-
tragen wird / gegen erstattung der unkosten zu seinem antheil dem neuen Pfarrer/
und das übrige alles gegen ersezung des inventarii Supplicanten gefolget werden/etc.)

Et † in causa des alten und neuen Pfarrers zu Wachow die 30. Junii Anno 1613. (Verba 11.
Rescripti: Von den Herbstwiesen bekommer der Antecessor drey / und der Successor den
vierdten Theil gegen erstattung prorata der Untkosten/etc.)

**Nec † non Superattententi Haynensi die 1. Junii Anno 1616. (Verba Rescripti: Als begehrten 12.
Wir / Ihr wollet die Partheyen darauff / so wol dahin bescheiden / daß unter des
Jahres Nutzung nach der Wiesewachs / Kraut und dergleichen andere Früchte be-
griffen/und in die Theilung zu bringen seyn/etc.)**

DEFINIT. CLXXIV.

Terminus pro merito salarii pro completo habetur, si modicum
tempus à die obitū restet.

S V M M A R I A.

1. Residuum salarii debetur pro rata temporis.
2. Quod tamen ad certum restringitur casum.
3. Modicum temporis si adhuc supersit, termino pro completo habetur.
4. Et totius termini fructus heredibus cedunt.
5. Fundamenta & rationes huius asserti.
6. Adducitur profundamento Ordinatio Ecclesias.
7. De iure communi salario totius anni ad heredes transmittuntur.
8. Dispositioni iuriis communis in casu statuti du-
bio inherendum.
9. Sententia Consistorii supremi.
10. Eiusdem Rescriptum.

Dlximus supra Defin. 71. Residuum sa-
larii dunataxat deberi pro ratâ tem-
poris, quo minister Ecclesiae fuctioni præ-
fuit, vel saltem ex observantia Consisto-
rium hiscè in provinciis receptrâ. Quod
tamen non aliter acceptum velim, quām
si † in ipso salarii ex solvendi termino,
vel medio termini, aut etiam maiori eius-
dem parte adhuc restante pastor è vivis
decesserit. Ceteroquin † si mensis vel
paululum temporis adhuc supersit ad
ipsum terminum, pro completo is habe-
bitur. Finge: ministrum Ecclesiae men-
se Augusto obiisse, quo hebdomadæ ali-
quot etiam ultra mensem supersint ad
terminum Michaëlis: † totius tūm anni
reditus censetur promeruisse, non aliter
ac si ipso Michaëlis die mortuus fasset.

(1.) †

- § (1.) † quia modicum hoc temporis in cōputando salatio non curat Prætor, ut ha-
betur, in l. scio illud. 4. ff. de in integr. restit. l. si
quis affirmavit. 9. §. merito. 5. ff. de dolo malo. l.
res bona fide 5. 4 ff de contr. ext. (2.) † Propter
verba manifesta Ordinat. Eccl. in art. gener.
41. verb. Darmit den Wittben und ihren
Kindern das einige so der Vater selber fast
verdienet hat nicht entzogen werde etc. vo-
cula enim (fast) haud obscurè modicum
temporis residuum includit. (3.) Idq; p̄d
magis, † quia de iure communis salario to-
tius anni etiam nondum emerita ad he-

redes transmittuntur, l. si quis in sacris. 11.
in fin. C. de proxim. sacror. scrib. lib. 12. l. diem
fūcio. 4. ff. de effic. assessor l. post duos 15. §. 1. C. de
advocat. divers. judic. † cui dispositioni in ca-
su observantie ac iuri statutarii dubio in-
hærendum. Ludov. Roman. cons. 197. n. 2.
& consil. 399. n. 1. Quin & hoc casu reditus
termino Martini, Nativitatis Christi &
Quadragesimæ exolvendi salario resi-
duo cedunt, quia termini illidie Michae-
lis comprehensi censemuntur, de quo di-
cam infra Definit. 198.

Ita † Consistorium supremum ad consultationem M. Christiani VVillichii Superattendens Col-
dicensis & Casparis Henrici à Milckav die 5. Febr. Anno 1634. (Verba Sentent. Ist der
vorige Pfarrer zu Collmen Martinus Andree den 31. Jul. nect stab gewichenen Jahrs peste
verstorben / dessen beide theil einig seyn. Ob nun wo solsten vermöge der An. 1580.
publicirten Thurf. Sächs. Kirchenordnung tit. von immuniteten pag. 356. das halbe
Gnadenjahr von Zeit des vorigen Pastoris to de anzurechnen. Dieweil aber doch in ge-
genwärtigen Fall gedachter Pfarrer zu Collmen das ganze pfarrliche Einkommen
bey seinem Leben bis auf zwey Monat verdienet / darzu nicht allein / was Michaelis,
sondern auch Martini, Weihnacht und Fasnachten hernach fällig / gehörig ist. So
bleibet, desselben Wittben das ganze Pfarrliche Einkommen voriges Jahres nach
dem 41. general articul nische unbillisch / etc.)

Et † Superattendant ac Prefecto in Nossen die 24. Iulii Anno 1618. (Verba Rescripti. Welcher
Gestalt an uns Iacobus Breitling zu Nossen in Vorwundschafft Georgii Hauckens/
Weyland Pfarrers zu Marbach hinderlassener Wittben über den neuen Pfarrer da-
selbst David Schmieden wegen verweigerten Vergleichung sich beklager / solches habt
Ihr instgende zu befinden. Wann dann Supplicans anziehen nach / gedachter
Pfarrer am tage Bartholomei den 24. Augusti verstorben / daher er nicht allein die Ernd.
te des nechst verwichenen 1617. Jahres ganz / sondern auch desselben Jahres Decem.
so Michaelis betrage / geachtet wird / fast gar verdienet; Als ist solches inhalis des 41.
general articul, zu seiner Besoldung und Einkommen zu rechnen / etc.)

DEFINIT. CLXXV.

In facienda divisione multum valet amicabilis compositio.

S V M M A R I A.

1. In facienda divisione non singula, queque ad amusim equitatis revocantur.
2. Nunquam non circa divisionē amicabilis ten-tatur compositio.
3. Fortuna arbitrio non committendum, quod per concordiam potest componi.
4. Iudici magis circa concordiam, quam iustitia studendum est. (amicabilis)
5. Inter partes litigantes tentanda compositio a.
6. Pacta dant legem contractui.
7. Adducitur Ord. Eccles. Electoralis Saxonica.
8. Decreta Consistorii supremi. n. 9. Fier;

1. **F**letiergò vix potest, ut circa instituen-
dam divisionem singula quæque ad a-
mussim æquitatis revocentur, ac ubique
obseretur paritas; quare nunquam non
2. circa instituendam divisionem † amicabi-
lis tentatur compositio inter partes, prius-
quam ad decisum Consistorii deveniatur;
Non immeritò, quia haut prudenter for-
3. tunæ arbitrio committitur, † quod per
concordiam potest cōponi. Andr. Knich.
de Saxon. non prov. iur. cap. 3. num. 73. & Le-
4. gumlatoria que judici, † circa amicitiam
& concordiam magis, quæm circa institu-
tiam studendum est. Arist. 8. Et hic. 1. Ant.
de Guevar. *in horolog princip lib. 2 cap. 38.* unde
& à judice inter partes litigantes tenta-
ri solet ac debet transactio amicabilis, †
5. antequam processus admittatur, *cap. 1. de*
mut. petit. cap. ult. extr. de transact. c. si illus. 23.
quæst. 4. ca. querelam. 15. extr. de Simon. l. aquis-
- fum ff. de usufruct. Felin. ad Rubr. de treug.
& pac. n. 1. Matth. Wesebe. lib. 1. consil.
21. n. 1. Petre. Gregor. Tholos. lib 47. Syn-
tagm. jur. cap. 1. n. 14. Ant. Fab. in Codic. lib.
9. tit. 22. † Er quid opus decisione Magi-
stratus, si de partium conventione con-
sistet, quæ dat legem contractui. l. 1. §. si con-
venit ff. deposit. Quòd & faciunt verba † Or-
din. Eccles. art. gener. 41. ibi: Es soll auch der
Superintendent nebens dē Collatore, L. henherrn
Raib. Richtern und Gemeinen eine billiche
vergleichung machen/ nach gelegenheit des
Inventarii, der zeit des Jahres / unter dē ver-
dienten Gewächs auf dem Felde un̄ andern
Einkommen der Pfarrre / damit der Witt-
ben und ihren Kindern dasjenige / so der
Vatter seitiger f. st verdienet hat / nicht ent-
zogen/ und doch die Pfarr nicht gar veröset/
und ausgeschöpfer werde/ etc.

Ita † Consistorium supremum in causa Iustina Vidua Esaia Köl'ers, Pastoris in Hainitz contra Mel-
chiorem Losium Pastorem zu Langenaw die 1. Septembr. Anno 1624. (Verba Decreti: Aber
wegen Herz und Strohe bleibt es bey denen am 12. April. Anno 1605. und 18. Maii
dieses Jahres aufgerichteten Verträgen nicht unbilllich/ etc.)

Et † in causa des alten und neuen Pfarrherrn zu Wachaw die 30. Jun. Anno 1613 (Verba
Transacti nū: Anreichende das gesackte Kraut / soll der Successor gegen erstattung
der aufgewandten Untosten solches alleine zugienissen haben/ und dieweil mit dieser
Handlung die Parcheyen vor ihre Person zu frieden; Als haben sie uns hierüber
Handgelebnüß gehan. Urkündlich ist diese transaction zu Papier bracht/ etc. un̄ ge-
ben zu Dresden/ e.c.)

DEFINIT. CLXXVI.

Fructibus divisis, onus impensarum in culturam agrorum factarum
parti utriusque pro rata temporis incumbit.

S V M M A R I A.

1. Factâ divisione restitutio impensarum utrig₃
incumbit parti.
2. Quibus ex rationibus & fundamentis?
3. Dolosè lucrum cum alterius jactura que-
ritur.
4. Æqualitas lucri & incommodi in Ordinat.
Eccles. fundata.
5. Fructus pro rata temporis utrig₃ cedunt parti.
6. Non debentur fructus ante deductionem im-
pensarum.
7. Impense ipso iure diminunt fructus.
8. Deductionem impensarum nullus impedire
potest casus.
9. Consistorii supremi Decreta. n. 10.

Ff

Non

Non sufficit, inter antiquum Pastorem Neiusvē heredes & novum Successorem salarium & fructus messium æqualiter pro rata temporis dividi, *supr. defin.* 171. & 173. † Sed & de restitutione impensarū utrosq; sollicitos esse oportet; quare & hæ pro rata temporis ab utraque parte erunt sustinendæ. (1.) † Quemadmodum enim utrique commodum ex perceptione fructuum accedit, ita & onera utrique incumbunt, nec quisquam cum alterius danno lucrum capere, sed utrumque æqualiter inter eos dividi debet, l. nam hoc natura. 14. ff. de *conduct. indeb. l. jure nature.* 226. ff. de reg. jur. † adeò ut dolosè dicatur versari, qui lactum querit cum alterius dispendio, Frier Pruckm. volum. I. consil. 4. nu. 57. Franc. Vivius *defis.* 198. n. 5. (2.) Quam æqualitatem etiam innuunt verba † Ordin. Eccles. in art. gener. 41. ibi: Sondern daß gleichheit hierinnen gehalten / keinem mehr und dem

Ma † Consistorium supremum in causa des Pfarrers zu Heltzin Erben / contra Melchiorem Lossum, die 1. Septembr. Anno 1624. (*Verba Decreti:* Dieweil der Klägerin Ehemann und Vatter den letzten Aug. An. 1623. verstorben / am 5. Sept. hernach begraben / und des selben Jahres Einkommen fast verdienet; So wird die Witwe und Erben gegen Erstattung der Unkosten dabey billich geschücket etc.) Et † in causa der Pfarrer zu Wachau die 30. Iunii. 1630. (*Verba Transact.* Von den Herbstwiesen bekommet der Antecessor drey / und der Successor den vierdeien Theil gegen Erstattung prorata der Unkosten etc.)

andern weniger gegeben werde/ etc. (3.) Ex quo etiam † fructus pro rata temporis uterque percipit, non potest non minus impensarum & quæ pro rata temporis utriq; incumbere; quia non debentur fructus, † nisi deductis ante omnia impensis quærendorum, conservandorum vè eoru gratiâ factis, l. si à domino. 3. & 5. ult. ff. de petit. reddit. l. fructus. 7. ff. impendi. 16. ff. solut. matrim. cum l. ult ff. de oper. libert. Joan Gart. de expens. & meliorat. cap. 1. nu. 11. Johan de Castillo. de ususfruct. cap. 77. n. 5. & seqq. (4.) † Hinc quicquid impendi factum est in agro, id omne fructus agri ipso jure diminuit, l. quod in fructus. 4. ff. de usur. & alibi scriptum reliquit Julianus, † quod nullus casus intervenire possit, qui hoc genus deductio- nis impensarum impediat l. fundus qui dotio. 51. ff. famil. ercisc. l. fructus. 7. ff. solut. matrim. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 3. n. 304. & part. 2. *defis.* 286. n. 107.

DEFINIT. CLXXVII.

Residuum Salarii inter defuncti Pastoris viduam & heredes, secundum statuta localia vel Constitutionem Electoralem dividi debet.

S V M M A R I A:

1. Residuum salarii jure defertur hereditario.
2. Omnibusq; indifferenter heredibus cedit.
3. Divisio salarii inter viduam & heredes defuncti Pastoris quomodo instituenda?
4. Ante omnia attendi debent pacta dotalia.
5. Pacta dotalia præcise sunt servanda.
6. Statuta quoq; localia circa hanc divisionem observanda.
7. Statuta localia vim legis habent.
8. Deficiente statuto, divisio facienda est secun- dām Constitut. Electoralem.
9. Previa tamen ex parte vidua collatione bo- norum.
10. Quartavel tertia pars salarii vidua cedit.
11. Sententia Consistorii supremi.

Non

Non facile quisquam dubitabit, resiliū salarii sive in pecunia numerata certis terminis exsolvenda, sive in annuis fructibus consistat, jure hereditario deferri, postquam id pro rata saltem temporis, intuitu præstiti laboris debetur, *supr. def. 171.* ex quo etiam ad omnes indifferenter heredes, † tam ab intestato, quam ex testamento succedentes pertinet, perinde ut alias res hereditariae & facultates defuncti, *l. post duos. 15. in fin. C. de advocat. advers. judic. si quis in sacris. II. C. de proximis sacerdot. scrin. I. matriculam. 3. C. de agentibus in reb. lib. 12. Andr. Rauchb. part. I. quæst 25. n. 22.* Facile hinc dijudicare licet, † quomodo divisione salarii instituenda inter viduam & heredes defuncti pastoris Ecclesiæ ministeri, & quænam portio cuique competat. Etenim si vigore † paectorum dotalium vidua ad successionem admittitur, dubium non est, quin etiam ratione salarii residui, portione in iis sibi assignata, contenta esse debet, *Const. Elect. 20. in pr. vers. Wann zwischen Eheleuten Ehestiftungen heredet und aufgerichtet/ etc. part. 3. Matth. Coler. de process. execut. part. I. cap. 5. n. 241. & part. I. decis. 61.* † præcisè namque servanda sunt pacta dotalia, tot. tit. ff. de pact. dotal. & C. de pact. convent. Andr. Gail lib. 2. obseruat. 80. n. 15. Non verò existentibus pactis dotalibus uxori ex statuto locali admittitur ad successionem, † consequitur utique etiam de residuo salarii eam portionem, quam cuiusque loci consuetudo seu statutum

peculiare ipsi defert, *dicit Const. Elect. 20. vers. oder sonst des Orts/ etc. † Quia statuta localia & consuetudines vim legis habent, ac juri communī derogant, l. de quibus. 32. ff. de b. Bartol. in l. viros. 8. in fin. C. de divers. offic. lib. 12. Jalon. in l. more. 5. col. 9. ff. de iuridict. omn. iudic. Deficientibus autem statutis localibus, expedita est divisio † ex Constitutione Electorali, ita ut si maritus defunctus unum vel plures liberos ex primo vel secundo matrimonio susceptos reliquerit, vidua indistinctè quadrante seu quartam bonorum partem habeat: Si verò nullis omnino liberis relictis decebat, vidua ejus trientem seu tertiam partem lucretur, *dicit Const. Elect. 20. §.* Wo aber diese Dinge ungewiss. jund. 9. seq. Et si aber der verstorbene Mann/ etc. † Quo tamen casu omnia sua bona qualiacunq; erit fuerint, una cum rebus ute. sibilibus in communem hereditatem conferre tenetur, *dicit Const. Elect. 20. §. ult. vers. und die Fratres henden Fällen/ etc. Matth. Welembet. in parat. ff. de collat. honor. n. 4. vers. moribus tamen Saxonie. Matth. Coler. part. I. decis. 61. n. 32.* † Cui ro consequens, pro ratione liberorum existentium vel non, videtur quartā aut tertiā partem residui salarii esse assignandam, factā prius collatione bonorum suorum; nec enim ullibi Salarium defuncti mariti ab hoc divisionis modo reperitur exceptum, quin potius generali sanctioni inclusum, arg. l. I. §. generaliter ff. delegat. præf.*

Ita † Consistorium supremum ad consultacionem Andrea Schurig Pastorū in Grossthiemig Er. 11 ben die 15. Iulii an. 1607. (Verba Sentent. Dorauff sprechen wir verordnete President, Räthe und Assessores des Churfürstl. Sächs. OberConsistorii allhier zu Dresden vor recht: Ist Andreas Schurig welland Pfarrer zu Grossthiemig Freitag nach Fastnacht dieses in stehenden Jahres verstorben / und hat seine ganze Verlassenschaft an seine Q. lib. und auch seine nechste Blutsfreunde verfället: So wird dieselbe nebens deme w. s. cr an Decem und andern damals verdient gehabt / gleich andern Erbstücken nach ersezung des inventarii zwischen euch und der Witwen / nach des Orts statuten, oder in manglung desselben inhalts Churf. Sächs. Constitution billich vertheilet/ etc.)

DEFINIT. CLXXVIII.

Nihil iucratur vidua defuncti Pastoris de residuo Salarii,
quando repetit bona illata.

S V M M A R I A.

1. *Vidua ex bonis defuncti mariti illata repetere valet.*

2. *Idem ex Conf. Electoral. .*

3. *Quo casu nihil iucratur de residuo salarii.*

4. *Residuum salarii jure hereditario heredibus*

I Nolo tamen hoc aliter accipi, quām si vidua defuncti Pastoris ex bonis & facultatibus ejusdem debitam sibi portionem petat: Notissimi siquidem iuris est, † vidua dari optionem in Electoratu Saxonie, num quartam seu tertiam bonorum defuncti mariti partem petere, suaque bona conferte; an vero omissā portione statutarīa dotem suam, aliaque bona illata retinere malit, † *Conf. Elect. 20. §. ult. in fin. vers.* Jeroch soll der Frauen in alle wege frey stehen / ob sie zu ihrem eingebrochenen Gute / oder aber nach Gelegenheit der Fälle zu dem vierdien oder dritten theil greissen will / etc. *Mauth. Coler. part. 1. decis. 54. num. 19.* Andt Goldbec. de gerad. cap. 5.

Ita † Consistorium supremum in causa vidua & liberorum Georgii Meyers Pastoris in Krakau Mens. Octobr. Anno 1619. (Verba Sentent: Dass von der Witwen und ihrem Kriegischen Vermunde vor allen Dingen zu erforschen / ob sie ihr eingebrauchtes Gut bilden der Gerade / oder von ihres Mannes Verlassenschaft nach dieses Orts gewonheit den dritten Theil begehret / auf den ersten Fall wird ihr nichts von deme / so der Pfarrer bey seinem Leben verdiente / gesolget / sondern sie lese sich an ihrem Einbringen samthe der Gerade begnügen. Auf den andern Fall aber wird nach Abziehung der Schulde und ersezten inventario, mit ihr Vermöge dieses Orts gewonheit gehalten / etc.)

Ei † ad requisitionem Andrea Schürigs Erben die 15. Iulii Anno 1607. (Verba Sentent. So wir des Verstorbenen Verlassenschaft nebens deme / was er an Decem und andern damals verdienet gehabt / gleich andern Erbstücken nach Erzeugung des inventarii zwischen euch und der Witwen / wosfern sie nicht zu ihrem Einbringen greissen wil / vertheilet / etc.)

defertur.

5. *Acquisita stante matrimonio soli marito cedunt.*

6. *Cui & onera matrimonii incumbunt.*

7. *Sententia Consistorii supremi. n. 8.*

titul. de primo ordine succed. num. 15. † Quod si ergo viam eligat priorem, & relictā portione statutarīa dote ac bonis illatis contenta esse malit, nil prorsus lucrabitur de residuo salarii, ex predictā Constitut. 20. † quippe jure hereditario id defertur heredibus ex bonis mariti, nec quicquam juris in eo competit uxori. Nam † acquisita stante matrimonio intelliguntur parta industriā solius mariti, cui etiam soli cedunt, c. quintus Mutius 51. ff. de donat. inter vir. & uxor. Mauth. Coler. part. 1. decis. 61. num. 39. † quia huic & onera matrimonii, alimentatio familiæ & dotatio filiarum incumbit, l. secundum dotem 22. §. 8. ff. solut. matrimon.

DEFINIT.

DEFINIR. CLXXIX.

*Æs alienum defuncti Ecclesiæ ministri etiam de residuo
Salarii exsolvi debet.*

S V M M A R I A.

1. *Ministri Ecclesiæ sepè obruti ære alieno dece- dunt.*
2. *Num as alienum de residuo salarii exsolven- dum?*
3. *Reditus ex dimidio gratiæ anno ære alieno hant subiecti.*
4. *Deciso affirmativa.*
5. *Fundamenta & rationes decidendi. n. II.*
6. *Æs alienum ab herede solvendum.*
7. *Hereditas est successio in jus defuncti univer- sum.*
8. *Lucrum non debetur ei, qui onus subire recu- sat.*
9. *Heres unâ cum augmento sustinere debet pe- riculum.*
10. *Heredes defuncti creditoribus obligati.*
11. *Sententia Consistorii supremi. n. 13.*

Sæpius accidit, ut ministri Ecclesiæ multò ære alieno obtuti decadant, quod sanè mirum non est, cum ex modico ut plurimum salario vix habeant, unde se & familiam sustentare queant, tan- tum abest, ut ab ære alieno se liberent. Quo calu num † de residuo Salarii debiti sunt exsolvenda, inter creditores & defuncti heredes quandoque disceptatur? Sanè non agimus jam de dimidio gratiæ anno, † cuius reditus ære alieno he-reditario subiecti sunt, ut demon- strabimus infra Definit. 223. De residuo au- tem Salarii quin debita hereditaria ex- solvi debeant, † vix dubium esse potest, prout bene animadvertis Andr. Rauch- bar part. 1. quest. 25. n. 22. (1.) Quia † sala- rium defertur successoribus defuncti iuro hereditario, l. post duos 15. in fin. C. de advo- cat. divers. judicior. l. matriculam. 3. C. de agen- ribus in rebus. lib. 12. l. si quis in sacris. 11 in fin. C. de proximiis sacerdotiis. scrin. lib. 12. Atqui juris explorati est, † æs alienum ut & alia one- ra hereditaria ab herede exsolvi debere, l. 1. C. sicut petat. l. 1. & 2. C. de heredit. vel act. vendit. l. pacto C. de pact. l. legatorum ff. de legat. 2. (2.) † Cumque hereditas sit luccessio in

universum jus defuncti, quod habuit tempore mortis, l. nihil aliud. 24. ff de V. S. l. hereditas. 62. ff. de reg. jur. non facile quisquam dubitaverit, iura patiter activa & passiva, commoda & incommoda in heredes transferri: æquisimè sanè, † quia ferendus non est, qui lucrum amplectitur onus autem subire recusat, ut inquit Imperator in l. un. §. pro secundo. C. de caduc. tol- lend. l. manifestissimè §. sed cum C. de furt. nam ad quem augmentum pertinet, eundem quoque ex regulâ & proportione natu- rali incommoda tenent, l. secundum natu- ram ff. de Reg. Iur. † ut proinde iniquissi- mun arbitratius fuerit Jctus Celsus, he- redem augmentum habere, nec tamen periculum sustinere, l. scribit Celsus ff. ad Sctum Trebell. (3.) Quin & heres adeun- do hereditatem contrahit cum creditori- bus hereditariis, † isque obligatur saltem ex quasi contractu, §. heres quoq; s. insit, de obligat, quo quasi ex contr. nasc. † quo jure igitur ac prætextu se eximere poterit ære defuncti alieno, quò minus id solvat ex facultatibus hereditariis, adeoque etiam ex residuo salarii, quod in bonis defuncti reperitur.

Ita † Consistorium supremum Georgio à Bindauß in Hermansdorff die 23. Junii Anno 1609.

(*Verba sentent: Hat sich der Todesfall mit dem Pfarrer zu Lauta am 20. April dieses 1609. Jahres begeben; So hat er sein jährliches Einkommen von Michaelis des vergangenen 1608. Jahres an / bis aufs nechstlinftig Michaelis zu rechnen / zur Helffe als sein erworben Gut / benebens andern seinen Vermögen auf seine hinterlassene Erben gebracht / welche darvon die erweihlichen Schulden nach eines jeden Gläubigers prioritet, so weit eszureichtet / und bey des verstorbenen Leben nicht verzehret worden / zu bezahlen pflichtig/etc.*)

13. *Ei † adquisitionem Andrea Schurichs Erben die 15. Iulii Anno 1607. (Verba sent: Ist Andreas Schurich welland Pfarrer zu Großschönitz Freytag nach Fastnacht dieses instehenden Jahres verstorben / und hat seine ganze Verlassenschaft an seine Witte, be und euch seine nechste Blutsfreunde versäßet; So wird auch die Wintersaat / und so viel bey seinem Leben die Egde bistrichen / nebens deme was er an Decem und andern domals verdiente hat / zu soicher Verlassenschaft billich gerechnet / und gleich andern Erbstücken nach Bezahlung der Schulden / zwischen euch und der Witte vertheilet / etc.)*

DEFINIT. CLXXX.

Non relinqunt Clerici res expeditorias, nisi consuetudine locali aliud sit introductum.

S V M M A R I A.

- 1. Ex sententiā Berlichii, Clerici relinqunt res expeditorias.
 - 2. Fundamentum hujus asserti in quo constat?
 - 3. Refellitur hoc fundamentum.
 - 4. In Electoratu Saxon. Clerici ad successionem feudi admittuntur.
 - 5. Clerici non relinqunt res expeditorias; & quibus exfundamentis?
 - 6. Clerici Nobiles non sunt.
 - 7. Clerici capaces non sunt rerum expeditoriarum.
 - 8. Fallit decisio quando consuetudine aliud introductum.
 - 9. Ius locale derogat iuri communi.
 - 10. Consistorii supremi Rescriptum.
- I. **N**on usquequaq; expedita est hec decisio; Autumat enim Matth. Berlichius, Clericos & ministros Ecclesiarum reformatarum etiam in rebus expeditoriis succedere, easque relinquere & ad alios transferre, part. 3. concl. 39. n. 68. & 69.
2. ex hoc unico fundamento; † quod ejusmodi personæ feuda habere & in iis succedere possint: Quod si ergo, inquit, feuda illis habere concessum, quod majus est, utiq; etiam res expeditorias, quod minus est, eis habere, relinquere, & in iis succedere permitteretur. Sed quam † debile hoc sit argumentum, demonstravi, in Ius. rūpr. Forens. ad Const. Elect. 38. part. 3. definit. 38. num. 5. & 6. Contra ius namque commune Saxonicum (quod Clericos ad successionem & possessionem feudi non admittit, Lehrerecht. art. 2. in pr. Landr. lib. 1. art. 25. ubi Gloss. n. 3.) † in Electoratu Saxoniæ specialiter id est introductum, Const. Elect. 28. part. 3. Ergo ad consequentiam non trahendum, nec firmiter inde ad res expeditorias est inferendum. † Clarissimi econtra juris est Saxonici, Clericos haud relinquere res expeditorias, (1.) per textum manifestum in artic. lib. 1. Landrech. vers. Von des Pfaffen Gut nach seinem

- seinem Tode nimbt man keine Gerade /
denn es wird alles zu Erbe geschlagen/ was
er nach sich verlebt/ ubi Gloss. sub. lit. L. Andr.
Goldbeck de geradâ. cap. 5. cit. de spesibus,
quas uxor &c. n. 12.(2.) † Quia Clerici No-
biles non sunt; Relinqunt vero res ex-
peditorias solummodo ii, qui sunt de ge-
nere nobili, art. 27. lib. 1. Landrecht/ in fin.
Welcher Mann von Rittersart nicht ist/
und des Heerschildes nicht hat/ der lesset
nach sich allein Erbe zu nehmen/ wann er
gestirhet/ und kein Heergerâthe. (3.) †
Estque hoc ipsum, quod vulgo dicitur
Clericos hau te esse capaces rerum expedi-
toriarum, Andr. Goldbec. dict. loc. n. 13. ex

quo etiam ad successionem retum expe-
ditoriarum ipsimet non admittuntur, ut
demonstratum dedi in Iurispr. Forens. dict.
Definit. 28. Aliud nihilominus deciden-
dum existimaverim, † quando consuetu-
dine locali & uero est introductum, ut à
Clericis relinquantur res expeditoriae,
quia in harum materiâ multum conse-
tudini attribuitur, Jacob. Schult. in addit.
ad Georg. Rotschitz in tract. de dotalit. art. 22. n.
16. Goldb. de gerad dict. loc. n. 9. Matth. Col-
ler. part. 1. decis. 42. & 203; Reinhard. part.
3. differ. 52. † Et derogat jus locale juri
communi, l. omnes populi. 9. ff. de just. & jur.
l. semper. 34. ff. de reg. Iur.

*Ita † Consistorium supremum Superattendenti Annabergensi & Prefecto Schwartzenbergensi, 10
die 8. Septembr. Anno 1630. (Verba Rescripti : Was an uns Nicolaus V Valda, Pfarrer
zur Erlaw/ wegen seines verstorbenen Bruders Pfarrers zu Schwarzenberg hin-
terlassenen Heergerâths gelangen lassen/ das habt ihr auf dem Beyschluss mit
mehrern zu vernehmen; Begehrn hierauf/ Ihr werdet die Partheyenfölder-
lichst vor euch bescheiden/ Sie entweder auf ein gewisses am Gelde/ oder sonstwo
gütlich vergleichen/ in Entstehung aber fühllicher Vereinigung die Verord-
nung thun/ damit Supplicanten die Stücke/ wennes zu Schwarzenberg also her-
gebracht/ und welche daselbst zum Heergerâthe gehörig/ gleichesfalls gefolget wer-
den/ etc.*

DEFINIT. CLXXXI.

De residuo Salarii Inventarium quoque ecclesiasti-
cum suppleri debet.

S V M M A R I A.

1. Conservari debet in parochiâ Inventarium ec-
clesiasticum.
2. Estque à Pastoris defuncti heredibus id sup-
plendum.
3. Etiam de residuo salarii: & quare hoc?
4. Alienum de residuo salarii exsolven-
dum.
5. Clarade hac re extit sanctio Electoralis:
6. Non habent heredes, ut de hoc conqueran-
tur.
7. Onera spectant ad eum, qui commodum fer-
tit.
8. Sententia Consistorii supremi.
9. Eiusdem Rescripta. n. 10.

Conser-

Conservari debet inventarium ecclasticum, ne Successori ac novo Pastorū nuda relinquatur possessio absque omni pecore, fumento, aliisque ad culturam agrorum pertinentibus, sine quibus nec patet familias rei œconomicæ utiliter pœesse, nec commodum vel lucelum sibi polliceri potest: † Quare post obitum Pastoris ab eius heredibus id suppletari debet, ut diximus supra Defin. 15. 8. At num ex salario & proventibus adhuc restantibus? Ita omnino est: † (1.) Non minus enim suppletio ac restitutio inventarii ecclesiastici ac reliqua debita hereditaria aë alienum facit, quod † de residuo salario ab heredibus exsolvendum demonstravimus supra Definit. 178. l. 1. & 2. C. de hered. vel act. vendit. l. 1. C. si cert petat. (2.) Quòd & facit clara sanctio Electoralis in † Or.

dinat. Ecclesiast. art gener. 42. in pr. ibi: Und die abziehende / oder der verstoßenen Pfarrer Erben an Korn oder andern Getreidige zu Felde / in den Scheunen / oder auf dem Boden / auch Strohe Hsw/ Viehe/ und andern so viel lassen / als ihnen eingeremmet / und sie im anzehn funden / etc. (3.) Nec habent heredes, de quo conquerantur, scum lucrum ac commodum ex residuo salariorum & testantibus parochia proventibus 6 ipmis accedat, ut non immerito vicissim onus sustineant, & de iis inventarii suppleant: quid enim æquius, quam ut † onera & incommoda teneant eum, ad quem augmentum pertinet, l. secundum naturam ff. de Reg. Iur. nec fecundus est, qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat, l. un. §. pro secundo. C. de caduc. tollend.

Ita † Consistorium supremum ad consultationem Iohannis Zechendorffs Pastoris & Virgilius Iacobi Prefectum Hartenstein die 27. Septembr. Anne 1608. (Verba Sentent Auch seyn die Witte und andere des verstorbenen Erben das Inventarium, wie es in der matrikul zu befinden / und es der Verstorbene bey seinem Anzug überkommen / von der an noch restirenden Besoldung aussenstehenden Decem, und andern / so verdienet worden/ dem Successorū zu erstatten und inne zu lassen schuldig / etc)

Nec † non M. Christiano Villio Superattendanti Coldicensi & Cassari Henrico à Milkav in Colmen, die 5. Februar. Anno 1634. (Verba Rescripti: Ob wol des vorigen Pfarrers Witte und Kinder mit der bishero eingehobenen Nutzung sich gänzlichen contentiri zu lassen nicht schuldig; So seyn sie doch nunmehr bey ihren Abzug das Inventarium so viel nicht allbereit daran abgerichtet zu ersezgen pflichtig etc)

Et † Senatui Haynenſ die 16. Martii Anno 1616. (Verba Rescripti: Dieweil ewern eigenen Bericht nach der Pfarrer den 19. Augusti nechstverwichen 1615. Jahres verstorben / und dahero nicht allein die domalige Endre ganz sondern auch desselben Jahres Decem, so Michaelis vor betager geachtet wird / fast gar verdienet, So ist solches Inhalts des 41. general articulz zu seiner Besoldung und Einkommen zu rechnen / davon aber die Witte und Erben das Inventarium zu ersezgen schuldig / etc.)

DEFINIT. CL XXXII.

Facta divisione reddituum parochialium inter antiqui Pastoris heredes & novum Parochum, cuinam cedant stramenta & pabulum / pecuarium, das Geströde und Fütterey?

S V M.

S V M M A R I A.

1. *Vsus stramentorum ac pabuli pecuarii.*
 2. *Cuinam hac cedant?*
 3. *Pertinent ad heredes defuncti pastoris.*
 4. *Novo tamen Parocho competit in hisce ius promis eos.*
 5. *Tentanda etiā circa hec amicabilis compositio.*
 6. *Adducitur Ordinatio Ecclesiastica.*
 7. *Quod consuetudine obtinuit, observari debet.*
 8. *Praxis Consistorii supremi.*
 9. *Consuetudo vim legis obtinet.*
 10. *Sententia Consistorii supremi.*
 11. *Eiusdem decreta n. 12.*
- N**on parum commodi accrescit culturæ agrorum parochialium & gubernæ novi pastoris œconomicæ ex stramentis ac pabulo pecuario, prout appetet ex Ordinat. Ecclesiastica tit. gener. 41. in pr. quare & † de hisce non raro disceptatur inter defuncti pastoris heredes & novum Parochum, cuinam ea cedant? Etsi verò dubium vix est, † quin stramentum hoc & pabulum à defuncto semel acquisitum in bonis ejus reperiatur, & proinde ad ipsius heredes pertineat; Attamen novo Parocho hoc nomine triplici verò modo consultum esse potest. (1.) † Vt in rebus illis venalibus jus protimiseos detut novo Parocho, quod & jure ipsi competere, si defuncti heredes eas distrahere velint, demonstravimus subr. Defin. 161. (2.) Tentanda est amicabilis compositio † inter partes, ita ut novo Parocho prospiciatur, eiusquo res œconomicæ promoteantur, nec tamen heredes defuncti pastoris inde nimium laudantur: † quod & innuit Ordin. Eccles. in tit. gen. 41. in pr. verb. eine billiche vergleichung machen / jundt. verb. damit der Witben und thren Kindern das ientige / so der Vatter seiliger fast verdienet hat / nicht entzogen / oder doch die Pfarrer nichts gar verderet und ausgeschöpft werde / daß der neue Pastor nachmals gar nichts finde / etc. Le-

gumlatori siquidem circa amicitiam & concordiam magis, quam circa justitiam studendum, Aristot. 8. ethic. 1. Ant. de Guevar. in horolog. princip. lib. 2. cap. 38. (3.) † Ac tandem quid consuetudine obtinuit, bene ponderandum, plurimis siquidem in pagis ac villis, defuncto Pastore, stramentum & pabulum pecuarium ex usu saltem novo cedere Parocho, compertum habemus. Quod & in Consistorio supremo hinc verbis consignatum reperitur: † Auch do der Fütterung halber die gewonheit / daß alles geströde und wiesewachs bey der Pfarr bleibe müssen sie / soviel als nach dem Winter über vorhanden / dem neuen Pfarrer lassen: hat es mit der fütterung / wie an etlichen orten gebräuchlich / eine gewisse Maß und Anzahl / daß man etliche Schock und Tüder hewassen müß / so wird es auch der zeit im Jahre ermessiger / damit sie und der neue Pfarrer zu frieden seyn können / und keinem Theil zu viel oder wenig gehabt werde. Nec enim firmior decisio peti poterit, quam à consuetudine, † quae vim legis scriptæ obtinet, §. sine scripto. instit. de iur. nat. gent. & civil. omnesque dirigit & informat actus mundi, Molin. in comm. C. lib. 1. tit. 1. concl. de stat. & consue local. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 7. defin. 21.

Ita † Consistorium supremum ad requisitionem Iohannis Zechendorffers & Virgilii Iacobi zum 10 Hertenstein die 27. Sept. Anno 1608. (Verba Sentent. Und da der fütterung halber die gewonheit vorhanden / daß alles geströde und Wiesewachs bey der Pfarr bleibet / wird so viel / als nach dem Winter übrig / dem neuen Pfarrer alleine gelassen / etc.) Item † in causa Jeremia Fabers, contra M. Augustini VValers Erben / die 29. Martii Anno 1615. II (Verba Decreti: Jedoch soll dem neuen Pfarrer das Hew / Grommet und Geströde Gg umb

umb bishüflichen Werth in der Pfarre gelassen / und ihm hierüber wegen nicht vollständig beschickter Wintersaat / so viel drey Viertel Korn an Körne und Geströde aufzutragen / von seines Antecessoris Erben erstatuet werden / deme also beyde Theil gehorsamlich nachzuleben versprochen und zugesagt / etc.

12. Et † in causa Elisabetha, vidua Pastoris in Schayfeld contra Albinum Seifriden, die 13. Octobr. Anno 1620. (Verba Decreti: Was nach Ersetzung des Inventarii an Hew / Grommee und Geströde verhanden / dafür soll ihr bishüflicher Abtrag von der Kirchen geschehen / und künftig beydes / wie auch jeso und künftig der Tünger ohne Abtrag in der Pfarre erblich gelassen werden / etc.)
-

T I T. XII.

De

DIMIDIO GRATIA ANNO, SIVE SALARIO SEMESTRI.

DEFINIT. CLXXXIII.

Ultra salarium, quod defunctus Ecclesiæ minister promeruit, ex singulari beneficio viduæ ac liberis ejus etiam dimidius gratia annus hisce in provinciis asignatur, das halbe Gnadenjahr.

S M M A R I A.

1. Modica ministrorum Ecclesie sunt stipendia.
2. Hereditibus ipsorum speciale beneficium, sive Salarium est concessum.
3. Quod in redditibus anni in sequentia consistit.
4. In Electoratu Saxon. Salarium hoc est duntaxat semestre.
5. Vulgo das halbe Gnadenjahr.
6. Idq. cum residuo salarii nihil commune habet.
7. Fundatum est in Ordinazione Ecclesiastica & Electoralis Saxonica.
8. Causa & ratio hujus beneficij.
9. Rescriptum Consistorii supremi.
10. Eiusdem Sententia.

Cum plerisque verbis divini ministri in vilkis atque pagis, quin & oppidis quandoque totum penè tempus vitæ cum rei domesticæ angustiâ transfigant, nec ramen inde lucentur & habeant, ut ad susficienciam se alere queant, tantum abest, ut viduæ ac liberis suis thesauros colligant, ubique fere locorum † post obitum ipsorum, hereditibus speciale salarium largiri pluim sicut visum & humanum, Ernest. Cothm. Rspson. Academ. 46. num. 19. Andr. Rauchbar. part. 1. quest. 25. Et quidem plerisque in locis consistit illud † in redditibus totius in sequentis anni, unde vulgo appellatur das Gnadenjahr. Bedencken

der Theologen in Ponitern vom Gnadenjahr der Pfarrer Witthen Anno 1572. verfasset in einem convent zu Stettin apud Georgium De dekenum vol. 1. part. 2. membra. 4. sect. 2. num. 16. pag. 898. Rauchbar dict. quest. 25. num. 12. At hisce in provinciis † ex Electoris Saxon. D. Augusti Constitutione Ecclesiastica Anno 1580. edita, semestria duntaxat salaria, sive proventus dimidii tantummodo anni viduæ ac liberis defuncti Parochi assignantur, † quod communiter vocatur das halbe Gnadenjahr / Rauchbar dict. loc. Sigismund. Finckelthul. de jure patronat. cap. 6. num. 93. Obtinent vero dimidium hunc gratia annum heredes

- 6 heredes non jure hereditario, sed ex speciali beneficio ac gratia ultra salariu[m], quod defunctus promeruit; quare cum residuo salarii beneficium id nil communne habet, sed jure proprio heredibus debetur: quo de ita provisum f[er]m[in]o ordinat. Eccles. Rubr. Von Immunitatibus und Freyheiten der Kirchendiener. fol. 108. s. Und zu ferner Gnade. ibi: Zu ferner Gnade wollen wir der verstorbenen Pastoren und Kirchendiener Wittben und Kindern ein halb Jahr nach ihres Ehenwirths und Batten abster-
- ben / in der Pfarr . Predig[er] oder Diaconat-Behauung den Sitz / dazu den halben theil seiner Jahrbesoldung von zeit seines Absters bens an folgen / und unterdessen den Predig[b]ienst durch die benachbarten Pfarrer versehn lassen / etc. Humanitatis ne tempe causa & pietas huic sanctioni f[er]m[in] causam dedit, quod etiam post morem ministrorum verbi divini: gratitudo & liberalitas erga Ministerium demonstraretur, & heredes defunctorum solatio quodam reficeretur.

Ita f[er]m[in] Confistorium supremum Superintendentie Chemnicensi & Prefectio Lichtenvaidensi die 1. Iulii Anno 1627. (Verba Rescripti : Wann dann vermöge der Kirchenordnung und derselben observantz, von zeit des vorigen Pfarrers Absterben / auf sein ganzes Jahr der halbe Theil des Pfarrlichen Einkommens / etc. gegen Erstattung der halben umkosten und erzeugung des Inventarii, wobei dasselbe der Verstorbene bey seiner Amtretung bekommen / seinen Erben zu sonderbarer Begnadung gebühret; Als ist unser Gehren / etc. Ihr werdet daran sehn und verschaffen / damit auch in gegenwärtigen fall es also gehalten, und bey bevorstehender Erndie und künftig kein Theil dawider beschweret werden etc.)

Ei f[er]m[in] ad consultationem Iohannis Zechendorffers Pastoris & Virgilius Iacobi Praefecti Hartensteinensis die 27. Septembr. Anno 1608. (Verba Sentent. Iff Sacharias Schröter zu Diegelheim im vergangenen 1607. Jahr drey Wochen vor Michaelis verstorben; So hat er desselbigen Jahres Pfarrliches ganzes Einkommen auf seine hinterlassene Witwe und nachste Erben als seine verdiente Besoldung gebracht und vererbet. Aber des folgenden Jahres vollständiges Einkommen von Michaelis Anno 1607. bis Anno 1608. wird zwischen des verstorbenen Pfarrers Wittben oder Kindern ihrer Begnadigung wegen / und dem neuen Pfarrer zugleich getheilet / etc.)

DEFINIT. CLXXXIV.

Beneficium Salarii semestris in gratiam viduæ & heredum, invito novo Parocho, ulterius extendi non potest.

S V M M A R I A.

1. Salarium sicut semestre competit heredibus defuncti Pastoris in Electoratu Saxonia.
2. Nec potest hoc à Magistratu ulterius extendi: & quare? n. 6. 10.
3. Liberalitas Principis coardari haue debet. num. 7.
5. Ad Principem spectat, multa & magna docere.
6. Beneficia Principum ad augmentum convertenda.
8. Liberalitas Principis tertio haue prejudicare debet.
9. Beneficia Principis hoc casu strictissime interpretanda.
11. Principi subditorum iure inverttere haue fas est.

12. *Salarium semestre pro speciali beneficio habendum.*
13. *Singularia duo in uno subiecto non ad-*
- H**ilce igitur in provinciis beneficium
annui salarii ad spatum semestre est
restrictum, *Defin. pract. pro effluxo he-*
redes defuncti Pastoris ulteriori gratia
non gaudent, sed ad perceptionem tota-
lem novus admittitur Parochus. Quid
- 2 autem si ex † speciali favore, Magistratus
beneficium istud extendere velit? *Dixe-*
ris forsitan hoc ipsi facere fas esse, propter-
ea quod liberalitas Principis freno non
- 3 subdit, † nec coactari debeat, *l. penult. C. de*
donat. inter vir. & uxor. l. sancimus. §. exceptio.
C. de donat. l. hanc saluberrimam. C. de prepositis a-
- 4 gentium in rebus, † & ad Principem spectat,
multa magna donare, §. ut autem lex in
Auth. de non alien. aut perm. rebus Ecclesiast. Ti-
ber. Decian. volum. 1. Respons. 25. num. 60. &
seqq. Nicol. Everh. jun. vol. 1. consil. 1. n. 32.
Vnde proprium esse Regum ac Princi-
*pum munus, de quamplurimiis bene me-*tit. 2. defin. 22. (2.)**
teri, inquit Philip. Comin. lib. 2. comment.
pag. 377. & testatur ipsemet Imperator,
- 5 † temerarium & absurdum fore, per astu-
tam interpretationem beneficia Princi-
pum non ad augmentum, sed diminutio-
nem convertere, *l. ult. circa med. C. propos.*
argent. in rebus. Bald. in l. unic. § cum autem.
C. de caduc. tollend. Nicol. Reusn. lib. 1. cons.
- 6 1. n. 55. Sed verius est contrarium. † Nec
valet Princeps in unius vel alterius gratia
Salarium semestre invito novo Parocho,
- 7 in longius extendere tempus. (1.) † Etsi
enim, ut modò diximus, liberalitas Prin-
cipis non est coactanda, quin potius pri-
vilegia ejus latissime interpretanda, *l. ult.*
ff. de constitut. Princip. l. ex facto. in princ. ff. de
- mittuntur.
14. *Rescripta Consistorii suprimenti.*
- vulg. & pupill. substitut. attamen hoc aliter
non obtinet, quam † salvo iure tertij, Ja-
son. in l. quo minus. num. 11. ff. desum. Joach.
Mynsing. lib. 3. observat. 31. Herren. Vult.
vol. 3. consil. Marpurg. 35. nu. 160. Andr. Gail
lib. 2. observat. 1. n. 14. Octav. Cacher. decis.
90. num. 11. Matth. de Afflict. decis. 286. n. 3.
At quis non videt, ejusmodi extensionem
maxime in præjudicium novi tendere Pa-
storis, † quare potius beneficium Princi-
pis hoc casu strictissime debet interpre-
tari, *l. 2. §. meritd. & §. si quis à principe. ff. ne*
- 9 *quid in loco publ. Ludolph. Schradet. de feud.*
part. 4. c. 1. n. 31. Anton. Fab. in Codic. lib. 1.
- 10 *tit. 2. defin. 22. (2.)* † Ex quo etiam bene-
ficium istud ad spatum semestre Ordina-
tione publicâ est restrictum, hoc ipso se-
quentis temporis reditus novo Parocho
sunt assignati, quare invito ipsi rursus au-
ferri nequeunt; † Nec enim Principi subditorum iura inverttere fas est, *l. 2. §.*
- 11 *meritd. 10. & §. si quis à Principe. 16. ff. ne quid*
in loc. publ. l. 4. C. de emancip. liber. Ant. Fab.
in Codic. lib. 6. titul. 5. Defin. 2. n. 21. (3.) Ne
- 12 *dicamus, † quod defuncti Pastoris hec-*
dibus per concessionem salarii semestris
speciale jam fuerit indulsum beneficium,
cui si accederet extensio, in uno eodem-
que casu duo concurrerent singularia, †
- 13 *quod jura detectantur, l. 1. C. de dot. pro-*
miss. Ludovic. Roman. consil. 350. num. 16.
vers. duplex autem fictio, &c. Andr. Tiraquell.
in l. si unquam. 8. verb. donatione largitus, n. 167.
C. de revocat. donat. Dom. Cardin. Tusch.
pract. concl. 22. nu. 1. & 4. lib. 3. lit. F. Camill.
Borell. consil. 46. num. 12.

Ita † Consistorium supremum Superattendentii Hainensi & Prefecto Mühlbergensi die 14. Martii, 14
Anno 1634. (Verba Rescripti: Wir haben ewern eingescickten Bericht / wie auch des
newen Pfarrers zu Borack Christopheri V Vulturii Erklärung/wegen der von der Pfarr-
witten daselbst bisher gesuchten ganzen Jahresbegnadung und Wohnung verlesen
höre en/

hören. Wann dann darauf zu vernehmen/ daß der Wittben suchen bey ihmeln gew. ten nit zu erhalten / er auch darzu wider seinen Willen bey so gestalten Sachen nicht gezwungen werden kan; Als ist hier mit unser Begehrn/ Ihr woller beyde Theil dar. aufs bescheiden/ und der Wittben auferlegen / wann das halbe Gnadenjahr verflossen/ daß sie die Pfarrwohnung reumen/ und das inventarium ersezgen solle/etc.)

DEFINIT. CLXXXV.

Ex beneficio Salarii semestris omnium indifferenter redditum ac preventuum annuorum medieratem capiunt heredes.

S V M M A R I A.

1. *Salarium semestre in omnibus indifferenter redditibus consistit.*
 2. *Etiam instrumento generis cujusq.*
 3. *Rationes & fundamenta hujus asserti. n. 7.*
 4. *Verba generalia generaliter sunt accipienda.*
 5. *Generale verbum omnia includit.*
 6. *Indefinita locutio universali æquipollat.*
 8. *Observantia Consistorii supremi quanam?*
 9. *Consistorii supremi Rescriptum.*
 10. *Eiusdem sententia.*
- V** Igore & beneficio Salarii semestris, non modo de Salario defuncti participant heredes dimidiā portionem, sed & medieratem omnium indifferenter redditum ac preventuum annuorum parochialium capiunt, sive in † frumento generis cujuscunque, sive in certis pensionibus aliisque fructibus constant, Gedencender Pomerischen Theologen vom Gnadenjahr der Pfarrwittben/ apud Georg. Dedeckn. vol. 1. part. 2. pag. 898. §. Weil es nun ungleiche Fälle seyn/etc. Idque appareat † (1.) ex verbis generalibus Ordinationis Ecclesiasticae sub Rubr. von Immunizatibus und Freyheiten der Kirchendienet. fol. 108. §. und in ferner Gnade. ibi: darzu den halben Theil seiner Jahrbesoldung von Zeit seines Absterbens an/etc. que sane absque distinctione & indifferenter sunt posita. † quare & generaliter & absque distinctione intelligenda, l. de pretio. ff. de publ. in rem act. l. i. §. generaliter i. ff. de legat. præst. Scitè hinc Baldus ait: generalem locutionem nihil relinquere intactum, † & verbo generali omnia includi, lib. 1. consil. 35. Virgil.
- Pingit z. quest. 3. num. 4. Estque communis & ab utriusque juris Interpp. recepta regula, † quod indefinita locutio à lege prolata æquipolleat universali, Glos. in cap. ut circa in pr. extr. de elect. Dyn. in Rubr. de Reg. jur. in 6to. Bartol. in l. sipluribus ff. delegat. 2 Gagnol. in l. 1. num. 9. de Reg. jur. Didac. Covarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 13. num 8. (2.) † Et probè notandum, medieratem salarii prædictis verbis attribui defuncti heredibus,) der halbe Theil seiner Jahrbesoldung.) Jam vero salarium non modò in pecuniâ numeratâ, sed etiam, in pagis præsertim, in certis teditibus, decimis, frumento, fructibus agrariis & horrenibus consistit, prout expeditum reddit Ordinat. Ecclesiast. art. general. 20 in fin. vers. In Dörffern aber. (3.) † Accedit tandem usus & observantia in Consistorio supremo bisce verbis consignata: und ihnen darnach das halbe Theil des ganzen Einkommens gefolget / bendes an Decem, und auch an denen usm Felde/ Wiesen und Gärten erwachsenen Früchten. sub Rubr. Verzeichniss / wie es im Consistorio zu Meissen mit Abtheilung des halben

halben Gnadenjahres / so nach Absterben
der Pfarrern ihren Witben und Wäisen
zum besten verordnet/bishero gehalten wor-

den etc. §. Wann dann ein Pfarrer umb
Michaelis/etc.

- 9 Ita † Consistorium supremum Superattendenti Chemnicensi & Prefecto Lichtenwaldensi die 1.
Iulii Anno 1627. (Verba Rescripti: Wann dann vermöge der Kirchenordnung und
derselben observantz von Zeit des vorigen Pfarrers Absterben / auf ein ganzes Jahr
der halbe Theil des Pfarrlichen Einkommens an Decem, Gelde / auch außim Fel-
de / Wiesen und Gärten erwachsenen Früchten und andern Zubehörungen / gegen
Erstattung der halben Unterkosten und Ersetzung des inventarii: wir dasselbe der Ver-
storbene bis seiner Anreitung bekommen seinen Eiben zum halben Gnadenjahr ge-
bühret / etc.)
- 10 Et † ad requisitionem Iohannis Zechendorffers Pastoris, & Virgilii Iacobi Prefecti Harten-
steiniens die 23. Septembr. Anno 1608. (Verba Sentent: Des folgenden Jahres voll-
ständiges Einkommen aber von Michaelis Anno 1607. bis Anno 1608. darunter die
Sommerfrüchte so wol aller Decem, ob er wol Martini, Weihnachten/oder Fastnacht
hernacher allermöst fellig auch gehören / wird zwischen des verstorbenen Pfarrers
Witben oder Kindern ihrer Begnadung wegen / und dem neuen Pfarrer zugleich
getheilet/ etc.)

DEFINIT. CLXXXVI.

De reditibus quoquè à Filialistis Parocho solvendis, medietas jure
salarii semestris defuncti heredibus cedit.

S V M M A R I A.

1. Quanam Ecclesia dicitur Mater: & unde
hoc nomen?
2. Queritur si Filia?
3. Ex pensione etiam Filialistarum medietas ju-
re salarii semestris heredibus cedit.
4. Quibus ex rationibus & fundamentis n. 8.
5. Verba generalia omnes comprehendunt personas
6. Filialista ad salarium parochi annum con-
tribuere tenentur.
7. Salarium semestre gratitudinis habetur signū.
9. Consistorii supremi sententia.
- U**nntis duabus Ecclesiis, primaria, in
qua Parochi est habitatio, quæque
dignior judicatur, vulgo dicitur Mater,
cap. ad audiencem. 3. extr. de eccles. edific. al-
tera vero Filia. Joseph. Mascard. deprobat.
conclus. 114. num. 16. & 17. Anton. Fab. de
relig. regend. lib. 3. cap. 17. n. 25. † unde pa-
rochiani nuncupantur Filialistæ, quæque
decimas & pensiones Parocho salarii
nomine exsolvent; † Harum medietas
quin etiam defuncti Pastoris heredibus
cedat jure salarii semestris, dubium vix
- est pensanti (1.) † verba generalia Or-
dinat. Ecclesiast. sub Rubr. von Immunitatibus
vnd Freyheiten der Kirchendiener fol. 108.
§. Vnd zu ferner Gnade. ibi: den halben
Theil seines Jahrbesoldung/etc. † quæ pro-
culdubio reditus à Filialistis pariter & pa-
rochianis primariis solvendos compre-
hendunt, arg. l. i. §. generaliter. ff. de legat.
pref. (2.) † Cumque Filialistæ ad salarium
Parochi annum & quæ contribuant de-
cimasque præstent, quæ ratione præsta-
tiones hæc excipere licebit à dimidio
gratiae

gratia anno, qui in medietate salarii annui consistit, innuente vocula, Jahrbe, 7 soldung / in dicta Ordin. Ecclesiastica. (3.) † Nec minimum gratitudinis signum exhibet salarium semestre, viduis ac liberis defuncti Pastoris debitum, quod parochiani praestantes suam declarant pietatem & gratitudinem erga defunctum pro praefito in sacris sibi officio : quare nec

Filia listae signum id gratitudinis detinere debent : æquum enim est, ut ei retribuant carnalia lege gratitudinis, à quo participes sunt facti bonorum spiritualium, 1. ad Corinb. 9 vers. 11. Theodor. Reinking de regim. secul. & ecclesiast. lib. 3. class 1. capi 8. n. 2. Matth. de Afflict. in prefat. ad decis. Neapol. n. 2. .

Ira † Confessorium supremum ad consultationem Iohannii Bechendorffers & Virgilius Jacobizum 9 Hartenstein die 27. Septembr. Anno 1808. (Verba Sentent: Es ist auch so viel die Abrechnung des halben Gnadenjahrs anlangt / das Filial, ob es gleich nicht Thurn, fürstlich Sachs. Lehen von der Hauptkirchenicht zu unterscheiden / sondern derselben gleich zu achten/etc.)

DEFINIT. CLXXXVII.

Habitationem quoque in domo parochiali tribuit heredibus defuncti Pastoris Salarium semestre.

S V M M A R I A.

1. Vbiq; ferè locorum ministri Ecclesia liberā gaudent habitatione.
2. Cuius beneficii durante semestri heredes quoque sunt participes.
3. Probatur hoc ex Ordinatione Ecclesiastica.
4. Ius habitationis libera non minima salarij pars est.
5. Durante semestri Pastores vicini sara expediunt U Bique ferè locorum ministri Ecclesia liberā gaudent habitatione in domo parochiali, hunc insinum peculiariter constructā & ædificatā, quod certè non minimum est beneficium, de quo clarè dispositum in Ordinat. Ecclesiast. art. generali. 32. † cuius non minus atque aliorum reddituum parochialium participes sunt heredes defuncti Parochi, quibus ante spatum semestre post obitum Pastoris ex domo parochiali distendere hanc injungendum est, † Ordinat. Ecclesiast. sub Rubr. von immunitatibus und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu ferner Gnade. in verb: wollen wir der verstorbenen Pastoren und Kirchendiener Witwen und Kindern ein halb Jahr nach ihres Ehemirths und Vatern Absterben in der Pfarr / Predig. oder Diaconat Behausung den Sitz lassen / etc. Nec immerius: (1.) † quia jus habitandi in domo parochiali non minima reddituum & salarii pars est, dict. art. generali. 32. Decret. Synodal. pag. 17. §. Wir erfahren nicht weniger etc. quare unà cum reliquo salario semestri æquè viduis ac liberis defuncti Pastoris cedit ; praesertim cum parochia hanc intersit, vacuam relinquunt habitationem ante effluxum semestrei, † quo

quo durante rarissime substituitur novus Parochus, sed vicini Pastores divina expedire tenentur, Ordinat. Eccles. dict. Rubr. Ven immunitatibus und Freyheiten der Kirchendiener. s. und zu ferner Gnade, vers. und unterdessen den Predigdienst durch die benachbarten Pfarr oder Diaconat verschen lassen / etc. (2.) † Nec jus alimentationis, quod causam non minimam dedit beneficio salarii semestris, habitationem excludit, quippe † quæ & ipsa nomine alimentorum venit, eique debetur, cui alimenta sunt præstanta, Legatis ff. de aliment. & cibar. legat. l. verbo vietus. ff. de verb. signif. Gloss. in l. cum hi §. qui transigit. ff. de transact. ubi Jason & Dd. Bartol. in tract. aliment. num. 1. unde habitatio † dicitur alimentorum pars, c. E-

piscopus. 10. quest. 2. Berous vol. 2. consil. 24. n. 8. Rol. à Valle vol. 1. conf. 22. n. 1. Simon. de Præt. in tract. de interpr. ult. volunt. lib. 4. dub. 8. n. 6. Johan. Petr. Surd. de alment. tit. 2. quest. 3. num. 5. (3.) † Et vel saltem jure retentionis mansio in domo parochiali competit defuncti Pastoris heredibus, usque dum iis de creditibus salarii semestris fuerit satisfactum, arg. l. que omnia. 25. in fin. cum l. seq ff. de procurat. l. 1. §. is autem ff. de superf ex quo nec † vidua destitui potest possessione bonorum mariti, donec ei fuerint soluta omnia, quæ jure ex facultatibus defuncti mariti petit, Const. Elect. 25. in fin. part. 2. Andr. Rauchbar. part. 1. quest. 33. num. 22. Matth. Welsemb. part. 1. consil. 77. num. 9. Hartman. Pistor. part. 1. quest. 4. n. 3. 2.

Iea † Serenissimus Saxonia Elector Consistorio VVittebergensi die 18. Novembr. Anno 1629. 1. 1
(Verba Rescripti: An uns beklage sich unterthänigst M. Iohannes Mylius vocirter Pfarrer nacher Sandesdorff über seines Antecessoris M. Iohan Georgen Jagentensels hinterlassener Witben / daß sie bis auf Reminiscere künftiges Jahres in der Pfarrwohnung verbleben / und derselben Einkommen geniesen wolte / wie ihr aus dem Einschluß zu befinden. Wann denn unsere Kirchenordnung subtit. von immunitatibus und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu ferner Gnade etc. diffals clare Mosse giebt / daß der verstorbenen Pastorn und Kirchendienern Witben und Kindern ein halb Jahr nach ihres Ehenwirths und Vatern absterben in der Pfarr/ Predicatur, oder Diaconat Behausung der Siz / darzu der halbe Theil seiner Jahrbesoldung gefolget werden soll / wir auch dahin allbereit am Ende des abgewichenen 1628. Jahrs/ in Sachen Blasium Müllern und desselben Successorn zu Lénsdorff/ M. Iohannem Georgium Seldten betreffend / euch gewiesen / und in allen dergleichen Fällen euch darnach zu achten besohlen; Als begehren wir hiermit gnädigst / Ihr werdet gedachte Pfarr. Witbe von ihrem unbefugten vornehmen gänzlich abweisen / und hingegen dran seyn / daß Supplicanten die Pfarrwohnung nebst künftige Weihnacht. Feierrage / weil alsodenn der Witben halbes Gnadenjahr sich enden wird / eingereumet / und von der Zeit an das Pfarrliche Einkommen ihme völliglich gereicht werde / auch künftig in allen dergleichen Fällen euch darnach achten/damit die neue anziehende Pfarrer sich ferner zu beschweren nicht Ursach haben mögen / etc.

DEFINIT. CL XXXVIII.

Licet proprias habeant ædes, in quibus commorari possit.

S V M M A R I A.

1. Si liberi defuncti Pastoris proprias possideant ades, num iis competit beneficium habitationis?
2. Ius habitationis equiparatur alimentis.
3. Alimentationi conditio semper annexa, num alimentarius opus eam habeat.
4. Decisio ponitur affirmativa. n. 9.
5. Pluribus existentibus causis, deficiente una al-

Quid autem si vidua ac liberi defuncti Pastoris proprias possideant ædes, ita ut opus non habeant iure habitationis in domo parochiali, anne tunc illa emigrare ipsos oportebit ante spatium semestre? Dubium sanè facit, † quod ius hoc libertæ habitationis non male comparetur cum præstatione alimentorum, cui semper conditio est annexa, † si scilicet alimentarius opus iis habuerit, Bartol. in l. libertis quos. §. 1. n. 3. ff. de alim. & cibar. legat. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 7. defn. 20. n. 2. ex quo ergo habitatio supedit heredibus in propriâ domo, non est, ut querant illum in parochiâ. Sed et si salariū semestre inititur jure alimentorum, non sola ratione hæc est causa illius privilegii, † sed accedit gratia specialis & beneficiū Principis, quo iure habitationis in domo parochiali donantur viduae ac liberi defunctorum Ecclesiæ ministrorum: deficiente ergo quantumvis causâ alimentationis, beneficium tamen Electorale iis subvenit, ne statim emigrare teneantur; † quādo enim unius rei duæ sunt causæ, tametsi una ex his cesseret, altera tamen rem sustinet, §. affinitatis. 6. instit. de nupt. l. ventri. 8. §. in bonus. 2. ff. privil. creditor. Bartol. in l. liberorum, 11. in princ. n. 1. ff. de his qui non, in fœn. Saraphin. de iurament. privil. 100. n. 8. Andr. Tiraquell. in Regul. cessante causâ, lim.

- tera rem sustinet.
6. Salarium semestre piguius est alimentis.
7. Beneficia Principis latissimè interpretanda.
8. Adducitur pro fundamento Ordinatio Ecclesiastica.
10. Ius retentionis subvenit hoc casu heredibus.
11. Consistorii supremi Rescriptum.
22. num. 1. & seqq. † Quin nec simpliciter salarium semestre cum alimentis equiparare licet, longè pingvior enim huius quam alimentorum est ratio, singulare privilegio ac beneficio munita, quod (1.) † largissimè est interpretandum, l. ult. ff. de constit. princip. l. ex facto in princ. ff. de vulgar. & pupill. substit. Herman. Vult. 1. consil. Marpurg. 16. n. 63. & 64. Theod. Reink. de regim. secul. & eccles. lib. 2. class. 2. c. 8. n. 36. (2.) Nec ullam admittunt restrictionem vel distinctionem † verba eius generaliter posita in Ordin. Eccles. sub Rubr. von Immunitatibus uad. Freyheiten der Kirchendiener. 9. Und zu fernerer Gnade, ut nec hinc nos distinguere oporteat, num viduae & liberi proprias possideant ædes vel non. Ceteroquin † & alii redditus parochiales annui hâc restrictione comprehensi essent ut nepe horum medietas non cederet viduae & liberis, qui aliunde habent, ut vivere possint. Quod tamen: non facile quis quam dixerit, obstante sanctionis generalitate, quæ limitationē hancce excludit, l. de precio. ff. de publ. in rem. act. Bart. in l. si pluribus. ff. de leg. 2. Cagnol. in l. n. 9. ff. de reg. jur. (3.) † 10 Ne dicam, quod iure retentionis tueri se queant comorantes in domo parochiali heredes, usque dum iis de salario semestri fuerit satis factum, ut maximè proprias possideant ædes, Definit. preced.

H h

Ita

Ite † Consistorium supremum Gotthartii Berneri anno 1619. (Verba Rescripti: Wannr. 11
nun gleich des verstorbenen Pfarrers Witwe und Erben ein eigenes Haus haben/
so bemeldter Pfarrer nach sich verlassen / darinnen sie sich gar wol aufzuhalten kön-
nen; So mögen sie doch vor Verfließung des halben Gnadenjahrs die Pfarrwoh-
nung zu reumen / wider ihren willen nicht angehalten werden/etc.)

DEFINIT. CLXXXIX.

Durante dimidio gratiæ anno , Nummi confessionarii, die
Beichtpfennige defuncti viduæ ac liberis cedunt.

S V M M A R I A.

- 1. Modica sunt salario ministrorum Ecclesiae.
 - 2. Nummos confessionarios sponte oblatis acci-
pere licet ministrus Ecclesiae.
 - 3. Cedunt hi durante semestri heredibus.
 - 4. Fundamenta & rationes huius decisi.
 - 5. Heredibus defuncti Pastoris plenissimè est pro-

1. **M**odica quia sunt, præsertim in villis
& pagis ministrorum Ecclesiae sala-
ria, nequaquam invidenda iplis acciden-
tialia honoraria, inter quæ etiam referuntur
Nummi confessionarii, die Beichtpfen-
nige / quos licet à confitentibus exigere
non licet, † sponte tamen oblatos acce-
piat proibitum non est, quin potius
verbis expressis permittum in Ordin. Eccles.
art. general. 26. infn. pr. ibi: Do thnen aber
temands etwas freywillig ungesordert zu
geben genetgt / das soll thnen zunehmen un-
verbotten seyn/etc. Vide supra Definit. 11. 8.
2. Quid ergo in hiscē iuris, † duran-
te semestri post obitum Pastoris? Non
minus ac salario redditusq; parochiales
defuncti viduæ & liberis eiusmodi ho-
noraria cedunt. (1.) † Etsi enim propriè
salarii nomine non veniunt, sed acciden-
tialia dicuntur, quæ offerte cuiusvis arbitrio
est permittum: attamen inuitu præ-
stitarum operatum perinde ut salario sol-
vuntur, ex quo bene iis æquiparantur,
præsertim hoc casu , quo Legislator Se-
renissimus † viduas ac liberis defuncto-
 - 6. Favorabilis est sanctio de salario semestri.
 - 7. Favores sunt ampliandi.
 - 8. Durante semestri actus ministeriales per vicini-
nos Pastores expedientur.
 - 9. Consistorii supremi Rescriptum.
- rum Ecclesiae ministrorum plenissimè pro-
spicere voluit in Ordinat. Eccles. sub Rubr. von
Immunitatibus und Freyheiten der Kirchen-
dienner. § Und zu fernerer Gnade/etc. (2.)
† Nec parum favorabilis est viduis & li-
beris defunctorum Pastorum, sanctio de
semestri salario, quare iustissimè extendi
potest & debet ad honoraria accidentalia
ad eoq; etiam ad nummos confessionarii-
os, † quia favores maximoperè sunt am-
pliandi, l. hoc modo 64. §. 1. ff. de condit. &
de monitr. l. cām quidam. 19. C. deliber. & posth.
(3.) Idq; tanq; magis, quod novo Pastor
per id nūl comodi decebat, † quippe du-
rante spatio semestri post obitum Patrochi
actus ministeriales per vicinos Pastores
expedientur, hunc in finem, ut lucra &
emolumenta viduas & liberis cedant, quæ
aliás sua faceret Pastor novus post obitū
antecelestoris statim admilius, dict. Ordinat.
Eccles. §. Und zu ferner Gnade ibi: Darzu-
den halben Theil seiner Jahrbesoldung von
Zeit seines Absterbens an folgen / und un-
ter dessen den Predigttdienst durch die Beo-
nachbarten verschenlassen/etc. (4.)

Ita † Consistorium supremum Superintendenti Freibergensi die 20. Iulii Anno 1630. (Verba Rescripti: Wir haben ewern eingeschickten Bericht / wie auch des Pfarrers zu Odern Schreiben/in sachen die zwischen ihm und des verstorbenen Diaconi Wittebe daselbst freitlichen Beichtpfennig betreffend / verlesen hören; Begehren hierauf/ etc. Ihr wollet gedachten Pfarrer auferlegen / daß er seines fürwendens ungeachtet zu Verhütung ferners anlauffens der Klägerin angeregte Beichtpfennige von Zeite ihres Mannes absterben / bis das halbe Gnadenjahr verflossen / unweigerlich folgen lassen soll / etc.)

DEFINIT. CXC.

Honoraria quoque pro deductione funerum , aliaque accidentalia iure
salarii semestris lucrantur defuncti Pastoris viduae & heredes,

S V M M A R I A.

1. De honorariis quoque pro deductione funerū iure salarii semestrī participant heredes.
2. Omnia indifferenter salario lucro heredum cedunt.
3. Quibus ex rationibus & fundamentis.
4. Magna Serenissimi Electoris affectio erga heredes.

Quod de Nummis confessionariis dictum, Def. praecl. eos nempe durante semestri , post obitum ministri Ecclesiae , viduae ipsius ac liberis cedere, † id quoque de honorariis, quæ pro deductione funerum ex solvi consueverunt, acceptum velim; quin & de omnibus aliis accidentalibus, ut sunt honoraria pro copulatione proclamatione novorum Coniugum, administratione Baptismi, partes, missales, & qualiacunque tandem sint. † Omnia enim durante semestri , lucro viduae & heredum cedunt: (1.) ex hac ipsa ratione quæ eos participes facit nummorum confessionariorum; † Eadem siquidem ratio eandem inducit iuris dispositionem, l. illud quæ situm est. 32. ff. ad Leg. A quil. l. quædam. 9. §. numularios. 2. ff. de edendo. l. his. solis. 7. C. de revoc. donat. (2.) Exactius † etiam si mentem ac intentionem Serenissimi Legislatoris in Ordin. Ecclesiast. penitemus, fateri necessum habemus, tantâ fuisse eum affectione erga viduas & liberos defuncto-

redes Pastorum. num. 5. 6. Beneficium Principis haut coarctandum. 7. Consuetudine alibi introductum, ut accidentalia cedant pastoribus vicinis. 8. Qualis consuetudo in Pomerania. 9. Consistorii supremi Rescripta. n. 10. 11. rum Ecclesiae ministrorum , ut nil quicquam eis derrahere voluerit de lucro, quod Pastoris accessisset, si è vivis haut fuerit electus. sub Rubr. † von immunitatis und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu ferner Gnade. (3.) Et si omnino dubium de eo restet, vel propterea tamen hæc explicatio subsistit, quia convenient liberalitati & beneficio Principis, † quod latissime interpretari, non coarctari debet, l. pen. Cod. de donat. int. vir. & uxor. l. sancimus. §. exceptio. Cod. de donat. l. hac saluberrima. Codic. de prepos. agent. in reb. nam ad Principem spectat, multa magna que donare, §. ut autem lex. in Authent. de non alienat. aut perm. reb. eccles. Tiber. Decian. volum. 1. Respons. 25. nu. 69 & seqq. Liceat aliis in provinciis usu quandoque receptum, † ut accidentia cedant Pastoribus viciniis , qui durante gratiæ anno sacra tractant, quæ de consuetudine in Pomeraniâ † attestantur Theologi Pomerani im Bedenken vom Gna enahrde Psar.

rer Witiben / apud Geog. Dedeckn. vol. 1. part. 2. pag. 899. §. Die zu festigen accidentalia lässt man bleiben den Vicinis, so das Gnadenjahr über des Predigampts war.

ten / damit sie des Williger seyn / und hier von zwischen ihnen und der Witiben kein Zweck sey / &c.

Stat Consistorium supremum Diacono Coldicensi die 17. Decembr. Anno 1630. (Verba Rescripti: 9)

Was an uns die Pastores der inspection Coldis wegen Verrichtung der Predigten gelangen lassen / auch die verstorbenen Superattendenten Witibe der accidentien halber / so von den Leichtpredigten einkommen / über euch sich beschweret / und gebeten das habt ihr hierbey mit mehrern zu befinden. Anlangende nun die Verrichtung der Amtspredigten / lassen Wir es bey unserer einmal gehanen Anordnung allerdings bewenden; An statt Ihrer Chu. f. Durchl. begehrende / Ihr wollet denen Pastoribus solchen ihren Gehorsam sonderlich dem Pfarrer zu Schönbach mit Ernst verweisen / und ihnen allerseits bei Vermeidung unnachlässiger Straße euch in Predigten anbefohlener massen beyzuspringen / nochmals auferlegen: In fernerer Verweigerung uns die ungehorsamen alsbald namhafte machen / und darauf fernerer Anordnung gewarten. Betreffende aber der Witiben suchen / wollet ihr nicht allein dero selben die accidentia von Leichen und andern ohne Abbruch folgen lassen / sondern auch sonstigen Euch gegen Ihr aller Gebühr bezeigen / und zu fernern Klagen nicht Ursach geben / &c.)

It: † M. Balthasari VVagnern, Archidiacono Freibergensi die 15. Septembris Anno 1637. (Verba Rescripti: 10) Wollet gedachte Diaconos bescheiden / dass sie der Witiben die gewöhnliche accidentien bey wehrenden halben Gnadenjahr ohne Abbruch sollen folgen lassen / Euch auch vor ewere Person darnach achten / &c.)

Et † Archidiacono Ositiensi die 16. Januar. Anno 1634. (Verba Rescripti: 11) Wir haben ewern eingeschickten Bericht wegen der accidentien des verstorbenen Superintendenten verlesen hören. Wann dann solche der Witiben ohne Unterscheid gebühren; Als ist hierauf an statt Ihrer Durchl. unser Begehr / Ihr wollet ihr solche bis das halbe Jahr vorüber / unweigerlich folgen lassen / &c.)

D E F I N I T. CXI.

Quænam iusta accidentalium divisio inter defuncti Pastoris viduam liberosve, & novum Parochum?

S V M M A R I A.

1. Quomodo facienda divisio accidentalium?
2. Num inequales portiones?
3. Qualis est divisio residui salarii in redditibus anni consilientis.
4. Decisio quaestio nisi vera. num. 9.
5. Unicuique parti sibi oblata debetur accidentalia?
6. Quæratio diversitatis inter fructus & accidentia.
7. Accidentalia singulis quandoque præstantur diebus.
8. Diversitas rationis diversum ius inducit.
10. Rescripta Consistorii supremi. n. 11. 12. zum Parochum: ex quo enim durante duntaxat semestri, accidentalia viduæ liberi cedunt alterius semestris accidentalia

- lia novo Parocho defontur, ut sc̄to-
tius anni accidentalia inter eos sint di-
2 denda: Ant ergo iis per integrum annum
collectis, divisio sic instituenda, ut eorū
omnium una medietas defuncti Pastoris
viduæ liberisque, altera verò medietas
3 novo cedat Parocho? velut t̄ de divisio-
ne residui salarii in decimis, fructibus &
reditibus consistentis diximus supr. Defi-
nit. 172. & 173. Non certe obtinet hic di-
4 visionis modus in accidentalibus, t̄ sed
assignanda sint viduæ & liberis ea, quæ
durante dimidio gratiæ anno offeruntur
& acceptantur, live sint modica & exi-
guæ, sive multa & magna; alterius semes-
tris accidentalibus novo Parocho reli-
atis, qualia cumque etiam illa sint, ut t̄ ita
cuique tribuendum quantum fortuna &
ratio temporis ei largitur ac defert. Nec
enim ratio illa divisionis in decimis, fru-
ctibus & creditibus recepta ad accidenta-
lia commode accommodari potest. t̄ Si
quidem fructus & redditus anni certis
- 7
- saltem terminis & non nisi semel in anno
præstantur, ex quo sit, ut si terminus, ac
dies cedat in semestri uno, ratio ejus in
altero quoque semestri necessariò sit ha-
benda, reditusque æqualiter dividendi,
cæteroquin utraque pars de iis participa-
re haud posset. Secus verò se res habet in
accidentalibus, t̄ qui non modò singulis
mensibus, sed & septimanis, quin & sin-
gulis quandoq; diebus præstanda & of-
ferenda veniunt. Unde fieri nequit, ut
non utrique siant participes accidenta-
lium, licet modo in æquali, prout fortu-
na uni vel alteri favet. Diversitas hinc
est manifesta, t̄ quæ & diversum dividen-
di modum inducit, l. inter stipulantem. 83. §.
sacram. 5 ff. de verb. obligat. t̄ Neque res a-
liter se habet in reliquis præstationibus
pecuniariis & salario, quod in pecuniâ
ex solvitur numeratâ, in quo similis divi-
dendi modus est receptus, prout diximus
supr. defin. 172. num. 4. Sigismund. Finckel-
thul. de iur. patron. cap. 6. n. 118. 8
- 9

Ita t̄ Confessorium supremum Dresdense Superattendentii Osßieni die 31. Martii Anno 1614. 10)

(Verba Rescripti: Wann Wir dann es bey angeregter Vergleichung unter diesem Verstand / wie es die publicire Kirchenordnung vermag / bewenden lassen/ nemblt. Chen / weil M. Christophori Webers/ so den 18. Octobr. verrücktes 1613. Jahrs verstorb. / hinterlassene Witte die beyde Quartal Lucia und Reminiscere nebst verschienen nebeng den accidentien eingehoben / daß die folgenden beyden Quartal Trinitatis und Crucis und ein kommende accidentia dem neuen Diacono alleine bleiben / die andern Früchte aber erwer Anordnung nach/ gegen Erstattung der Untosten zwischen der Witben und dem neuen Diacono gleich gehel ei werden sollen ; Als werdet jhr die Parcheyen darauf zu beschieden wissen/ etc.)

11: t̄ Superattendentii Freibergensi & Praefecto in Nossendie 24. Jul. Anno 1618. (Verba Rescripti : 11)
Und wird bis künftige Michaelis dieses Jahrs Einkommen/ wie es Namen haben mag / (außerhalb den accidentien welche den neuen Pfarrer von Zeit seines Anzugs alleine bleiben / zwischen denselben und des vorigen Pfarrers Witben/ in zwey glets. Weiß gesondert etc.)

Et t̄ Senatui Hayneni die 16. Martii Anno 1616. (Verba Rescripti: Und wird bis fünffil. 12:
ge Michaelis dieses Jahrs Einkommen (außer den accidentien , welche dem neuen Pfarrer von Zeit seines Anzugs alleine bleiben) zwischen denselben und des vorigen Pfarrers Witben und Erben / In zwey gleiche Theil gesondert/ etc.)

DEFINIT. CXII.

Pecunia laudemialis das Lehengelds quando referatur inter reditus Salarii
semestris, & quomodo inter defuncti Pastoris viduam liberosque & no-
vum Parochum dividenda?

S V M M A R I A.

1. Laudemium seu laudativum quodnam sit?
2. Praestatur domino pro nova investiturā.
3. Velpotius in recompensam laboris.
4. Cuinam cedat laudemium, durante salario
semestris? (slitara.)
5. Hereditibus Pastoris, si ab ipso facta fuerit inver-
6. Factā autem investiturā post obitum Pastoris,
laudemium referatur inter reditus salarii
semestris.
7. Num hereditibus tūm cedat integrum laudemiu-
8. Affirmat hoc Finckelthusius. (unr.)
9. In quam sententiam respondit Consistorium
Lipsiense.
10. Refellitur hac sententia.
11. Laudemium semper est incertum.
12. Adeoque dividendum inter heredes & novum
13. Rescriptum Electorale. (parochum.)
14. Sententia Consistorii Supremi.

LAudemiu, quod & vocari solet Lau-
dativum, W esemb. conf. 16. n. 11. ger-
manice Echtwahr / Paul. Matth. Wehner.
in pract. observ. verb. Handlohn &c. solvitur
domino directo, quando in alium trans-
fertur Emphyteusis à novo possessore ho-
norati loco † pro novâ investiturâ & re-
tent. informatoria: Uns ist einer schreiben/ betreffend die vorhabende verehligung eurer Tochter mit C. T. so der pâbstlichen religion zugethan/rechte eingehändigt worden/ und haben wir einer begehren nach nochdrücklich darauf verstanden. Hierauf wir auch zur Antwort euch mit bergen wollen: Wahn ic samte eurer Schwieger um Tochter bestechung traet/gedachtien C. T. zum Eydam und Maß auf. und anzunehmen / dessen hierne- bens verg wîssei seyd / das eure Tochter in unsrer wahren und seligmachenden religion dermassen fundinet und geründet/ das nicht zu befahren sie etwa von dem Man- ns ins künftig verföhret/ und zu dem Pabst humb verleitet/ viel ehe aber er durch sie zu unsrer Gott ihen Ehre wiederumb gebracht werden möchte; So ist euch unge- wehret/ und sicher in eurem und der eutigen Gefallen/ ob ihr d. m. b. lichen suchen und werben C. T. statt geben wollet/ und anff diesen fall könnet ihr eure Tochter/ das sie in ihrer religion unperturbiret bleiben/ die Kinder auch/ so der Allmächtige in we- readem Thestande beschützen thäte/ in unsrer Evangelischen Lutherischen Ehre

Lehre entweder selbst / oder nach ihrem Tode durch andere zu erziehen / Mache habet solle/gnugsame Versicherung aufrichten lassen. Do aber entweder ihr / oder eure Tochter euch eines andern besorgen thåtet (wie denn freylich nicht allezeit der gleichen Ehe zwischen zweyer widerwirtigen Religionis Personen ohne Gefahr und beschwehr ist) So werdet ihr euch selbsten anff allen Theilen der gebühr nach zu bezeigen und zu verhalten wissen. Ob aber jemand de facto euch oder den eurigen disfals etwas auf-rücken/oder hieran/weil in diesen Landen es gar ungewöhnlich ist/ daß ungleicher Religion zugehörige Personen einander ehelichen/sich ärgern möchten/ können wir unsers Theils nicht wissen/welches wir euch zur Antwort ertheilen wollen/und seyn euch freundlichen Willen zu erzeigen geneigte.)

DEFINIT. VII.

Sponsalia à diversæ Religionis hominibus contracta nequaquam sunt dissolvenda.

S V M M A R I A .

1. Quibus conditionibus matrimonium inter personas diversæ Religionis permittendum?
2. Nunquam tale conjugium temere dissoluendum est. n. 7.
3. Ex sententiâ B. Lutheri.
4. Rationes & fundamenta huic sententia. n. 6.
5. Fornicatio sola, legitima divorcii causa.
8. Sepe quod fieri non debet, factum tamen band rescinditur.
9. Multa impedit matrimonium contrahendum: at contractum non dissolvunt.
10. Nec dissolvenda sponsalia ob disparitatem Religionis.
11. Consensus, non concubitus facit nuptias.
12. Quod de nuptiis dispositum, obtinet etiam in sponsalibus.
13. Appellatione coniugum veniunt persona desponsatae.
14. Refellitur opinio Canonistarum.
15. In Veteri Testamento conjugia Israelitarum cum Cananais prohibita fuerunt. n. 16.
17. Non autem cum ceteris gentibus. n. 18.
19. Alia hic ratio Veteris & Novi Testamenti.
20. Sententia Consistorii supremi.

Non itaque simpliciter inter diversæ religionis homines permittendum est matrimonium, sed † certis conditionibus, si nimis ab sit metus deceptionis & defectus a Religione orthodoxâ: utque liberti ex illo coniugio procreati in verâ pietate & religione informentur ac educantur, præstâ desuper cautione, Defin. praeced. in fin. At inito jam matrimonio † vel contractis saltē sponsalibus inter homines diversæ religionis firma habentur ea indifferenter, nec temere sunt dissolvenda, Beza de repud. pag. 99. & seqq. Hemming. in lib. de coniug. Beult. de matrim. part. 2. cap.

37. Philipp. in loco de coniug. Joh. Gerhard in loco de coniug. §. 392. pag. 584. Quæ † & ipsa fuit sententia B. Lutheri in explicatione cap. 7. ad Corinth. 1. S. Wie sollte denn nicht das christliche Gemahl &c. (1.) obstat enim prohibitio divina: † Quos Deus coniunxit, homo ne separet, Matib. 19. vers. 6. nec unquam Jehovah præcepit dissolvere matrimonia fidelium cum infidelibus, nedum cum diversæ religionis coniuge contracta, ut nec hinc sine autoritate divinâ dissolvi debeant Henning. Arnis de matrim. cap. 5. sect. 5. n. 40. Beust. dict. loco. Gerhard. dict. loc. §. 391. in pr. (2.) Cumque † forni-

5. + fornicatio sola est legitima divortii causa, Matth. 5. vers. 32. Quicunque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam incechari, & Matth. 19. vers. 9. Quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit incechatur; Utique ob diversitatem religionis haut fieri debet separatio. (3.) + Quo & pertinet illud Apostoli: Si quis frater uxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo ne dimittat illam; Et si quae mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illis, non dimittat virum; sanctificatus est enim maritus incredulos per uxorem, & sanctificata est uxor incredula per maritum, a quo filii vestri immundi essent, nunc autem sanctificati
7. ad Corinth. 7. vers. 12. Hoc + si ita in matrimonio cum infideli initio, multo magis certe obtinebit in conjugio a duabus fidibus, diversae tamen religionis hominibus contracto. (4.) Et licet ab initio re adhuc integrâ non facile nec simpliciter permitti debeat ejusmodi matrimonium, + attamen jam contractum nequaquam dissolvi debet, quia sœpe quæ fieri non debent, si tamen facta fuerint, non rescinduntur, l. i. §. biduum. ff. quando appelland. sit, & intra quæ tempora. l. relegatorum. 7. §. ad tempus. 4. ff. de interd. & releg. l. i. §. 1. ff. de feriis. l. quid ergo. 13. §. pœna. ff. de his qui non infam. l. moris. 9. §. ista. 11. ff. de pœn. l. in ambiguis. 85. §. 1. ff. de Reg. Iur. + & multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ jam contractu non dissolvunt, l. patre furioso. 8. ibid. Glossa in verb. retinere. ff. de hi qui sui vel alieni juris sunt. Theodor. Reink. de regim. secul. & ecclieast. lib. 1. class. 1. cap. 5. n. 2. 4. Fahin. §. contro. 40. estque conjugium ratum, licet non sit legiuimum. can. ult. caus. 28. quest. 1. cap. cum causâ extr. deraptor.
- Nec aliud habendum de solis sponsalibus, + nondum subsecutâ benedictione
- sacerdotali vel nuptiis, quia inter sponsalia & nuptias quoad indissolubilitatem nulla est differentia, siquidem + consensus, non 11 concubitus facit nuptias, prout in ore est omnium, l. nuptias. 30. ff. de Reg. Iur. l. sufficit. ff. de sponsal. l. si donationem. C. de nupt. can. aliter. caus. 30. quest. 5. can. honorantur. caus. 32. quest. 2. quare + quod de nuptiis legitur 12 ditpositum, id quoque obtinet in sponsalibus. l. tutor. §. 1. l. oratio. ff. de sponsal. l. in sponsalibus. §. 1. ff. eod. tit. l. cui fuerit. ff. de condit. & demonstr. Bartol. th. l. cum pater. ff. ad L. Pompej. de parricid. Alber. Gentil. in tract. de nupt. lib. 2. cap. 23. post pr. Nicol. Boër. decis. 22. n. 33. & seqq. Anton. Narta consil. 182. nu. 1. & seqq. Domin. Card. Tuschi. tom. 7. pract. concl. lit. S. conclus. 511. n. 58. Atque + hinc ap. 13 pellatione uxorius nuptæ (ponsa quoque venit, quemadmodum etiam sponsus mariti nomine continetur, iuraque in uno loquentia locum quoque habent in altero. l. si sponsa. ff. de jure dot. l. lex Iulia. ff. de funditor. l. assiduis. §. 1. C. qui potior. in pign. hab.
- Cæterum + non curamus hîc Canonistarum argumenta, quibus dissolutionem matrimonii inter fidelem & infidelem contracti probare satagunt Dom. de Soto 4. sent. dist. 39. Gratian. 28. quest. 1. Panormit. cap. 1. de sponsal. Didac. Covarr. part. 2. matrim. cap. 6. §. ult. cap. 7. §. 4. n. 8. Mart. 1. Reg. 3. Ex asse enim ea refellit Henn. Arnis. dict. sect. 5. & Gerhard. dict. loco. impri- 14 mis verò urgent, + quod Deus in Veteri 15 Testamento connubia Israëlitarum cum Cananæis prohibuerit, Exod. 34. vers. 16. Deut. 7. vers. 3. quod mandatum Esdras sic exposuit, matrimonia cum iofidelibus consummata esse rescindenda, Esdr. 9. vers. 10. Sed parum inde inferitur, quia peculiare fuit + hoc præceptum judiciale ad 16 Judeos duxaxat pertinens, ex quo Christiani in Novo Testamento haud obligantur: Siquidem cum Cananæis saltē,

Ammonitis ac Moabitis, non autem cum
 17 † ex eis gentibus ob causas quasdam pec-
 culiares eiusmodi matrimonia hoc modo
 fuerunt prohibita, ut etiam contracta fue-
 18 rint dissolvenda; Nam si absolute † ac sim-
 pliciter non potuisse constare matrimo-
 nium inter Israëlitas & alios populos, non
 sanè permisum fuisse Judæo ducere mulie-
 rem captivam, quod tamen factum est,

Deut. 21. vers. 11. † Quin & in Veteri Testa- 19
 mento Deus populum Israëliticum ab o-
 ranibus genibus separatum in peculium
 sibi elegerat; sed in Novo Testamento de-
 structa est maceria, quâ Judæi à gentilibus
 dirimabantur, Ephes. 2. vers. 14. veluti sic
 respondet, aliaque Canonistarum argu-
 menta refutat Geth. dict. loco.

Ira † Consistorium supremum ad requisitionem Iohann. Schollens Pfandseitnhabern der Herr-
 schafft Egenburgk in Oesterreich die 18. Martii Anno 1614 (Verba sententiae: Als ihr uns
 einen Ehehandel zwischen euch vnd Daniel Eckers zu Miftelbach in Oesterreich Toch-
 ter Sibyllen berichtet / und euch darüber in Rechten zu unterrichten gebetten. Dem-
 nach sprechen wir verordnete President und Assessores des OberConsistorii, &c. darauff vor
 recht: Habi ihr euch mit gedachter Sibyllen in eine Heyrath eingelassen / und sie ist
 euch in Beyseyn Vater/ Mutter und anderer ehlichen Herren und Freunde bis
 aufs des Priesters Hand versprochen worden. Ob nun wohl die Obrigkeit des Orts
 Herr Gundacker von Leichtenstein/etc. in diese Heyrath/es sey dann daß ihr euch zu-
 vor zu der Römischen Catholischen Kirchen öffentlich bekennen/ nicht consentiren will;
 So ist er doch derentwegen diese Ehe zu hindern oder ewern Schwäher in die Straffe
 zu nehmen nicht befugt/ sondern es wird seines dissensus ungeachtet / diese beschlossene
 Heyrath durch ehliche Trauung und Bewohnung billich vollzogen/ V. R. W.)

DEFINIT. VIII.

Nec tum sponsalia ob religionis diversitatem sunt dissolvenda, si
 magistratus ex receptâ consuetudine in ea non consenserit.

S. V M M A R I A.

1. *Magistratus Catholici quandoque dissolunt matrimonium cum persona Lutherana religione contractum.*
2. *Consuetudo talis à Magistratu Miftelbacherstein Austria allegata.*
3. *Num talis consuetudo jure subsistat?*
4. *Consuetudo tantum valet, quantum lex scripta. num. 6.*
5. *Quae Princeps potest, ea & potest consuetudo.*
6. *Decisio negativa.*
7. *Fundamenta & rationes decidendi. n. 9. 13. 16.*
8. *O Dio quandoq; prosequuntur Magistratus Catholici Religionem Evangelicam orthodoxam in tantum, ut sponsalia inter sponsam pontificie religioni ad- dictam, sponsumq; Lutheranum contracta dissolvere admittantur, prævidere nimur cupientes, ne scœmina catholica ad vetam & orthodoxam convertatur religionem*
10. *Non valet consuetudo irrationalis.*
11. *Consuetudo rationalis quamam est de iure canonico?*
12. *Quanam de iure civili?*
13. *Pacificatione religiosa permittit coniugium inter personas Pontificia & Lutherana religionis.*
14. *Contraria consuetudo per pacem religionis abrogata.*
15. *In matrimonio non solum quod licet, sed & quod honestum est, attend: debet.*
16. *Sententia Consistorii supremi.*

I O Dio quandoq; prosequuntur Magistratus Catholici Religionem Evangelicam orthodoxam in tantum, ut sponsalia inter sponsam pontificie religioni ad-

- 2 gionem à marito ; quam la rem à † Magistratu Mistelbacheri in Austria prætensa fuit consuetudo , ne sine scitu & permisso conjugium inter diversæ religionis homines contrahatur, quin & contractū dissolvatur: Hinc † disceptatum , an consuetudini parendum , ac rurapenda rursus essent sponsalia ? Quod equidem dici potuisse ex natura consuetudinis, quæ legē imitatur tam quoad juris auctoratem, quām pœnam transgredientium , §. sine scripto. Inst. de jur. natur. gent. & civil. tantum enim valet † consuetudo, quantū lex scripta; l. 32. ff. delegib. Hugo Donell. i. comm. 10. Dual. dell. cap. ii. Joh. Azor. inst. moral. lib. 5. cap. 17. in pr. part. 1. & æquiparatur regiae auctoritati, Alber. Riminald. vol. 2. consil. 135. vers. ita quod licet. Imperiali iussioni , Hier. Schurff. consil. 72. n. 29. † quæq; protest Princeps. potest & consuetudo. Joach. Mynsing. cent. 4. observat. 24. Theodor. Reinking de regim. secul. Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 9. n. 6. Quamobrē sicut delinquit is, † qui legibus contravenit, cap. 2. & ibi Dd. extr. de maior. & obedient. ita quoque ille, qui consuetudini , & utriusque transgressor punitur, can. in his. distinct. 4. Gloss. in cap. ex literis. extr. de consuet. Andr. Tiraquell. in prefat. de retract. lignag. n. 75. ubi ex Baldo scribit, facientem aliquid contra consuetudinem peccare mortaliter.
- Sed licet consuetudo eiusmodi probetur, † nequaquam tamen subsisteret, nec sufficiens esset ad dirimenda sponsalia , (1.) Sit enim vis & effectus hujus longè firmissimus, tam firmus tamen † haud est, ut derogare queat sanctioni divinitatē: Quos Deus conjunxit, homo non separat , Matth. 19. vers. 6. Ex qua firmiter argumentari licet: Quæ sponsalia jure divino, naturali & positivo sunt rata, illa solâ populi alicuius consuetudine nou debent nec possunt reddi irrita; † Talia vero esse sponsalia à diversæ religionis hominibus contracta, non facile quisquam inficias ibit, & bona ex parte demonstravimus Desin. præced. Joh. Gerhard. in loc. theol. de conjug. §. 395. pag. 586. (2.) Nec ulla † valet consuetudo, quæ non est rationabilis, c. consuet. dist. 1. cap. cum tanto fin. in fin. extr. de consuetud. Alexand. consil. 196. n. 3. lib. 6. Petr. Rebuff. tom. 3. Consil. Reg. tit. de consuet. n. 42. & 44. Joh. Schneider in. in §. ex non scripto. 9. n. 4. Inst. de jur. nat. gent. & civil. Andr. Gaillib. 2. observat. 31. n. 1. Jacob. Schulte part. 2. quest. 76. n. 116. Dicitur autem consuetudo rationabilis † de iure pontifici illa, quæ te non nutrit peccatum, nec tendit contra verbum Dei præscriptum vel libertatem Ecclesiæ, cap. ult. extr. de consuet. cap. Ecclesia S. Maria. extr. de constit. Joh. Azor. lib. 5. inst. moral. cap. 17. vers. mihi tamen videtur, part. 1. De iure autem † civili, quæ bono publico non refragatur & privatorū utilitati providet, Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quest. cas. 82. n. 7. At quis non animadvertisit, consuetudinem de dissolvendis sponsalibus præcepto divino repugnare? Matt. 19. vers. 6. † Quis non videt, bono publico pariter & utilitati privatorum adversari, si impediatur coniugium, per quod genus humanū propagatur, & gloria Dei promovetur? Joh. Hartpp. in §. nuptia autem. n. 91. & seqq. Inst. de patr. potest. præsertim si coniunx seductus ad verā Dei cognitionem & religionem orthodoxam per eiusmodi coniugium converti possit. (3.) † Pacificationem porr̄ religiosam si attendamus, diversitatem religionis Lutheranæ & Pontificiæ sponsalibus ac matrimonio haud obesse fateri nos oportet; adeoque nec consuetudinem contrariam, quam per dictam pacificationem abrogatam † novimus in Recess. Imper. de Anno 1555. §. 15 Und soll alles/das in hievorigen Reichsab. schieden / Ordnungen oder sonstigen begrieften und

- sen und versehen / so diesem Friedstand in allen seinen begriffen / articuln und Puncten zu wider seyn oder verstanden werden möch-
te / demselbigen nichis benehmen / derogiren
16 noch abbrechen / etc. (4.) † Et quis tandem
negare ausit, honestati valde repugnare
dissolutionem sponsaliorum, quantumvis
inter diversæ religionis homines contra-
torum. Posito ergo, quod de jure licet

Ita † Consistorium supremum in eadem causâ. (Verba sent. Were auch gleich dieses Ordins. 18
ber rechtesverwerthe Zeit herbrachte / daß kein Unterthaner seine Tochter ohne der
Obrigkeit Bewilligung einem Evangelischen Religionenverwandten ehelichen Ver-
sprechen dürfse / und gleichwohl Daniel Eckart einen seiner Tochter lassen / oder diesel-
be ungeachtet wie es Gott schicken möchte / euch nachfolgen wolte / dessen sie nach
einmahl erlangter ihrer Eltern bewilligung zu ihm wol besuge ; So könnet ihr mit
unverlegtem Gewissen von ihr nicht absezzen / sondern weret die Ehe mit ihr Christli-
chen zu vollziehen pflichtig / D. R. W.)

D E F I N I T . I X.

Benè faciunt Nobiles, à matrimonio cum plebejis abstinentes, ac
Conjuges nobilitate pares sibi eligentes.

S V M M A R I A.

1. A nobilitatis dignitate haud excludendi sunt, qui ea à Principe summo noviter sunt adepti.
 2. Nobilitas tamen proavorum præpollet.
 3. Inter æquales dignitate præfertur de sanguine meliori creatus.
 4. Abstinere debent Nobiles à matrimonio plebeiorum.
 5. Rationes huius assertionis. n. 12.
 6. Lege Hebreorum liberi ancillas uxores ducere prohibebantur.
 7. Et lege XII. tabb. ingenui libertinas.
 8. Prohibebatur etiam eâ lege matrimonium inter liberos & servos.
 9. Non presumitur matrimonium inter personas inequaes.
 10. Eius modi coniugia alunt discordias.
 11. Ep̄ḡ barum nuptiarum infelix eventus.
 12. Interest Reipublica, nobiles conservari fa-
milias.
 13. Sententia Consistorii supre-
bus. &c. nā † ubi duo sunt dignitate æqua-
les, præfertur procul dubio is, qui de me-
liori creatus est sanguine, ut voluit Baldus
in l. nemini. C. de advocat. diversi judic. Theo-
dor. Reinking. de regim. secul. & eccl. lib. I.
class. 5. cap. 11. n. 20. Nequaquam ergo vitio
verendum † Nobilibus, qui potius ipso-
rum generositati ac virtuti adscribendum,
si merita & laudes parentum unâ cum san-
guine in liberos & posteros propagare stu-
deant,
- 17
18
19
20
21
22
23
24

1. **E**T si à verâ Nobilitatis dignitate & in-
signiis excludendi haut sunt, qui ob
singularia merita summi Principis bene-
ficiò recens nobilitatem sunt adepti, Thomas Companell. de Monarch. Hispan. ca. 14. at-
tamen æquum est, ut avorum virtuti præ-
rogativæ quid tribuantur, quodq; † illi mag-
is coruscant, qui priscis proavorū meritis
propriam virtutē adjecerunt, Job. Bodin.
lib. 3. de Republ. c. 8. pag. 554. vers. & quidem duo-

deant, pari nobilitate fulgentes conjuges eligendo, & à matrimonio plebeiorum abstinendo. Quod utique ipsos facere decet, (1.) † quia in matrimonii contrahendis æqualitas personarum imprimis attendi debet, non solum quoad opes & fortunas, sed etiam quoad statum vitæq; conditionem in quâ præcipue honestatis & dignitatis ipsius familie ratio est habenda, Bart. in l. si divortio. 21 ff. de verb. obli-gat. Bald. in l. 1. C. de collus. deteg. Joh. Gerhard in loc. theol. de conjug. §. 399. p. 591. Nicol. Reusn. lib. 1. decis. 4. n. 2. † ex quo etiam lege Hebræorum liberi ancillas uxores ducere prohibebantur, de quâ Joseph. lib. 4. anti-quit. Iudaic. cap. 6. (2.) Et sancitum † hinc quondam fuit lege XII. tabb. ut ne inter patricios, & plebejos connubii jus esset, ut & lege Papiâ, ne libertinis cum ingenuis, præsertim Senatorii Ordinis esset connubium, l. oratione 16. l. lege Papiâ. 23. & l. Se-natoris filia. 47. ff. derit. nupt. ut † nec liberis cum servis, l. Proculus 67. ff. de jur. dot. l. si neget 7. ff. de agnosc. liber. ubi contractum inter liberum & ancillam matrimonium pro nullo haberi traditur: ita ut ex eo concubitu concepti, servi nascantur, l. 3. C. de in-cessi. nupt. Reusner. dict. loc. n. 3. & seqq. (3) Id que ad eò verum est, ut inter inæquales honestate personas nec solum ætate, sed etiam genere ac opibus dispare jure non præsumatur matrimonium, l. si donatio-num. 22. l. imperialis. 23. §. imd etiam 7. C. de nupt. Bald. lib. 2. consil. 153. & lib. 3. conf. 2. in dub. ult. vers. Sed quia ista interpretatio &c.

Ita † Consistorium supremum ad consultationem C. à N. in Z. die 7. Octobr. anno 1630. (Verba 14
Sentent. Edler und Ehrwester/ besonders quer Freund/ Als ihr uns ein Schreiben
in Ethesachen euch / und eines Handwerksmans Tochter belangende / übersendet/
und euch nicht allein/ was geist/ und zulässichen Rechens zu informiren/ sondern auch
euerm Gewissen mit rath/ gutachten vnd beschied zu Hülf zu können gebeten; Dem-
nach erachtet wir verordnete President und Räthe des Churf. Sächs. OberConsistorii
in Rechten gegündet vñ zu erkennen seyn. Habi ihr nach eurer vorigen Haushfrauen,
rödlichen Abgang nunmehr im Alter bey allerhand eitbeschwer vnd unbähigkeit/
umb

Andr. Tiraqvell. de legib. connub. l. 12. n. 28.
& 31. Joseph Mascard. de probat. vol. 2. consl.
1026. n. 7. Cephal. consl. 52. n. 63. (4) † Me-
tuendum porro, ne per conjugium ple-
beiorum cum nobilibus contractum li-
tes & discordia inter conjuges gignan-
tur, quibus tamen omnibus modis est ob-
viandum. Sanè ut æqualitatem dotis ac
donationis propter nuptias taceamus,
quam & ipsam Imp. inter conjuges con-
servari volunt, Auth. æqualitas & l. lege Leonis
10. Cod. de pact. convent. Auth. dos data. Cod. de
donat. ant. nupt. † haud rarò infelices esse 11
eventus nuptiarum, quæ inter nobiles
genere & plebejos seu ignobiles contra-
huntur, quin & propterea sæpiissimè ab a-
gnatis nobilibus novo conjugi plebejo
mala quæque inferri, ac iniuriam inter
ipsos ali compertum habemus † ut profe-
cto non male cecinerit Ovidius in Epist. 8.
Quam male inæquales veniunt ad aratra juventi,

Tam premitur magno conjuge nupta minor.
Non honor est, sed onus species lastra ferentes,
Si quæ voles aptè nubere, nube pari.

(5.) † Ac tandem bonum exigit publi-
cum, ut ex nobili matrimonio nobilis 13
procreetur soboles: quia Reipublicæ in-
terest, nobiles conservari familias,
l. 1. §. 13. ff. de ventr. inspic. l. 9. C. de quest.
Förster. de success. lib. 3. cap. 4. num. 20.
hominesque majoribus suis dignos nasci
& eorum vestigia imitari: nam quod flores
sunt in pratis, id nobiles in Republicâ, ex
Obrecht. in disp. de Regal. th. 115. Reinking.
cap. 10. n. 11.

umb welcher willen ihr Pflege vnd Wartung benötiget / eines Handwercksmans und Dratziehers Tochter (welche über drey Jahr bei euch in Diensten gestanden/ einer Tochter Kinder treuestes Fleiss gewarret/der Gottesfurcht/ Erbarkeit/ Gehor- fangs/Demuth/Zucht und Eingend sich bestiesen) in euer Herz gefasset/ derselben en- re Liebe ergeben/ und sie zu ehlichen euch beständig vorgesetzt; Als aber eure Freunde solches vermercket/ und ihnen eingebildet/ ob durch diese Vermählung euch und ih- ren Adelichen Geschlechte Verkleinerung vnd Nachtheil zugezogen werden wolte? dahero bey dem Judice seculari so viel erhoben / das ihr im Wirthshause in Arrest ge- nommen / und nicht alleine euch der Berechtigung zu enthalten/bey 2000. Ducaten , sondern auch dem Pfarrer die copulation zu verrichten inhibiret worden Alles nach mehrern Inhalt eures Schreibens und angeherrter Frage. Wiewohl euch nun Rauchamer were/ eine solche Person/ die an Stande/ und sonstlich nicht so gar ungleich/ zu erwählen/ in Betrachtung / das ungleiche Heyrath selten wol ausschlä- get/ dann je grösste Gleichheit/ je beständigere Lieb und Freundschaft/ dagegen was an Stande/ Herkommen/ Vormügen und sonstlich ungleich ist/ nicht feste verbunden werden / oder in die längen nicht Bestand haben kan / so auch schon zwischen beyden Ehreuten Fried und Einigkeit erhalten wird / So muss doch zum wenigsten einer von Adel/ der eines armen Bürgers Tochter eheligt/ von seines gleichen sich schimpf- sen und verspotten / und das Weib nicht allein von denen von Adel / sondern auch ihres Mannes Kindern und Gesinde sich verachten lassen / umb welcher Ursach willen bey den alten Römern/ Sachsen und noch heute zu Tage im Königreich Den- nemarck zwischen denen von Adel vnd Unadel keine Berechtigung zugelassen/ D.R.W.)

DEFINIT. X.

Contraheere tamen matrimonium cum plebeis personis Nobiles
hanc prohibentur, sed jure illud inter eos subsistit.

S V M M A R I A.

1. Prohibitum non est matrimonium inter nobi-
lem & plebeiam personam.
2. Multo minus tale conjugium est dissolven-
dum.
3. Fundamenta & rationes huius decisi. n. 4.
5. Inter Dominum & ancillam hodie legitimum
consitit matrimonium.
6. Non modò de jure divino & naturali subsistit

BENè itaque faciunt Nobiles, si cum
& qualibus ratione nobilitatis contra-
hant matrimonium, & à conjugio cum
plebeis abstineant. *Defin. preced.* Prohi-
bitum tamen id non est, si contrahentes

- matrimonium inter nobilem & plebeiam
personam.
 7. Sed etiam de iure Canonico.
 8. Ut & de iure civili.
 9. Eiusmodi coniugia hodie rara non sunt.
 10. Non sunt mutanda, qua longevità consuetudine
obtinuerunt.
 11. *Sententia Consistorii suprēmi.*
- bonum consilium capessere nolint. Nam
etsi statūs disparitas est impedimentum
contrahendi matrimonii dissuadens, at-
tamen non est impedimentum prohibens,
multo minus conjugium jam † contra-
sum

etum dissolvens, sed nobilis ignobilem, dives pauperem, dominus ancillam duce-re potest, Gerhard. in loco de coniug. §. 399. pag. 592. Nicol. Reusner. lib. I. decis. 4. (1.)
 3 † Quanquā enim antiquo jure civili ma-trimonia inter impares honestate & di-gnitate personas certis de causis prohibi-tæ erant, ac non aliter postea legibus Imp-permissa, nisi dotalia instrumenta conse-
 4 sta fuissent; ex Lege tamen Justiniani Im-peratoris, licet instrumenta ea haut inter-cedant, † omnino rata & firma sunt, siue aliquā personarum distinctione, modō li-beræ & ingenuæ sint mulieres, nullaquæ nefariarum vel incestatum conjunctio-nūm subli suspicio, l. imperialis. 23. §. imo-stiam 7. C. de nupt. Nicol. Reusner. dict. loc. n. 18. (2.) † Quin & hodie inter dominum & ancillam legitimum consistit matrimo-nium; Nam et si quondam nuptiæ haud legitimæ habebantur, si alteruter contra-hentium vel servit vel peregrinus esset, §. si aduersus 12. Inst. de nupt. l. ex facto. 17. §. ex facto. 5. ff. ad SCtum Trebedian. l. cum ancillis. 3. C. de incest. & inut. nupt. verū, quia ma-trimonium juris divini est inventum, nec non participat quid de feminibus juris na-turalis, † inter Christianos neutiquam di-

versitas statuum, conjugium debet impe-dire; quare & iure Canonum hodie intel-servos & ancillas sive inter se, sive cum al-terutram personam liberam, & quæ justum est conjugium, † uti constat ex cap. 1. & tot. tit. de coniug. servor. Basil. Monner. in tract. de matrim. part. 4. cap. 4. Joh. Hartppr. impr. Inst. de nupt. n. 2. (3.) † Non itaque est, quod Le-gem XII. tabularum, aliasque priscas le-ges attendamus, postquam novimus, eas hodie antiquatas & sublatas esse; veluti de Lege XII. tabb. abrogata testatur Li-vius lib. 4. & Dionys. lib. II. Reus. dict. decis. 4. n. 33. (4.) † Neque novum hodiè est aut infrequens, sed usu & consuetudine com-probatum, quod nobiles personæ cum plebeis & ignobilibus sapientem contrahant matrimonia, veluti communis testatur ex-perientia, & in medio sunt exempla complura. At † minimè sunt mutanda quæ longavæ consuetudine obtinuerunt, l. mi-nime. 23. ff. de legib. Laurent. Sylvan. const. 3. n. 43. quin potius consuetudin in omnibus attendi debet. l. 1. §. ult. ff. de ventr. inspic. l. si servus. 50. §. ult. ff. de legat. 1. l. quod si nolit. 31. §. si assidua ff. de ædil. edict. l. semper insipulationibus 34 ff. de Reg. Iur. l. 3. §. ult. ff. de testib.

Ita † Consistorium supremum in eadem causa. (Verba sententia: Wofern ihr dennoch dessen al-
 len unerwogen/eure gefassete intention zu endern nich gemeinet; So seyd ihr auf Zu-
 lassung geistlichen und landlichen Rechters/ weil daffalls kein widriges Gesetz
 verhanden/oberwehnt eure Dienerin zu eheligen nicht alleine befugt / sondern auch /
 do zwischen euch allbereit eine verbindliche Zusage geschehen / solches zu thunschul-
 dig/ Der wegen der angelegte arrest und aufgebrachte penal inhibition, als an sich
 selbst null und nichig/ hinwieder zu relaxiren und zu cassiren; In dessen verweigerung
 habt ihr bey der Landesfürstlichen Obrigkeit/und sonst/ eure Nothdurft zu suchen
 wol sug/ Immassen denn auch das Ministerium dergleichen inhibitionen zu parren nich
 verbunden. B.R.W.)

DEFINIT. XI.

Mulier plebeja si nubat Viro Nobili, & ipsa fit Nobilis, & liberi ex hoc
 matrimonio procreati vere habentur Nobiles.

S V M M A R I A.

1. Inter est Republica Nobiles familias conservari.

2. Nobiles

2. Nobiles mariti tribuunt fæminis nobilissimam dignitatem.
3. Nobilis ergo fit plebeja, si nubat Viro nobili.
4. Et est vidua nobilis, marito nobili defuncto.
5. Vxor nobilis amittit nobilitatem, si nubat marito plebejo.
6. Vxor sequitur conditionem mariti.
7. Liberi ex patre nobili & fæmina plebeja procreati sunt Nobiles. v.
9. Quia sequuntur conditionem patris.
9. Ejusmodi conjugium haud præjudicat Nobilitati.
10. Nobilitas paterna, adjecta maternâ fit splendidior.
11. Liberi ex hoc conjugio procreati in feudi succedunt.
12. Explicatur tit. 29. FF. 2.
13. Liberi nobilis ex concubinâ plebeja progenit & per subsequens matrimonium legitimatis efficiuntur nobiles.
14. Secundum quam sententiam quotidie pronunciatur.
15. Sententia Consistorii supremi.

Obstat tamē dixeris favorem Republicæ, cuius t̄ non parum interest, nobiles familias conservari l. 1. §. 13. ff. de ventr. insp. l. 9. C. de quest. Förster. desucess. lib. 3. cap. 4. n. 20. At parum momenti habet hæc ratio ad impediendum inter nobilem virum & mulierem plebejam matrimonium: (1.) t̄ Postquam novimus, maritos nobiles tribuere fæminis nobilissimam dignitatem, l. fæmina. ff. de senator. quorum radii illæ coruscant, l. ult. in verb. sentiat mulier viri fulgorem. C. de nupt. Novell. 150. Hinc Impp. Valent. Theod. & Arcadius: Mulieres, inquit, honore maritorum erimus, genere nobilitamus, & fortunam ex eorum personâ statuimus & domicilia mutamus, l. mulieres C. de dignitat. 3. t̄ ex quo dubium non est, quin fæmina plebeja nubens viro nobili, & ipsa fiat nobilis, ac pro fæmina nobili habeatur, prout communis Dd. conclusio firmat, Andr. Alciatus in l. pronunciatio. §. familia n. 6. ff. de V. S. Felin. in cap. novit. ille. n. 2. extr. de iudic. Andr. Tiraqvell de nobilitat. cap. 18 n. 3. Tiber. Decian. vol. 3. consil. 19. n. 2; 7. Regn. Sixtin. lib. 2. consil. Marburg. 9. n. 36. & seqq Herm. Vultej. lib. 3. consil. 17. n. 46. & seqq. Theodor. Reit. King. de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 5. cap. 11. n. 23. Hyeron. 4. Treutler. consil. 115. n. 20. & seqq. t̄ Quod & procedit in plebeja vidua mariti nobilis, ut videlicet nobilis censeatur, dum vidua

est. l. cum te, ubi Bald. C. de nupt. l. filii §. vidua. ff. ad municip. l. fæmina. in fin. ff. de Senator. Tiraqvell. dict. cap. 18. n. 5. t̄ quemadmodum econtra uxori alioquin nobilis per matrimonium cum ignobilis viro contractum efficitur ignobilis, Bartol. in l. 1. C. de dignit. Guid. Pap. decis. 196. & decis. 349. Scilicet t̄ uxori semper lequitur conditionem mariti prioremq; dignitatem amittit, dict. l. fæmina. ff. de Senator. l. ingerue C. de murilegulis. lib. 11. Tiraqvell. dict. loc. n. 18 (2) Ex quo portò sequitur, liberos t̄ ex ejusmodi matrimonio progenitos vere nobiles esse atque haberi, Theod. Reink. dict. cap. 11. n. 23. Nic. Reusn. lib. 1. decis. 4. n. 30. Non etenim incertus juris est. filium ex iusto matrimonio natum patre nobili, quamvis mater sit ignobilis, vere ac propriè nobilem esse; cum pater & non mater nobiliter; t̄ sequitur namque filius conditionem patris & non matris, l. cum legitima. 19. ff. de stat. homin. ubi Jctus in hunc modum scribit: Cūm legitimæ nuptriæ factæ sunt, liberi patrem sequuntur. Et sequuntur liberi conditionem patris quoad familiam, h.e. agnationem, ut glossa interpretatur in §. 1. Inst. de legit. agnat. tutel. sicut & quoad dignitatem & honores, l. liberos. 10. ff. de Senator. l. eos. 21. l. exemplo. 36. l. nullius. 44. C. de decur. lib. 10. Unde patescit, t̄ matrimonium nobilis viri cum fæmina ignobilis

- ignobili contractum nequaquam praeiudicare nobilitati, quominus ista in sobole conservetur, ac in posteros propagetur,
 10 licet inficias haut eamus, † nobilitatem paternam adiectâ maternâ fieri splendi-diorema, omnibusq; numeris absolutam, per tradita M. Anton. Natt. consil. 637 n. 18. Tiber. Decian. vol. 3. respns. 19. n. 237. (3.)
- 11 Recepitum † hinc porrò est, ut ex ignobili matre, parte tamen nobili nati ad feuda in Camerâ & Saxonîæ Electoratu admittantur, quo de fidem faciunt Regn. Sixtin. dict. consil. Marpurg. 9. Vultej. dict. consil. 17.
- 12 Hier. Schurff. cent. 1. consil. 1. n. 17. † Eoque facit text. in 2. FF. tit. 29. ubi ad hoc, ut filii nati ex ignobili matre à successione repellantur, pactum requiritur speciale, Borch. defud. cap. 7. part. 2. n. 56. §. filii nati. Cui consequē est, pacto eiusmodi non interveniente liberos pari iure, qua ex nobili matre sunt nati, quoad successionem feudalem censeri, ex argumento à contrario sensu, Tiraquell. de nobilit. cap. 17 & 18. Match. Steph. de iuris dict. lib. 2. cap. 7. membr.
- 13 2. n. 44. & seq. (4.) † quod magis est, nati

ex patre nobili & concubinâ plebejâ, ac per subsequens matrimonium legitimi-ti, nobiles verè existunt; & in feudi succedunt, Didac. Covart. in Epit. de sponsal. part. 2 c. 1. n. 5. Palæot. intr. de notbis & spuriis c. 19. n. 12. Paris. lib. 2. consil. 13. nu. 22. Cephal. consil. 435. n. 64. lib. 3. Iacob. Menoch. de præsumt. lib. 3. praf. 1. n. 4. & lib. 2. consil. 199. n. 48. & 49. & ita in Senatu Pedemontano decilum, testatur Octavian. Cacheran. decis. 154. in fin. quin † & iuxta hanc sententia-
 14 tiā quotidie consuli & iudicari refert Schurff. dict. consil. 1. n. 17. & tenorem sententiæ ponit Reusner. hisce formalibus hat einer von Adel mit seiner Concubin in der unehelichen fünf Kinder erzeugt/ welche er nun mehr / weil sie sich seiner alleine gehalten / gehiltget/ und sie zur Kirchen geführet/ und ihm ehelich trauen lassen; So sind die Kinder durch folgende Ehe / und in Kraft der selben alle ehelich / und thres Vatters in allen seinen hinterlassenen Gütern natürliche Erben worden / und haben demnach seine Brüder an solcher Verlassenschaft keine Forderung/ Reusn. dict. decis. 4. in fin. n. 41.

(Verba sentent. So seyd ihr (als einer von

15 Adel) aus zulassung geistlichen und landüblichen Rechtns. weil ditzfals kein wiedertiges Gesetz vorhanden / oberwehntre ewre Magd und Dienerin (so bürgerlichen Standes und eines Handwercksmans und Dratziehers Tochter ist) zu ehelichen nicht allein besugt / sondern auch do zwischen euch eine verbündliche Zusage geschehen / solches zu ihun schuldig: Und dieweil durch diese Verehligung ewre gewesene Dienerin ihres Geschlechtes Nahmen verleunret/ euren Adelichen Stand und Nahmen an sich nimbt / auch ewirs Adelichen Geschlechtes und Würden ihelich stigt wird / und die mußt ihr ins künftige erzeugte Kinder vor Adeliches Geschlechts zu halten; So können daherwo ewre andere Kinder und Anverwandte mit Bestande nicht sagen / daß durch diese Heyrath ewrem und ihrem Geschlechte Verkleinerung und Nachtheil zugezogen werde / etc.)

DEFINIT. XII.

Quo ætatis anno permisum sit inire coniugium & nuptias contrahere?

1. *Finis matrimonii proprius est procreatio sobolis. num. 2.*
3. *Matrimonium unde dictum? (da est.)*
4. *In contrahendo coniugio etatis ratio habentur.*
5. *Quanam iusta etas ad matrimonium secundum Aristotelem?*
6. *Diversa Philosophorum hac de re opiniones.*
7. *Legislatorum qua sententia.*
8. *Quanam Iustiniani Imperatoris?*
9. *Explicatur Norell. 100. cap. 2. vers. novimus &c. n. 10.*
11. *Puberes quinam dicantur?*

Non coire ad procreationem, est facere in injuriam naturae, inquit Clemens Alexan. 2. *pedag. cap. 10.* cum quo convenit Justinus Martyr allegatus ab Henn. Arnis. *de matr. c. 2. sect. 4. n. 8.* quando ait: Christianos procreandorum tantum liberorum causâ uxores ducere, cum ceteri voluptatis studio sibi adsciscant. Ut non immerito dixerit Sara Abrahamo: Quæ precipua coniugii causa est, propter quam utique natura virum junxit mulieri, defunt nobis liberi, referente Philon. *lib. de Abrah. in Orat. Sara ad maritum.* Nimitum primarius matrimonii finis est procreatio sobolis, ipsa indigitante & vocalâ matrimonii. quod ex hoc appellatum prohibetur, ut non aliam ob causam debeat feminina nubere, quam ut mater fiat, Arnis. *dicit. sect. 4. n. 8.* ex quo perspicuum, & in contrahendo conjugio huius etatis rationem fore habendam, quæ iusta est ad liberos procreandos: cui & priori addimus, quæ discretionem & iudicium confert contrahéribus ad res cœconomicas administrandas.

Non solum ergo princeps Philosophorum Aristoteles graviter monet: Mares esse conjungendos & cum feminis paulò ante trigénum septimum annum, puer-

12. *Quandoq; annus coepitus pro completo habetur.*
 13. *Ius canonicum qualem requirat etatem ad matrimonium?*
 14. *Impuberis liberos procreare.*
 15. *Quanam verior hac de re sententia?*
 16. *Interest Re:publice hominibus eam repleri.*
 17. *Conciliatio opinionis Philosophorum cum sententiâ Imp. Iustiniani.*
 18. *Decisio huius questionis. n. 19. 20. 21.*
 22. *Ratio differentia inter masculum & femelam ad etatem & matrimonium aptam.*
 23. *Sententia Confistorii supremi.*
- las verò circa etatem 18. annorum nuptui esse tradendas, quod utriusq; sexus vires tum maximè corroborentur, *lib. 7. polit. c. 16.* sed & alii Philosophi aliud masculis & feminis nuptiarum tempus & prescribunt, quorum diversas & discrepantes opiniones refert Melch. Jun. *part 2. quest. polit. 28.* Cypræus in tract. de connub. iure part. 1. de sponsal. c. 9. §. 2. n. 9. & seqq. Henn. Arnis. *dicit. cap. 2. de matr. sect. 3.* à quibus multum discrepant & Legislatores, qui annum etatis decimum quartum masculis, duodecimum verò feminis in coniugio contrahendo præfiniunt, scilicet quod hoc tempore mares pubescant, & feminæ reperiuntur viripotentes, *pr. Instit. de nupt. l. 9. ff. de sponsal. l. 4. ff. derit. nupt. leg. pen. §. 3. ff. quod fals. tut. gest.* Licet & Imperat. Iustinianus annum decimum quintum determinasse ad hoc videatur, quando ait: Novimuseos, qui vehementer citius contrahunt nuptias, non minus quindecim annorum ad hoc procedere, *in Novell. 100. cap. 2. vers. novimus, &c.* quem & textum, ne prioribus aduersetur, explicat Accurs. de consuetudine hominum frequentiore, quod scilicet plerumque homines hunc annum etatis in nuptiis contrahédis observent. Sed rectius forsitan per decimum quintum

quintum annum, intelligit ibidem decimum quintum annum inchoatum & decimum quartum completum, Conrad. Q. leman. ad lib. 1. disp. iur. Giphan. disp. 3. n. 17. in fin. nec enim hic sufficit annus decimus quartus in maribus & duodecimus in fœminis inchoatus, sed præcisè compeli pleris sint, necesse est, t̄ quia puberes masculi dicuntur, qui annum decimū quartū compleverunt, & fœminæ viri potentes, quæ annum duodecimum excellerunt. pr. Inst. quib. mod. tut. fin. Ioh. Harppr. ad dict. pr. Inst. de nupt. num. 17. licet aliis in causis ex peculiari ratione tannus cœptus pro completo habeatur, l. ad rem publicam. 8. ff. de muner. & honor. l. à qua etate. 5. ff. qui testam. fat. poss. Minoti adhuc t̄ etate contentum est jus canonicum, si malitia (quæ in coëundi potentia & discretione conjugalis consensus consistit, unde & malitia prudentia appellatur) illam suppleat, cap. puberes. 3. cap. de illis. 9. cap. ult. de spons. impub. propterea quodd usu fuit competutum, t̄ masculos ante annum decimum quartum liberos genuisse, & fœminas ante duodecimum annum peperisse, cuins aliquot exempla refert Andr. Tiraquell. de legib. connub. part. 6. nu. 37. Kornman. in tract. de virginit. cap. 6. Guibert. de matrim. c. 3. n. 46. & seqq. Ioh. Coras. lib. 6. miscell. jur. cap. 23. n. 4. Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 57. n. 32. & seqq. Henn. Arnis. dict. cap. 2. sect. 3. Dissentientibus ita Legislatoribus cum Philosophis circa definitionem iustæ etatis ad contrahendas nuptias, t̄ Imperatores & Ictos hâc in re longè sapientiores Philosophis extitisse, dicit Ioh. Harppr. in dict. pr. n. 14. Inst. de nupt. propterea quodd arbitrati fuerint, Reipublicæ t̄ interesse, eam statim libertis hominibus repleri: nec non adulteriis & stupris civitatem exonerandam esse, l. 1. ff. solut. matrim. l. cum ratio. 7. §. si plur. ff. de bon. damnat.

Verum t̄ enim verò, sive annos sive habitum corporis species, nec è re sua, multo minus è publicâ faciunt, qui licentia hâc Iustiniani utuntur contra Philosophorum sententias, ut bene advertit & multis demonstrat Arnis. dict. loco. Saltem enim non prohibet Iustinianus Imperator post annum duodecimum fœminas, aut males post annum decimum quartū matrimonium, sires ferat, contrahere: sed nec jubet, nec suadet, Albert. Gentil. de nupt. lib. 5. cap. 2. Quid ergo faciendum? t̄ Nequaquam certe ante annum decimum octavum, à masculis præsertim ad nuptias properandum, quippe ante quem etatis terminum pueris vix sufficit sua ipsorum ars vel industria, ut se alant, Coras. in l. pre-cibus. n. 18. C. de impub. & alibi sublit. Alciat. in l. pueri. 204. ff. de verb. signif. quomodo verò uxorem & liberos alere poterit, qui se solum non potest? Et t̄ rectius faciunt, qui doctrinam Philosophorum sequuntur ad matrimonium non convolantes, priusquam evalerint in viros, h.e. in tales, qui virtute (à qua nomen viri derivatur, vel potius virtutis à viro, Cicero 2. Tuscul. quest.) pollent; quam percipere licet ex arte poët. Horat.
Imberibus juvenis tandem custode remoto.
Gaudet equus canibusq; & apri i gramine campi,
Cereus in ritium flecli monitoribus asper,
Uti'um tardus provisor prodigus eris,
Sublimis, cupidusq; & amata relinquere pernix.
quantumvis sufficiat, mulierem t̄ ratione 20
etatis talem revera esse, h. e. mulierē, cuius
nomen non comprehendit, nisi virginem
viripotentem, l. muliebris. 13. ff. de V.S.
Quod si tamen masculus maior quatuor-
decim tannis, aut puella maior duodecim 21
annis cupiditates suas reprimere & con-
cupiscentiam frenare nequeant, satius erit
ut matrimonium ineant, nuptias t̄ con-
trahant, quam vagas libidines secentur,

adeoque scelere nefario mortaliq[ue] peccato se polluant, 1. Corinth. 7. vers. 2. & 9.
Alber. Gentil. lib. 5. disp. de nupt. c. 2. Christoph. Besold. in discurs. de nupt. cap. 8. n. 4.
22 pag. 37. & seq. ubi inter alia l[et]erbit: † Legūlatores differentiam inter masculum &

fæmellam idè fecisse, quod putaverint,
ad complexum maritalem maius requiri
robur in mare, quam in fœminâ; indeque
constet, illum magis lassari & cito fœ-
minâ latiari, citius que etiam immodico
Vene tis usu incidere in morbos.

Ita † Confistorium supremum ad consultationem Superintendentis Annabergensis, Mense Iunio 23
Anno 1609. (Verba sentent. Auf ewere an uns gehane Frage darüber ihr euch rech-
tens zu unterrichten gebeten / erkennen und sprechen Wir verordnete Präfident und
Räthe des Churf. Sächs. Ober Confistorii vor recht: Hat Hans Wehle in seinem
neunzehenden Jahr sich mit Peter Fischers sel. nach gelassenen Witben / vermittelst
seines Grossvattern consensu, in Ehegelöbnis eingelassen / welches durch öffentliche
Hochzeit und Christliche ceremonien zu vollziehen allbereit ein gewisser Tag angesetzt
worden; So ist der Nach daselbsten / oder jemand anders solches zu hindern nich-
besiegt / sondern wird ihres Vorgebens und insonderheit / was, etwa gemeltes
Wehlens Batterdissfalls in seinem testament verordnet haben soll / ungeachtet weil
er zum Ehestand alt genug / mit der Hochzeit bittlich versfahren / ihm auch hierzu und
zu künftiger Haushaltung / wosfern er hauf zu halten tüglich ist / daß seitige gesoll-
get/ V. R. W.)

Ei † ad requisitionem Hansen Weingerbers zu Delau die 2. Martii anno 1613. (Verba sent. 24
Ist erwer Beiter Martin Weingerber / nach d[em] d[er] er das Schneiderhandwerk gelernt /
mit Christian Ferbers Tochter Anna Marien daselbsten in Rundschaft gerathen /
hat auch dieselbe lieb gewonnen und zu ehelichen begehret / inmassen dann die Jung-
frau gleichesfalls Beliebung zu ihm trägt / auch beyderseits Eltern dar, u genetigt /
wozu aber die Obrigkeit des Orts nicht einstimmig seyn / noch diese Berechtigung /
weil gedachter Martin Weingerber noch eben jung ist / zu geben will. Ob er nun
wohl kaum das siebenzehende Jahr seines alters ersfüllt / die Jungfrau aber bereit über
achtzehn Jahr alt / und er an seinem Ort zu heyrathen nicht veraliet / der wegen
noch wohl eine zeitlang warten könnte / welches ihm auch vielleicht zuerächtlicher und
nützlicher were. Demnach aber beyde Personen einander mit Liebe zugehan / und
nach erlangtem consens ihrer Eltern / die Ehe zu vollziehen ganzlichen entschlossen /
wozu dann Weingerber auch seines theils grungsame Jahr erreicht / also daß ihm /
wann er seiner Gelegenheit nach außer der Ehe ohne Verlezung seines Gewissens
nicht länger verbleiben mag / dieses Ehrenwerk nicht zuwiderrathen; So wird die
Vollziehung der Ehe ihnen bittlich verstatet / und mag disfalls von der Obrigkeit
nicht verwehret werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XIII.

Viro sexagenario nuptias, præsertim cum juvenculâ contrahere dissua-
dendum: haut tamen ejusmodi conjugium omnino prohibendum, mul-
to minus contractum jam dissolvendum est.

S V M M A R I A.

1. Monstrosum contrahitur matrimonium à ju-
vene cum vetulâ. n. 2.
3. Quod atatis disparitas non admittit.
4. Vs nec coniugiam Sexagenarii cum juvencula
puella octodecim annorum.
5. Causæ dissidentes hoc matrimonium. nu-
mer. 7. 9.
6. Sexagenarius presumitur inidoneus ad gene-
randum.
8. Modicum adjutorium praestare valet Sexage-
narius juvencula.
10. Metuenda ex huiusmodi coniugio rixa atque
discordia.
11. Consulitus est Senibus à matrimonio absti-
nere. n. 14.
12. Examinatur Davidus exemplum, cui decre-
pito Abisag à Sunem fuit adducta. n. 13.
15. Lutheri sententia de eiusmodi matrimonio.
16. Non indifferenter improbanda sunt conjugia:
Senum. (cinet.)
17. Nec generalis regula vel prohibito hic ob-
stat.
18. Multò minus eiusmodi coniugia jam contra-
cta sunt dissolvenda.
19. Rationes ac fundamenta huius assertio-
nis.
20. De jure civili matrimonia decrepitorum per-
missa.
21. Exempla huius matrimoniis.
22. Cicero sexagenarius Publiam virginem ma-
trimonio sibi copulavit.
23. Sententia Confessorii supremi.

¹ Efert Bal haf. Mentzer. de matrim. pag.
¹²⁴ cordatam quandam viduam se-
xagenariam à formoso juvencu de matri-
monio sollicitatam respondisse, nisi planè
mihi persuaderem, opes potius meas,
quām meipsam quāri, petitioni fortassis
² annuerem. Prudenter † latet, quod si o-
mnes vetulæ crederent, vix unquam de
monstroso inter juvenem & vetulam con-
iugio causa admirationis præberetur. Ac
³ certè † etatis disparitas, quæ hec maximè
attendi debet, eiusmodi nuptias haud ad-
mittit, sicutinec eas, quas sexagenarius vir-
cum juvencula appetit. Ut enim viro, qui
tot annos vixit, ad novum convolare ma-
trimonium simpliciter est dissuadendum;
ha multò magis ipsi abstinendum erit à
⁴ coniugio † cum puellâ juvencula octode-
cim annorum contrahendo, prout multis
demonstrat Henn. Atnif. de matrim. cap. 2.
sect. 4. Andr. Tiraquell. de ll. connub. lege 6.
Joh. Gerhard. in loco de conjug. §. 397. & 198.
pag 589. & seq. Cypræus de spousal. cap. 9. §. 8.
⁵ (1.) Cessat † enim hoc in matrimonio finis
coniugii principalis, qui in prolis genera-
tione consistit, unde matrimonium con-
trahere non potest, qui non potest gene-

rare, cap. 2. ubi Abb. extr. de frig. & malef. So-
cin. in l. 1. ff. solut. matrim. Atqui etatis decre-
pitæ qui sunt, quibus nempe senili. maras-
mo virtus vitalis & prolificæ emori incipit,
vix possunt spem prolis concipere, si vel
maxime juvencularum in amplexu hære-
ant; nam & de jure civili † sexagenarius 6
præsumitur inidoneus ad generandum, l.
si paterfamilias. 15. § in arrogatione 2. ff. de adopt.
Laudens. in cap. sicut. §. Titius. si de feudo fue-
rit controv. & quinquagenaria ad concipi-
endum, l. si sterilis. 21. in pr. ff. de act. emit. l. si
maior. C. de legit. hered. (2.) † Alterum quoq; 7
coniugii finem, qui est mutuum adjutori-
um, si pensaremus, nec is hoc in matrimo-
nio obtinebit; præterquam enim, quod
non absolute & simpliciter, sed æquè cum
respectu ad usum coniugalem in genera-
tione & educatione liberorum adjutoriū
istud accipi debeat, Joh. Geth. in dict. loc. de
coniug. §. 233. pag 353. in fin. † modicum certe 8
vel nullum in administratione rei fami-
liaris auxilium & adjutorium scilicet decre-
pitus uxori præstare valet, Geth. dict. loc.
(3.) † Et quodnam libidinis remedium, 9
quod tertium matrimonii finem consti-
tuit, in eiusmodi coniugio querendum,

- postquam incendium libidinis in senibus & vetulis non amplius ferret, ac si vel maxime concupiscentia stimulus sentiunt, illi tamen in coniugio cum juvenculis non tam extinguntur, quam accenduntur,
- 10 Henning. Arnii. dict. sect. 4. n. 19. (4.) † Ut rite amus inimicitiam & discordiam ex eiusmodi coniugio metuendam: testatur namq; experientia, viros juvenes citè fastidium capere vetulatum, ac alienos querere nidos, quod à fœminis juvenculis decrepitorum matrimonio junctis itidem fieri videmus, Neviz. lib. 2. sylv. nupt. nu 19. Arnii. dict. loco. n. 23 & 24. Joh. Gerhard. dict. §. 398. Ut hinc nemo dubitet, † consultius fore senibus à matrimonio prorsus abstinere, quam illud cum juvenculis appetere. Nisi quis exemplum Davidis, Abisag Sunamitidem à proceribus sibi aductam ne in extremo quidem senio repudiantis, 1. Reg. 1. obiiciat. † Quod tamen parum ad rem facit. Præterquam enim, ut Martyr excipit, exempla Davidis omnia non sunt trahenda ad consequentiam, non tam ad coniugium, quam ad corporis senilis ministerium illa videtur à Davide admissa, Joh. Gerh. in loco de coniug. §. 233. &
- 12 13 355. Quâ enim † fronte non tantum Adonis patris uxorem, matrem suam in uxorem petere à Salomone potuisset, sed Betsabæ quoque filio autor esse, ut tradetur in notorium & verbo Dei vetitum incestum, 1. Reg. 2. si Abisag verò & legitimo matrimonio Davidi juncta fuisset, Arnii.
- 14 dict. sect. 4. n. 28. Atq; hæc † contra senum matrimonia præsertim cum juvenculis ineunda disputantur & adducuntur ab Erasmo in lib. de Chriſt. matrim. Cypræo de ſponsalib. cap. 9. §. 8. Arnii. de jur. connub. cap. 2. sect. 4. Alber. Gentil. lib. 5. diſp. de nupt. cap. 3. Andr. Titaqu. de legib. connub. l. 6. gloss. 1. part. 6. n. 7. Chriſt. Besold. lib. 1. polit. cap. 10. §. 3. 15 n. 28. & in diſcurſ. de nupt. cap. 8 n. 5. † Quo &

facit illud Lutheri: Wenn ein alter Mann ein junges Weib nimmt / das ist ein heſliches Spectacel / denn an einem Alten kan keine hoffart noch lust seyn / weil die Gelegenheit hinweg ist. Es ist jenichis schönes noch starckes an thine mehr / darumb ist ein alter Mann und ein junges Weib wider die natur / gleich und gleich paaret sich am besten zusammen. in colloq. mensal. sub tit. vom Eheſtande. fol 311.

Et † ad requisitionem Matthiae Corbauens zu Teichen die 7. Febr. anno 1617. (Verba Sententia: 12. Hat sich eine Jungfrau/ von welcher eure frage meldet / mit N. N. verlobet / welches aber mit dieser ausdrücklichen bedingung und condition geschehen/ wosfern er in seiner Heimat in die Handwerke zu mif der Schneider eingetommen werden möchte, welches ihm bis dato aus gewissen ursachen verwetget werden zu dem ende er auch un längsten in seine Heimat gezogen/ sich darumb zu bemühen/ und wieder zukommen. Wenn nun gleich bemelter Jungfrauen antigo eine bessere und bequemere gelegenheit sich zu verheyrathen zu handen kommen: Dieweil aber gleich wol N. N. im wercke begriessen/ damit die condition erfüllt werden möchte/in massen er denn/das hoffnung verhanden/ un längsten zurücke geschrieben; So ist die Jungfrau den aufgang dieser condition zu erwarten schuldig/ und mag ihr/ ehe und juvor die condition erloschen/ sich mit einem andern zu verehligern nicht verstatte werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XXII.

Subsistunt sponsalia sub conditione alicuius lucri vel pecuniae
inferendæ: eaque deficiente rata non sunt.

S V M M A R I A.

1. Conditio sponsaliorum quandoque est necessaria.
2. Que pro jam completa habetur.
3. Qualis est etiam conditio: si Titius morietur.
4. Quandoq; conditio contingens apponitur sponsalibus.
5. Conditionis buius effectus.
6. Quid habendum de conditione lucris alicuius in sponsalibus?
7. A quibusdam hac conditio reicitur.
8. Verior sententia pro subsistentia eius conditionis.
9. Fundamenta & rationes huius sententia. num. 10. 13.
11. Dos in sublevationem onerum matrimonii constituitur.
12. Datio dotis est de solemnitate matrimonii.
14. Publicè interest, dotes mulierum conservari.
15. Sententia Consistorii supremi.

- C**ondiciones sponsalibus apponi solitae unius eiusdemque generis nonsunt, sed multum ab invicem variantur.
1. Quandoque enim sponsalia sub necessariâ conditione celebrantur, puta: Si cras sol orietur, accipiam te in uxorem.
 2. Quæ conditio, quia certè est exitura, statim pro completâ habetur, §. conditiones qua. 6. Inst. de verb. obligat. l. cum ad præsens 37. ff. dñeb. credit. l. quod s. ea. 18. ff. de condit. indeb. l. conditio. 100. ff. de V. O. l. si pupillus 9. §. 1. ff. de novat. Joh. Gerhard. in loc. de conjug. §. 132. pag. 216. Alber Gentil. lib. 2. de nupt. cap. 12. Paul. Cypræus de sponsal. cap. 8. §. 2. n. 3. Andr. Fachin. lib. 3. controv. jur. cap. 39. † Quòd & referri potest conditio hæc: Si Titius morietur; postquam enim non potest non existere ea conditio, certa & pro completâ judicatur, l. heres. 79. in pr. ff. de condit. & demonstr. Cypr. dict. cap. 8. §. 2. n. 3.
 4. Quandoque verò talia contingens apponitur sponsalibus conditio, veluti, si pater consenserit; si religionem Christianam fuerit amplexus &c. Quâ conditione demum existente sponsalia sunt rata; nō verò extante nihil videtur promissum, † adeò ut pœnitere liceat, cap. un. extr. de sponsal. in 6to. cap. de illis. 3. & cap. super eo. 5. extr. de condit. appos. Joh. Gerh. dict. loco de coniug. §. 132.
 5. Sed quid habendum † de conditione alicuius lucri, ut si quis promittat matrimonium, si pater sponsæ ipsi dederit centum aureos, vel certâ pecunia summa bona sua vendiderit, ut hinc lucrum sponso accedat? Non subsistere † hanc conditio-

Ita † Consistorium supremum ad requisitionem Iohannis Andreae Obenai in Gröbden die 25. November anno 1608. { Verba Sentent: Hat euer Sohn Hans Fendeler / Hammermîller zu Frauenhain Tochter Anna die Ehe mit diesem bedinge versprochen/ wosfern Fendeler sein Gut ihm in einem leidlichen kauff würde zu kommen lassen / darauff sie auch des kauffs umb 400. fl. eins worden/ und Fendeler 15. Echt. auff den kauff genommen/ welches eure beyständne Mathes Klein und Gregor Mühle angehören: Nun aber/ nach dems Fendelers schulden an tag kommen/ hat er das gut umb 600. fl. gerichtlichen taxiren lassen/ vorgehende/ umb solches Geld liesse er das Gut seinem Sohne

nem, sed peregrinam, otiosam & pro non adjectâ habendam quidam opinantur, quia videtur esse contra bonos mores, cum præ se ferat amorem venalem. Verum ab hac opinione recedit Paul. Cypræus dict. cap. 8. §. 5. † eamque conditionem sub spe lucri conceptam licitam & subsistente iudicat, cui etiam adsentitur Joh. Gerhard. in loco de coniug. §. 140. pag. 222. Rectè omnino: (1.) † per text. in cap. de illis. extr. de condit. apposit. ubi Pontifex Alexander III. dicit: Si quis juratus promiserit, se puellam ducitum sub ea conditione, si centum dedisset, periurii eum reum haud esse, si illam ante impletam conditionemducere recuset. (2.) † Eaque conditio procul dubio respectu dotis involvit, quam petere ecquis improbabilecum maritus fert cogatur onera matrimonii, † ad quorum sublevationem dos constituitur, l. si quis § 6. §. ibi dos. ff. dejur. dot. l. pro oneribus. 20. C. eod. tit. Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 7. defin. 31. n. 3. Quin & dotis datio perhibetur † de solenitate matrimonii, l. cum multe. 20. C. de donat. ante nupt. Nicol. Boer. decis. 22. n. 2. tantum abest, ut matrimonium vel sponsalia annihilet. (3.) † Quòd & facere videtur exemplum Davidis, qui conditionem à socero sibi præscriptā, si nempe centum præputia Philistinorum attulisset, adimplevit, quo filiam eius Michol in uxorem acciperet. Quidn ergò in casu converso seu dotis idem obtinaret? præsertim quia † publicè interest, mulieres dotari & doles conservari, l. 1 ff. de solut. matrim. l. interest, 18. ff. de reb. autor. judic. posse.

Söhne/ und einer Sohn müßte gleichwohl seine Tochter zur The nehmen und behalten. So erscheinet hieraus so viel/ daß entweder Fendeter den bewilligten kauffeuren Sohn halten müßte/ oder aber / wosfern solches wegen seiner schulden und der Gläubiger am gut habenden interesse nicht geschehen kan/ einer Sohn von derselben Tochter ehelichen zuspruch bisch absolvieret und einbunden werde. (V. A. W.)

DEFINIT. XXIII.

Conditio turpis, quæ tamen non est contra substantiam matrimoniū, sponsalibus apposita hau annihilat ea, sed pro non-adjecta habetur.

S V M M A R I A.

1. *Conditiones impossibilis sponsalibus apposita pro non adjecta habentur.*
2. *Idque in favorem matrimonii.*
3. *Alii aliter sentiunt.*
4. *Res hac iudicis arbitrio videtur relicta.*
5. *Quid juris de conditione turpi sponsalibus adjecta?*
6. *Decisio sub distinctione adducitur.*
7. *Conditio turpis matrimonio hau contraria pro non adjecta habetur.*
8. *Sponsalia eiusmodi conditionata pro pure contractus habentur.*
9. *Decretum Confessorii supremi.*

compellendo, vel ob levitatem coercendo, in loc. de conjug. §. 133. pag. 217.

Quid verò juris in conditionibus turpis & in honestis? Decisionē petere licet à Pontifice Gregorio IX. ita scribente: Si 19 conditiones contra substantiam coniugii infestantur, puta, si alter dicat alteri: Contraho tecū, si generationem prolis evites, vel donec inveniā aliam honore vel facultatibus digniorem: aut si pro quaestu adulterandā tradas, matrimonialis contractus quantumcumq; sit favorabilis, caret effectu, licet aliæ conditiones adpositæ in matrimonio, si turpes aut impossibilis fuerint, debeat propter favorem eius pro non-adjectis haberi, in cap. ult. extr. de condit. apposit. † Distinguendū nimirum est inter 6 conditiones turpes, an sint contra matrimonii substantiā vel honestatem, nec ne. Priora sponsalia viriant & effectu carent, dict. cap. ult. & can. aliquando. can. solet. 32. quaest. 2. Posteriora vero, per se quidem turpia, sed 7 coniugii substantiæ hau contraria, veluti si homicidium aut sacrilegium, falsum aut furtum

Quemadmodum conditiones necessarie sponsalibus apposita pro jam completis, Defin. practic. impr. ita † impossibilis pro non adjectis habentur, veluti: Ducam te, si digito cœlum attigeris, vel si stella aliqua liquefiet & in terram ceciderit, §. si impossibilis. 11. Inst. de inutil. stipulat. 2 idque † in favorem matrimonii, ut rata judicentur sponsalia, cap. ult. in fin. extr. de condit. apposit. Christ. Besold. in discurs. de nupt. cap. 6. n. 7. pag. 16. Joh. Harppr. ad rubr. 3 Inst. de nupt. n. 27. † quamvis non desint dissentientes, propterea quod impossibilem conditionem addens videatur potius ludere ac jocari, quam de perpetua & indissolubili vita consuetudine disponere, ac animum obligandi habere. Quam ob causam etiam D. Gerhard. decisionem † judicis prudentis arbitrio committit, ut circumstantias quasque probè pensaret, & ex iis, num contrahentes animum contrahendi habuerint, nec ne, colligat, ac secundum intentionem eorum dijudicet, illos vel ad matrimonii consummationem

factum commiseris &c. non annihilant sponsalia, sed habentur pro non adiectis in matrimonii favorem: ideoque sponsalia sub talibus conditionibus contracta pro pure contractis sunt censenda, ut petulan- tiae eorum, qui pudicitia imbecillis sexus

9 Ita † Consistorium supremum in causa Melchior Hinckens zu Zeithen Tochter Klägerin an eram / contra Martin Scheibergken von Görnitz / beklagten anders thalit / die 18. Septembr. anno 1611. (Verba Decreti: Dieweil Beklagter nicht in abrede / daß er auf vorgehendes beyschaffen zur Klägerin gesagt / wenn sie auss einen andern bekennen würde / daß er sie zur Ehe nehmen wolle; Klägerin aber der angehessnen bedingung keinesweges geständig / solche auch an ihr selbsten nichtig und unerheblich; So ist Beklagter sie nunmehr zu ehelichen schuldig / oder wird darzu von der weltlichen Ob- rigkeit durch gebürliche Mittel compelliret und angehalten/ V. R. W.)

DEFINIT. XXIV.

Renuntiare potest conditioni, qui eam sponsalibus apposuit, in-vito etiam altero contrahente.

S V M M A R I A.

1. Variae sunt conditiones sponsalibus apponi so-lite.
 2. Remissive monstratur, qui de his scrip-se-runt.
 3. Consultius est, purè sponsalia contrahere.
 4. Num invita altera parte à conditione valeat recedere, qui eam apposuit.
 5. Decisio affirmativa.
 6. Fundamenta & rationes decidendi.
 7. In aliis correlativeis, uno corruente, alter subfistere potest.
 1. Paterex prædictis, † quam variae sint conditiones sponsalibus apponi soli-tae, cum aliæ turpes & inhonestæ contra substantiam matrimonii pugnantes aliæ turpes per se tantum; aliæ impossibilis; aliæ necessariae; & aliæ denique honestæ & coniungentes habentur, de quibus † plura qui velit, a deat Joh. Gerhard. in loco de coniugio § 231. & seqq. Joach. à Beust. in tract. de jur. connub. part. 1. de sponsal. quest. 18. & seq. Paul. Cypriæum de sponsal. cap. 8. § 6. & seqq. Andr. Fachin. lib. 3. controvers. cap. 36.
 8. Veluti accidit in testamento coniugum reci-proco.
 9. Reciproca est sponsaliorum promissio.
 10. Pro matrimonio potius consummando, quam dissoluendo pronunciandum est.
 11. Opinio unius Doctoris pro matrimonio prævalet sententia plurium id impugnatium.
 12. Opinio favens matrimonio præfertur opinio-ni minus faventi.
 13. Sententia Consistorii supremi.
- & seqq. Bezam. in tract. de repud. & divort. p. 9. Alber. Gentil. lib. 2. de nupt. cap. 11. & seq. Brunell. in tract. de sponsal. conclus. 33. Joh. Schneidewin. ad tit. de nupt. part. 1. num. 32. ut hinc longè consultius sit, conditiones evitare ac sponsalia purè contrahere, quam multis, ambagiis longisq; dispu-tationibus non sine minimo matrimonii despectu & injuriæ contrahentes affligere atque vexare: Ex quo porrò fit, ut haud raro conditionibus renuncietur, eoque modo sponsalia purifcentur; Quod†num invita

invitâ parte alterâ fieri possit, non adeò videtur expeditum? Sed procul dubio affirmativè ad hoc respondendum est. (1.) † Ecquis enim non videt, conditionem in unius saltem favorem fuisse sponsalibus adjectam, quidni ergo è huic renunciare valeret s.l. pen. C.de pact. l. si judex. 41. vers. quia unicuique ff. de minor. l. p. tatum. 46. sub fin ff. de pact. (2.) † Nec habet pars altera, de quo conqueri possit posteaquam ea semel purè contraxerit sponsalia, ex quo firmiter est obligata, nec pacto contravenire vallet; l.s. C.de obligat. & actionib. Haud enim † in jure infrequens est, ut ex actibus duobus correspœctivis unus corruat & revoletur, alter verò subsistat, prout videre est in donatione mortis causâ, seu testamento conjugium reciprocum, quod duplē repreäsentat actum, duovē testamenta, Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 117. n. 2. Joach. Mynsing. cent. 1. observat. 8. n. 6. † quorum uno licet revocato, alterum nihilominus subsistit & ratum manet, l. Lucius. 78. §. 7. ff. ad Scrum Trebell. Petr. Peckius de testam. coniug. lib. 1. cap. 43. n. 1. & seqq. Petr. Heig. lib. 1. quest. 2. 3.

Ita † Consistorium supremum ad consultationem D. Pauli Laurentii, Superintendentis Misnensis die 16. Augusti anno 1619. (Verba Sentent: Hat beklagter H. S. daselbst vor euch bekandt, daß er zwey Freywerber zur Klägerin Vater L. G. aufgesendet und ihm dar, auf seine Tochter zu einem künftigen Ehegatten öffentlich versprochen sey. Ob er nun wohl darwider fürwendet, daß solche zusage von der Klägerin Vater mit bedingung geschehen / sofern Beklagter seine sache ausführete. Dieweil aber doch solche bedingung nicht erwiesen / noch von der Klägerin Vater auf derselben erfüllung gedrungen wird / sondern er vielmehr von dieser condition abgestanden und solcher renunciret; So ist Beklagter seines unerheblichen fürwendens ungeachtet mit der Klägerin die Ehe in zeit Sachsischer frist zu vollziehen schuldig / oder wird von der weltlichen Obrigkeit auf der Klägerin ansuchen auf seine beharrliche Verweigerung durch gebrührliche Mittel hierzu billich compelliret und angehalten/ B. R. W.)

DEFINIT. XXV.

Sponsalia sub conditione contracta pro purè contractis habentur,
si copula carnalis fuerit subsecuta.

S V M M A R I A.

I. Sponsalia conditionata purificantur per copulam carnalem. n. 2.

T Y

Rationes

3. Rationes & fundamenta huius assertionis. num. 8.9.
4. Copula carnalis in sponsalibus idem operatur, quod consensus de praesenti.
5. In copulam consentiens videtur à conditione recessisse.
6. Ex carnali coniunctione post sponsalia præsumitur matrimonium.
7. Quia præsumtio est juris & de jure, nec probationem in contrarium admittit.
10. Sententia Consistorii supremi.

Est porro alias modus, quo sponsalia conditionata purificantur, & promissio sub conditione in puram resolvitur, si nempe accesserit t̄ copula sive commixtio carnalis: Finge, juvenem quendam puerilæ matrimonium promisisse, si ad certam functionem pervenerit, vel pater eius consenserit, pendente vero conditione carnaliter eam cognovisse, num exceptione conditionis haut impletæ se tueri poterit, quod minus puellam virtutam in uxorem ducere cogatur? Neutiquam sanè; t̄ sed purificata sunt sponsalia de futuro per concubitum, Paul. Cypræus de sponsal. cap. 12. §. 15. Joh. Gerhard. in loco de coniug. §. 132. pag. 216. Didac. Covarr. in Epit. de sponsal. part. 1. cap. 4. §. 1. Joh. Harppr. ad Rubr. Inst. de nupt. n. 32. Jacob. Menoch. de præsumt. lib. 3. §. præsumt. 1. n. 6. & seqq. (1.) t̄ per textum manifestum in cap. per tuas 6. extr. de condit. appos. ubi sic scribit Pontifex Innocentius III. Per tuas literas intimasti, quod cum quædam mulier P. nomine N. postularet in virum, adserens inter se mutuum de praesenti consensum intervenisse, & carnalem copulam accessisse: Vir ipse, quamvis contracta sponsalia & carnis copulam non negaret, adserebat tamen, se illam in uxorem ducere non teneri, quia sponsalia inter ipsos sub hac fuerunt conditione contracta, si pater & eius patruus sponsalibus consentirent: sed ipsi quam citò noverunt, & sponso contradixerunt & sponsæ. Verum mulier replicabat, quod licet fides præstata fuerit ab utroque conditione præscripta, non tamen sibi fuerat à patre viri vel patruo aliquando contradictum; & ante

tempus contradictionis expressum à testibus & post dicebat, inter se carnalem copulam accessisse. Consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum liquidò constet, quod post contracta sponsalia carnalis est inter eos copula subsecuta, pro matrimonio est præsumendum, quia videtur à conditione apposita recessisse, &c. (2.) t̄ 4 Carnalis copula in sponsalibus idem operatur, quod consensus de praesenti, cap. de illis. 3. in fin. ibi: nisi consensus de praesenti, aut carnalis sit inter eos commixtio subsecuta, extr. de condit. appos. scilicet t̄ quod in copulam. § consentiens videatur à conditione recessisse, ei que renunciasse, dict. cap. pertuas, in verb. quia videtur à conditione adposita recessisse. extr. eod. tit. Joh. Gerhard. dict. §. 132. quod ipsum facere posse demonstravimus Defin. præced. (3.) t̄ Jus porro indubitate præsumit, 6 carnali coniunctione se comiscentes, cum sponsalia præcesserint, nuptias contrahe-re potius, quam fornicatione, atque ita mortali peccato se inquinare voluisse. Est que præsumtio hæc juris & de jure, nec tullam ex parte negantis, se animo contrahendi matrimonium coivisse, probationem in contrarium admittit, cap. 30. ibi: is qui fidem dedit M. mulieri super matrimonio contrahendo carnali copulâ subsecutâ, eis in facie Ecclesia ducat aliam & cognoscat, ad primam redire tenetur: quia licet præsumptum primum matrimonium videatur, contra præsumptionem tamen huiusmodi non est probatio admittenda &c. extr. de sponsal. & matrim. Joh. Harppr. dict. loc. num. 32. Christoph. Besold, in discurs. de nupt. cap. 6. n. 11. pag. 29. Menoch. dict. præsumt. 1. n. 6. (4.) t̄ Quo ipso etiam non parum 8 consu-

consulitur puellæ defloratæ; nam qualia-
cunque verba sufficere putantur, dum-
modò aliquam promissionem de conju-
giò continant, ut puellæ vitiatae consulat-
tur, cùm lege Mosaïcâ & Atheniensium is,
qui puellam vitiasset, eam ducere teneba-
tur, etiam si nulla intervenisset promissio:

nec animus de verbis tam anxie inquire-
dum, utrum illa futuri seu præsentis sine
temporis, quia injuria virginis illata & pu-
ditia erecta aliud suadent, inquit Paul.
Cypræus dict. §. 15. infin. Paul. Tarnov. a-
pud Georg. Dedeckenn. vol. 3. consil. theol.
lib. 2. sect. 5. num. 19.

**Ita † Consistorium supremum ad consultationem Hansen Wolsens von Schönbergk zur 10
Wulßnitz / die 16. Septemb. anno 1614.** (Verba Sement: Ist eners Unterthanen Peter
Perschens Tochter eine ledige Dirne geschwängert worden/ und hat Martin Huh-
len einen ledigen Dienst knecht damit beschuldiget mit anzeigenung / das er an ihr bey
zween Jahren vor solcher that gefreyet/ und bald anfangs zugesagt sie zu eheligen/
da zu sie ihm ihr Jawort und Handschlag gegeben / welches ihre Mutter auch also
ausgesaget und das er lange vorgeschwender schwängerung zu ihr diese wort geredet/
Ich bin auch einer Sohn/ habe mich mit einer Tochter verlobet hoffe / sie werde mir
folgen/ Der Knecht aber hat die Schwängerung gestanden / und die ehelige Zusage
erstlich gänzlichen verninet / doch erdlichen auff bescheinenes zureden so viel be-
land/ das er zwar vor der schwängerung sie befraget / ob sie ihn haben wolte / daranff
sie mit ja geantwortet Er gesagt/ so wolle ers bey seinen und ihren Eltern dahin be-
förderen / wenn es seine gelegenheit seyn würde / damit es seinen fortgang gewinne/
alles nach mehrern inhalt einer frage. Wie woles nun das ansehen hat/ ob heute Mar-
tin Huhle diese seine frage / und Perschen Tochter daranff erfolgte antwort mit
zweyerley bedingungen zum fortgang zu befördern versprochen/ wenn es nemlichen
seine gelegenheit seyn / und beyderseits Eltern ihre bewilligung darzu geben würden.
Dieweil aber doch Huhle hernach durch das beyschaffen von solchen bedingungen
abgewichen/ ohne das auch der Eltern consens hierbei nicht mehr angesehen wird; So
ist Huhle seines vorwendens ungerichtet mir Perschen Tochter durch gewöhnliche
trauung und beywohnung die Ehe zu vollziehen schuldig / oder wird in verweige-
rung von seiner weltlichen Obrigkeit durch gebürtliche Mittel darzu billich compelliret
und angehalten/ V. R. W.)

DEFINIT. XXVI.

Non obligantur liberi absentes ex sponsalibus à parentibus
iporum nomine contractis, si ipsi non
consenserint.

S V M M A R I A.

1. Duplex est consensus: expressus & tacitus.
2. Quisnam tacitus consensus in contrahendis
sponsalibus?
3. Liberi tacentes consentiunt in sponsalia à paren-
tibus iporum nomine contracta n. 7.
4. Quod specialiter ex iure patria potestatis rece-
ptum.
5. Modò liberi sint presentes ac rite ante.
6. Patientia conscientia habetur pro consensu.
7. Aliud dicendum, si liberi sint absentes.
9. Fundamenta & rationes hujus assertione.
num. 11. 12.

10. *Vtriusque partia consensus in sponsalibus desideratur.*
11. *Adducitur exemplum Rebecca à patre de-*
- D**uplicem vulgo constituunt consensum in contrahendis sponsalibus: expressum & tacitum; illum vocant, quando contrahentes verbis expressis vel signis in oculos in currentibus, utpote arrhae receptione, Genes. 34. vers. 53. dextræ porrectione, Tob. 7. vers. 15. consensum exprimunt & testantur. Tacitum & verò appellant, quando filius vel filia parentibus se de respondentibus non contradicunt, id est, quando nec verbis, nec signis consensum suum exprimunt, sed tacent, ac in desponsationem consentiunt, Joh. Gerhard. in loc. de coniug. §. 123. pag. 205 Paul. Cypræus de sponsalib. cap. 7. §. 1. † Ex quo si puellæ pater parti adolescentis dicat: Filiam meam do uxorem filio tuo vel promitto; & adolescentis pater respondeat: Ego filium meum do maritum filiæ tuæ; si nec juvenis nec puella contradicat, sed tantum obticeat, utrinq; sponsalia rectè inita censi, arbitrantur Didac. Covart. in Epit. lib. 4. decret. tit. 1. de sponsal. cap. 4. part. 2. num. 4.
- 4 Paul. Cypræus dict. §. 1. n. 5. † quod in patre & avo filiæ nomine contrahente speciale perhibetur propter eorum vim ac potestatem, quam liberos habent, ut notant Dd. int. 1. ff. de sponsal. Covarr. dict. loco. Quin & consentire intelliguntur liberi, qui evidenter haud dissentiant, l. in sponsalibus 7. & l. sed & que patris 12. ff. de sponsal.
- 5 At vera hæc sunt † liberis præsentibus & tacentibus, qui propterea consensisse intelliguntur, siquidem præsens actui & tacens, quem contradicēdo impedire poterat, approbate eū intelligitur, l. fidejussor. 26. §. pater & ibi Glossa ff. depignor. Glossa in l. Caius. 39 ff. eod. tit. nam † patientia cum scientiâ habetur pro consensu, l. utilitatem. 1. §. magistrum autem. 5. vers. caterum si sit, ubi sponsata.
14. Examinatur hoc exemplum n. 15.
15. *Sententia Consistorii supremi.*
- Gloss. in verb. imposuisse ff. de tribut. act. l. huius quog, scientiam. 3. vers. si igitur sit ff. eod. tit. l. in rebus. 4. §. stem qui in fin ff. de precat. l. minus instrucl. 2. ubi Glossa in verb. si scientie. C. de acquir. posse. Jacob. Menoch. de presumt. li. 2. presumt. 74. n. 6. & 8 Dec. conf. 409 n. 6. Natta lib. 2. cons. 274 n. 11. Et hinc apud veteres ut plurimum liberos parentibus eorum nomine sponsalia contrahentibus non contradicendo, hoc est, tacitè consensisse, cumulat multis Cypræus de sponsal. cap. 3. Cetero quin si liberi absentes sint, eos in tractatus parentū consentire tantum abest, ut de iis nil quicquam scivisse existimetur, ex quo nec patientia nec consensus colligi ac presumi potest. Ut hinc sponsalibus eiusmodi à solidis parentibus contractis non obligentur, nec sponsalia subsistant, Joh. Gerhard. dict. 5. 123. Cypræus dict. cap. 7. §. 1. num. 6. (1.) † Haut enim contrahi possunt sponsalia incisis & non consentientibus iis, de quorum luditur corio, sed spectanda voluntas, de cuius conjunctione tractatur, l. in copuland. 8. C. de nupt. nec debet contractus ex voluntate alterius contrahentis pendere, sed ipsorum contrahentium, & quidem futurisque partis consensus desideratur, qui nisi accesserit, nihil agitur, l. sub hac conditione. ff. de obligat. & action. l. stipulatio non valet. ff. de Verb. obligat. l. a Titio 10. 8. ult. ff. eod. tit. quare & sponsalia ac nuptiæ consensu utriusque contrahentium sunt & constituantur, l. 11. ff. de sponsalib. qui si defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur, can. sufficiat. 27. quæst. 2. (2.) † Et que hac de re textus expressus in can. ubi non est. 30. quæst. 2. ibi: Vbi non est consensio utriusque, non est conjugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis & è converso, nihil faciunt, nisi uterque puerorum post.

- postquam venerit ad annos discretionis, consentiat, nec est coniugium, nisi sit consensus utriusq; etiam si pater & mater hoc voluerint. (3.) † Accedit exemplum Raelis, qui filia Tobiae haut despondebat, priusquam ex lachrymis ejus gaudio obortis consensum & voluntatem virginis exploratam haberet, Tob. 7. vers. 8. & 15. Ioh. Gerhard. in loco de coniugio §. 55 pag. 107.
- (3.) † Pariter quoque pater & frater Rebeccæ de matrimonio eius cum Eleazaro procuratore Abrahæ, qui eam Isaaco in uxorem perebat, tractantes consensum illius requisiverunt, dicentes: Vocemus puellam & inquiramus eius voluntatem, Gen. 24. vers. 57. Quæ verba licet Ambrosi-
- us † non ad sponsalia, quæ pridie eius diei 14 constituta erant, sed ad profectionem referat: Consulitur puella, inquit, non de sponsalibus (illa enim ad iudicium spectant parentum; non est enim virginalis pudoris, eligere maritum) sed jam despota viro de profectionis consulitur die, in can. honorantur. 32. quest. 2. Cypræus dict. c. 7. §. 1. n. 6. attamen † ex fine profectionis, 15 qui erat matrimonii cum Isaaco celebratio, recte colligitur, voluntatem eius de coniugio fuisse exploratam; quam & diserte aperuit, & promissionem parentum comprobavit muncrum receptione, Ioh. Gerhard. dict. §. 55. pag. 106..

Ita † Consistorium supremum ad consultationem Philiberti Friederichs zu Eckersberga/ die 30. Maij Anno 1608. (Verba Sentent: Hat Matthæus Ulrich zu ewrer Schwester Annen eine eheliche Liebe geschþystet / und von ihr zuwissen begehret/ ob sie bald freyen wolle / und eine Christliche Liebe zu ihm/wie er gegen sie dtsfals trüge/darauff sie ihm geantwortet/ sie habe noch zur Zeit keine Lust zum Heyrathē/ und do ihr gleich etwas zu handen stesse/ were sie doch ihrer selbst nicht mächtig/ sondern müste vor allen dingen ihre leibliche Mutter und den Grossvater hierinnen zu Rath ziehen. Ob nun wohl Matthæus Ulrich durch seinen Vater solches an der Jungfrawē Stiefvatter hernach gebracht/welches es ferner auf ihre Mutter/vnd diese wiederumb auf den Grossvater geschoben/ derselbe dann diese Werbung ihm nicht allein gefallen lassen/ sondern auch die Zusage schriftlich gethan/ Dieweil aber doch ewere Schwester darauff niemals wiederumb vernommen worden/noch zuvor ewerm Bericht nach Ulrichen die Ehe versprochen hat; So mögen auch solche tractatus, vornemlich aus mangelung ihrer der principal contrahentin Einwilligung/ vor kein verbündlich Ehegelöbnis gehalten werden/ D.R. B.)

DEFINIT. XXVII.

Sponsalia vi metuē contracta non obligant contrahentes
ad promissionem coactos.

S V M M A R I A.

1. *Consensus contrahentium sponsalia num habebatur pro forma, materia, vel causa efficiente?*
2. *Nuptias non concubitus sed consensus facit.*
3. *Diverso respectu consensus est causa efficiens & forma matrimonii.*
4. *Quin & materia ac forma.*
5. *Consensus contrahentium necessariò requiriatur ad sponsalia.*
6. *Consensus basis & fundamentum est matrimonii, eiusque anima.*
7. *Non obligant sponsalia vi meture contracta.*

T Y 3

8. Rø.

8. Rationes & fundamenta huius assertio*nis.*
num. 10.
9. Liberrimus requiri*re* consensu*s* in contrahen-
di sponsalib*us*. (tur consensu*s*.
11. In omnibus contractib*us* spontaneus requiri-

Num consensu*t* contrahentium spō-
salia, ut forma vel causa efficiens re-
quiratur, expeditum non est. Prius enim
qui volunt, firmum in eo ponunt funda-
mentum, quod sicut à formā pendet rei
esse, l. Julianus. 8. §. si quis. ff. ad exhib. ita à
consensu pendeat esse matrimonii. suffi-
ciat. 27. quest. 2. l. nuptias. ff. de Reg. Iur. Beza
lib. de nupt. pag. 86. Carter. lib. 4. de sponsal. &
matr. c. 1. At causam matrimonii efficiētē
qui faciunt consensum contrahētium,
vulgatae juris regulæ innituntur, t̄ quod
nuptias non concubitus, sed consensus
faciat, dict. l. nuptias. dict. can. sufficiat. Jam ve-
rō verbum faciendi causam notat efficiē-
tem, Martin. Chemnit. part. 3. locor. pag. 520.
Joh. Gerhard. in loco de conjugio. §. 56 pag. 108.
Mentzer. de conjug. pag. 125. Hemming. de
coniug. pag. 46. Kling. de caus. matr. pag. 77.
quamvis nec desint, qui materiam coniugii
in consensu ponunt cum Förster. de
nupt. cap. 8. pag. 100. t̄ Rursus alii utrū-
que affirmant, contrahentes nempe ma-
trimoniū considerari primō, ut sunt princi-
piū ipsius contractus effectivū, quo
modo sunt causa efficiens; secundō, ut tra-
dant sibi invicem potestatem suorū cor-
porum quoad actum coniugalem, quo-
modo sunt materia vel etiam forma, Ca-
ter. dict. loco. quod t̄ & inclinat sententia
Scholasticorum, quod consensus coniugii
verbis expressus, seu verba consen-
sus exprimitia sint materia & forma
coniugii, quam nec tejicit Bellatm. de matr.
c. 6. Sed quicquid sit, non magni momen-
ti vel prae*judicij* est hæc disceptatio, suf-
ficiat nobis. t̄ quod consensus contrahē-
tium necessariō requiratur ad sponsaliam,
de jure pontificio pariter & Cæsareo, l. 2.

12. Matrimonium inter contractus refertur.
13. Coniugium jummus est amicitie gradus.
14. Intellectus l. si mulier. 21. §. ult. ff. quod. mec.
causa.
15. Decretum Consistorii supremi.
- ff. de rit. nupt. l. cum hic status. 32. §. si mulier. ff.
de donat. inc. vir. & uxor. l. cui fuerit. 15 ff. de con-
dit. & demonstr. l. nuptias. 30 ff. de Reg. Iur. No-
vell. 22. c. 30. c. cum locum. 14. c. cum apud 23.
extr. de sponsal. can. 1. 2. 3. & 4. caus. 27. quest. 2.

Atque hinc consensu*t* dicitur basis &
fundamentum matrimonii: quin & ani-
ma conjugalis cōtractus, Joh. Harppr. ad pr.
Inst. de nupt. n. 29. Joh. Gerhard. in loco de con-
iug. §. 100. Ex quo dijudicare licet, non
obligare contrahentes sponsalia, t̄ si vi
metuvè ad promissionem fuerint coacti,
nec eiusmodi sponsalia de iure subsistere,
Borch cent. 3. quest. 5. Joh. Gerhard. in loco de
coniug. §. 101. pag. 76. Harppr. dict. loco n. 38.
Paul. Cypræus de sponsal. c. 7. §. 7. n. 4. (1.)
t̄ Quia consentiu*n*it tam contrarium quā
vis & merus, c. veniens ad nos. 15. extr. de spons.
c. 2. extr. de eo, qui duxit in matr. l. Titia. 134. in
fan. pr. ff. de V. O. quarè t̄ liberrimus semper
debet esse cōsensus in contrahendis spon-
salibus, ex rescripto Dioclet. & Maxim.
Impp. int. 14. ibi: Neque ab initio matri-
monium contrahere, neque dissociatum
reconciliare quisquam cogi potest; unde
intelligis, liberam facultatem contrahen-
di atque distrahendi matrimonii transfer-
ri ad necessitatē non oportere, C. de
nupt. Gerhard. dict. loco. Harppr. ad Rubr.
Inst. de nupt. num. 38. (2.) t̄ Idque adhuc
clarius expressum in cap. cum locum. extr. de
sponsal. & matrim. ubi Pontifex Alexander
III, ita scribit: Cum locum non habeat
consensus, ubi metus vel coactio interce-
dit, necesse est, ut ubi ad sensus cuiusque
requiritur, coactionis materia repellatur.
Matrimonium autem solo consensu con-
trahitur: & ubi de ipso queritur, plenā de-
bet

- I** 1. **S**ecuritate ille gaudere , cuius est animus indagandus , ne per timorem dicat sibi placere , quod odit , & sequatur exitus , qui de invitatis solet nuptiis provenire , &c .
- II** 2. (3.) † Et quis nescit , in omni contractu partium contrahentium spontaneum ac liberum requiri consensum , l. invitum . 11 . C. de contr. emt. l. in commodato . S. sicut ff commod. l. nec emere . C. de iure liber . Quidni ergo etiam in matrimonio , † quod & quæ inter contractus refertur , l. ult. C. d. repud. Novell. 22. cap. 19. vers. sed sicut in contractu nupcialium . Novell. 74. c. 4. impr. vers. sed falsatis contractibus cap. sicut ex literis 22. cap. tua nos. 26. in fin. s. cum in tua. 27. c. ult. extr. de sponsal. & matr.
- Ita † Consistorium supremum in causa Sabinen Michael Kohdens zu Sehrhausen Tochter / 15 Klägerin an einem Bastian Goldtsen zu Bloßnitz Beklagten anders heils / die 15. Februar. anno 1609. Verba Decreti : Dieweil Beklagter nicht in Abrede / daß er die Klägerin vor dessen fleischlichen erkand / und sie zu ehelichen in den Gerichten zu Gubnitz versprochen . So ist er auch solcher seiner Zusage förderlichst nachzukommen schuldig / oder wird von der weltlichen Obrigkeit in fernerer Verweigerung / durch gebührliche Mittel darzu compellire und angehalten . Er möchte dann / wie rechte darhun und erweisen / daß er zu angeregter Zusagung der Ehe gezwungen worden / damit würde er in Zeit Sachsischer frist billich gehöret / und ergienge darauff ferner was rechtfest / V. R. W.)

DEFINIT. XXVIII.

Non subsistunt sponsaliavi metuvè contracta , licet jura-
mentum intervenerit.

S V M M A R I A.

1. Num obligent sponsalia vi metuvè contracta , si iuramentum accesserit ?
2. Iuramentum frenum anima injicit .
3. Consensum specialem & expressum demonstrat .
4. Vimq; habet clausula (omni meliori modo .)
5. Decisio negativa .
6. Fundamenta & rationes decidendi. n. 10.
7. Iuramentū sequitur naturā negotii , cui accedit .
8. Nihil addit iuramentum actu , super quo in-
9. Nes supplet consensum . (terponitur .)
11. Non obligat iuriandum vi metuvè exterrit .
12. Non purgatur metus per iuramentum .
13. Conclusum Consistorii Electoralis supremi .
14. Sententia ejusdem Consistorii .

Deo censemur contractum , c. debitores . extr.
de jurejur. Natta consil. 506. n. 14. † adeoque
frenum animæ injicit , Port. consil. 5. n. 40.
Paris. part. 1. consil. 69. n. 31. Andr. Gail. lib.
1. observat. 27. n. 3. torturamque spiritualē

non

I Nequaquam ergo obligantur contra-

entes ex sponsalibus vi metuvè ce-

lebratis , Defin. preced. Quid verò † si iura-

mentum accesserit ? Arctissimum equidē

hoc est tesi sacrae vinculum , p̄r quod cum

- non observanti infligit. Matth. V Vesemb. consil. 23. n. 25. Ernest. Gothm. lib. 4. consil. 3. n. 86. quin & consensum specialem & expressū demonstrat, Bald. in l. i. n. 4. C. mand. Dec. consil. 375. n. 4. Paris. dict. part. 1. consil. 4. 72. n. 18. † vim que habet clausulae (omni meliori modo) Castr. in l. ult. n. 2. C. de non num. pecun. Octav. Cacheran. decis. 75. n. 7. Hering. de fidei usor. c. 24. n. 108. Vincent Handed. lib. 2. consil. 42. n. 31. Attamen tām firmum hoc casu non est, quin contrahentes † ob defectum liberi consensū sponsalia annullare queat, Didaç. Covarr. in epitom. de matrim. part. 2. c. 3. §. 5. n. 1. & seqq. Ioach. à Beust. de matrimon. cap. 44. Alber. Gentil. lib. 3. de nupt. cap. 9. & 10. Hieron. de Cævallos in spec. comm. opin. contra comm. quest. 604. n. 6. & seqq. Iohan. Harppr. ad pr. Inst. de nupt. n. 39. Ioh. Schneidevvin. ad tit. de nupt. Rubr. de nupt. licet. n. 24. (1.) † Ex quo enim matrimonium ad sui substantiam liberum ac spontaneum requirit consensum, ita ut coacti ad contrahendum sponsalia firmiter non obligentur, Defin. præced. nec iuramento adhibito fortior vis est attribuenda, quippe quod † sequitur naturam negotii & actus, cui accedit, l. ult. C. de non num. pecun. Modest. Pistor. vol. 1. consil. 21. n. 7. Andr. Gail lib. 2. observat. 23. n. 20. Octav. Cacheran. decis. 21. n. 5. † nihilq; addit actui, super quo interpolatur, neque obligationem auget vel ex-
- ita † Consistorium supremum ad consultationem Iohannem Metzchen / Mense Jul. Anno 1610. 14
 (Verba Sentent: Hat Nicolaus Nemanus durch gesängnß zwang harte Befrohung und Furcht euch dahin gebracht / daß ihr nicht allein in einem von euch sibst geschriebenen ryp:rs bekand / sondern auch vermittelß eines geschworen leiblichen Ey / S besterckt: Ihr hearet seine Tochter Marien geschwängert / und weret der Vatter zum Kinde / welches sie unlängsten zur Welt gebracht / habet auch versprochen so viel an euch die Tochter zur The zu nehmen / wann es mit ihrer Eltern Einwilligung geschehen könne / und hierüber ewer ganzes Vermögen gegenwärtiges / und auch in Full ihr sie deseriren würdet / auch das zukünftige pro destoratione und zu Unterhalt des Kindes / durch eine übergabe unter den lebendigen ihr / dem Kinde / oder nach deren Absterben ihren Eltern geeignet: So will euch vor allen dingen gebühren / über

über dieser Sache in ewer Gewissen zu gehen; und dasselbe zu prüffen/ ob ihr an der zugemessenen Schwangerung/ beförderst mit verröfung der Ehe schuldig seyd/ ob auch ihr bey der eydesleistung die Ehe zu vollzehen im Willens gewesen/ oder nicht/ Auff Fall ihr nun daran schuldig/ oder den End zu halten anfangs gesinnet gewesen/ habe ihr desto mehr Ursach/ ewerm Gewissen und der verleszen Person mit voll stichung der Ehe mit ihr/ zu ratchen. Wofern aber die Schwangerung zur Angebühr euch zugemessen würde/ und ihr diese Person zur Ehe zu nehmen bey der Eydesleistung nicht gemeinet gewesen/ auch nochmals gänzlichen nicht bedachte; So möget ihr euch mit ihrem Vater dahin handlen lassen/ das er euch das jurament gut will/ gremittire. und den revers wieder aussantworde/ Er thue nun sol des oder nich: so seyd ihr doch den aus Zwang und Furcht geschworenen End zu halten nicht verbiunden/ sonvern wenn ihr dieses also vor das ordentliche Consistorium bringet/ und den angezeigten Zwang/ wie euch zu ihm gehöhret/ gründsam auf führet/ werdet ihr von des Nemanii und seiner Tochter ehelichen Zuspiüchen billich absolviret und entzunden/ B. X. W.)

DEFINIT. XXIX.

Convalescunt tamen sponsalia vi metuè contracta, si levis
fuerit timor, vel sponsalia ex postfacto à contra-
hentibus ratificata.

S V M M A R I A.

- 1. Cautè procedendum in dirimendis sponsalibus, si juramentum accesserit. n. 2.
- 3. Iuramentum est species religionis.
- 4. Vnde & dicitur Sacramentum. n. 5.
- 6. Sponsalia coacta subsistunt, si vis ac metus minor inferatur.
- 7. Sufficit metus minor in fæmina ad dissolucionem sponsaliorum.
- 8. Non indifferens est metus in masculo.
- 9. Quā in respectanda est qualitas personæ.
- 10. Hec res indicis arbitrio committenda.
- 11. Sponsalia coacta subsistunt, si per actum subsequentem fuerint convalidata.
- 12. Convalescunt sponsalia coacta ex spontanea ratificatione.
- 13. Non modo verbis, sed & ipso facto voluntas declaratur.
- 14. Facta plaus habent ponderis, quam verba.
- 15. Sementia Consistorii supremi.

A Ded cum libero pugnant consensu vis ac metus, ut eō ad promittendum adacti contrahentes sponsalia iis haut obligentur, quantumvis iurandum intervenerit Defin. præced. quo tamen † casu cautè ac providè procedendum, ne scrupulus injiciatur conscientiis, sed minima quæque ponderentur & examinentur, ipsique contrahentes persuadeantur, ut si causa non obstet prægnans, iuratae promissioni satisfaciant, & coniugium ine-

ant, prout apparet ex tenore sententie in calce Defin. præced. adductæ. † Quòd & faciunt verba in Berathschlagung desß Thürf. Sächsischen Consistorii: Beza de divorci. pag. 177. Schleuß dahin/ das der so den End geschworen/mit gebührlicher Warnung nachzusezen/welches billich geschicht. Wenn aber dieses nicht seyn könnte/ Dass alsdann die abgedrungenen sponsalia iuramento non obstante vor nichtig und unkräftig zu erklären/ apud Georg. Dedekenn. v. lum. 3. consil theolog.

log. lib. 2. sect. 7. num. 6. pag. 198. Est namq; 3
† iuramentum species religionis, l. neque 36. in pr. ff. de fideicommiss. libert. cap. et si Christus 26. extr. de jure iur. nec ullum vinculum iuramento præstantius perhibetur secundum Cicet. lib. 2. offic. unde & sacramentum † dicitur, quasi sacrae rei arctissimum viaculum, Joh. Oldendorp. class. 1. act. 9. in pr. & omnium gentium ultimam fidem esse iusurandum scribit Dionys. Halicarnas. lib. 6. antiqu. Roman. † indeque gentiles saniores censuerunt, iusurandum perinde a estimandum, ac si Jovem se felicitet, qui id violat, Deorumque iniurias Diis curae esse, scribit Cornel. Tacit. lib. I. annal.

Cæterum sive iuramentum intervenient, sive non, sponsalia etiam coacta obligant contrahentes: (1.) † si minor saltem vis aut metus promissioni ansam dederit. Nec enim omnis indifferenter vis ac metus sponsalia coacta annihilat, sed is tantummodo, qui posset cadere in vitum vel mulierem constantem, velut si contineat periculum mortis vel cruciatum corporis, l. metus ff. quod met. caus. l. interpositas junct. ibi Gloss. in verb. cruciatum. C. de transact. cap. cum dilectus, ubi Gloss. in verb. metum. & ibidem Panormit. n. 2. extr. de his que vi met. caus. fuit. Alexand. vol. 5. consil. 156. nu. 6. Joach. à Beust. de sponsal. cap. 44. vers. sciendum tamene est. pag. 174. Henn. Arnis. in comm. polit. de jur. connub. cap. 3. act. 9. n. 18. Iohan. Harpp. ad pr. Inst. de nupt. n. 38. quamvis minor † sufficiat metus in foemina, quam in maleculo, quia natura mulieris regulariter est infirma & fragilis, l. regula. ff. de iur. & facti ignorant. Gloss. in cap. cum locum. extr. de sponsal. Jalon. in dict. l. interpositas. C. de transact. Didac. Covarr. de matrim. part. 2. cap. 3. §. 4. n. 17. & seqq. Dec. in l. 39. ff. de Reg. iur. Alber. Gentil. de nupt. lib. 3. cap. 10. Paul. Cypræus de sponsal. §. 15. Andr. Tiraquell. de lib. connub. l. 9. consil. 1. part. 9. n. 160. nec in

foemina fas est querere tantam perfectio- nem, quantam Aristoteles in Eth. viro bo- no prescripsit. At † nec in masculo indif- ferens est metus, sed quandoque major, quandoque minor pro ratione subjecti, adeò ut Ulpian. metum omnem a estimati velit ex affectu eius, qui metum patitur, l. metus 3. ff. ex quib. caus. maior. seu ex condi- tione personarum, ut explicat Dec. dict. lo- con. 3. † siquidem in omni dispositione spe- cunda est qualitas personæ, ad quam dis- positio refertur, l. plenum. 12. §. equitii. ff. de usu & habitat. Jason. in l. stipulatio ista. §. bac quoque ff. de V. O. Felin. in cap. causam. nu. 17. extr. de rescript. Ar. Pinell. in l. I. part. 2. n. 75. usque ad fin. C. de bon. mater. Jacob. Menoch. de presumpt. lib. 3. presumt. 4. n. 3. Andr. Gail lib. 2. observ. 93. † quâ de causâ, utrum quis 10 iusto timore perculsus coniugij promiserit, judicis arbitrio & disquisitioni relin- quendum ait Ulpian. in dict. l. metus 3. ff. ex quib. caus. maior. Beust. dict. cap. 44. pag. 175.

(2.) † Potrò nec tûm nullanda sunt 11 sponsalia vi metu ve contracta, si metus per actum aliquem subsequentem, puta per copulam carnalem voluntariam vel coha- bitationem spontaneam, alium ve actum, liberum consensum exprimentem purge- tur; tûm sanè matrimonium metu initu- cōvalescit, l. 2. C. de his que vi metus ve caus. cap. ad id 21. ubi Panor. & P. apol. extr. de sponsal. Paris. lib. 4. consil. 170. n. 25. Paul. Cypræus de sponsal. ca. 13. §. 23. Joh. Harpp. ad dict. pr. inst. de nupt. n. 40. Joh. Schneide w. ad tit. Inst. de nupt. in 2. part. n. 23. Maximè omnium verò † convalescunt sponsalia metu contracta, 12 quando postea cessante causâ metus, spô- tanæ ratificatio fuerit subsecuta, quia me- tus ex intervallo purgari potest, dict. l. 2. C. de his que vi metus ve caus. Octav. Cacheran. decis. 177. Joach. à Beust. dict. loco. Nimirū facta quæque à prudente judice sunt ex- minanda ad exquirendam contrahentiu- 13 volun-

voluntatem pro subsistentia sponsaliorum & consummatione matrimonii, siquidem non modò verbis, sed & ipso facto voluntas declaratur, Andr. Tiraquell. de retract. lignag §. 32. gloss. un. n. 25. quin & plus est facta & demonstrare; quam verbis dicere. l. s. rament. 48. §. ei qui servum. 3 ff. de adid. edict. Gloss. 1. in cap. dilecti. §. 2. verb. facta provocare.

extr. de appell. Andr. Tiraquell. de nobilit. cap. 6. n. 9. vers. ex quo notat glossa. Dec. consil. §. 86. n. 13. vers. & plus est facere. &c. facta & facta plus 14. habent ponderis ad declarandam voluntatem, quam verba, Ludov. Roman. consil. 29. n. 4. Carol. Molin. super consuet. Paris §. 1. gloss. §. verb. Le sief. n. 29. Octav. Cacheran. consil. 1. n. 73. Jacob. Thoming. decis. 4. 4.

Ita † Consistorium supremum ad consultationem Matthei Frenckels zu Schrhausen d. 27. Fe. 15
bruar. Anno 1609. (Verb. Sent. Hat Johann Siebman zu ewer Schwester kund schafft gesuchet mit derselben zum öffern vmbgangen und sich also gegen ihr bezeigt ob hette er ein sonderliche liebe vff sie geworffen/ also das sein vorhaben zu freyen dorauß allen halben zu verspüren gewesen. Nach deme er aber das Werck nit zu ende bringen wollen/ und ihr euch befürchtet es möch'e ewre Schwester von sine geschimpffet auch wol hierdurch ungleiche nachrede ihr zugezogen werden / habe ihr euch nebens zweyten noch andern Freunden an ihn gemacht mit harten und bekräuchlichen worten ihm zugezet/ bis er endlich ewrer Schwester in beyseyn ewrer und der andern beydien Freunden die Ehe versprochen und zugesaget. Ob er nun wol solcher seiner zusage nachzukommen nicht gemeint/ mit fürwenden / daß er hierzu gezwungen und mit harten bedräuchlichen Worten angehalten worden / Dieweil ihr es aber dennoch bei den worten verbleiben lassen/ nichts thätilches vorgenommen/noch fernere bedräuchung wider ihn gebraucht/ also das keine sonderbare forcht sich bey ihm ereignen können/ über dis auch nach bescheineter zusage er fernerweit Freundschaft zu ewrer Schwester gesuchet/ mit ihr stets vmbgangen/ und nicht einmahl/ sondern jum öffern auf solche zusage der Ehe sich beruffen/etc. So hat er sich dahero mit seinem einwenden nicht vffzuhalten/ sondern er ist mit vorbemelter ewer Schwester die Ehe zu vollziehen schuldig/ Im fall der verweigerung/ wird er von der Obrigkeit durch gebührnde Zwangsmittel darzu billich compelliret. V. R. W.)

DEFINIT. XXX.

Non cogendi sunt liberi à parentibus ad connubia eorum, à quibus abhorrent; nec iure subsistunt sponsalia eiusmodi ab invitis contracta.

S V M M A R I A.

1. Parentes liberis de matrimonio proficere debent.
2. Quā in re liberis parere sunt obstricti. n. 4.
3. Parentes pro liberis optimum capere consilium presumuntur.
5. Obedientia & contemptus parentum maxime in matrimonio ineundo conspicere potest.
6. Ne abutantur potestate sua parentes n. 9.
7. Non subsistunt sponsalia ab invitis liberis contracta.
8. Fundamenta & rationes huins assertio[n]is.
n. 10. 11. 12.
13. Incommoda matrimonii à liberis invitis contracti.
14. Explicatio l. 22. ff. de rit. nupt. n. 15.
16. Metus reverentialis non annihiliat sponsalia liberorum.
17. Decretum Consistorii supremi
18. Eiusdem Sententia.

Z 2

Non

- N**on minimus patriæ potestatis est effe&tus, ut parentes liberis de matrimonio prospiciant, quod sapientissimè à Platone lib. 6. de legib. scriptum , paterni esse officii, moribus civium diligenter examinatis, idoneum sibi generum & mariatum filia eligere, Paul. Cypræus de sponsal. cap. 6. §. 2. n. 1. quā in re † liberi parentibus obedientiam præstare sunt obstricti. Naturā enim & quām est, ut parentibus liberis reverenter pareant, atque ipsorum, à quibus tanto labore ad illam usque ætatem sunt educati, consensu quævis agant, l. 2. ff. de iust. & jur. parentes & f. de ius vocand. l. liberi. 28. C. de iusoff. testam. l. 3. & 4. C. de patr. potest. Cypr. d. cap. 6. §. 1. n. 1. & 2. maximè † cum parentes optimum & saluberrimum pro liberis consilium capessere præsumantur, l. ne iueâ. 22. ff. ad leg. Iul. de adult. Heig. ad pr. inst. de nupt. n. 12. Quemque honorem, quam obedientiam ex p̄cepto divino & promissione vitæ longævæ parentibus liberis exhibere debent, Exod cap. 20. vers. 12. & cap. 34. vers. 6. Deuter. cap. 5. vers. 16. Num. 30. vers. 5. & 6. maximoperè † in connubiis attendere eos oportet, ne spredo parentum consensu & autoritate rem tam arduam, tantoque consilio indigentem aggrediatur, Mart. Chemnit. in 2. part. exam. Concil. Trident. sub fin. tit. de clandest. matrim. Neque † etiam ullâ in te aut negotio filiorū obedientia erga parentes illustris conspicit potest, vel etiam contemptus, quām in nuptiis contrahendis. Nec honor major, nec contumelia insignior parentibus habeti aut inferri potest, quām si liberis hīc obtemperent, aut refragarentur in re tantimomenti & pericoli, Cypræus dict. §. 6. 1. n. 2. Arcaveant parentes, † ne potestate suâ aburantur, conjiciendo liberos in matrimonium eorum, à quibus abhorrent, quorumque amorem odio perseguuntur.
- N**ec enim sponsalia † hoc casu ab invi-
- tis & coactis liberis contracta iure subsistunt, Alexand. Carer. lib. 4. de sponsal. & matrim. cap. 10. Johan. Gerhard. in loco de coniug. §. 55. pag. 107. Paul. Cypr. dict. cap. 6. §. 2. n. 14. Joh. Harppr. ad pr. Inst. de nupt. n. 14. Alber. Gentil. lib. 4. de nupt. cap. 12. Connan. lib. 8. comment. jur. civil. cap. 4. n. 4. B. Lutherus in scripto: Das die Eltern die Kinder für The nicht zwingen. Joach. à Beust. de matrim. part. 2. cap. 4. pag. 185. Idque (2) † vel ex hoc unico fundamento, quod matrimonia nō debeant esse coacta, sed liberatus hoc in negotio requiratur consensus, cap. cum locum 14. extr. de sponsal. can. ubi non est, ibi: Vbi non est consensus utriusq., ibi non est coniugium, etiam si pater & mater hoc voluerint & fecerint caus. 30. quaest. 2. Ex quo perspicuum est, quemadmodum liberi non debent contrahere matrimonium sine consensu parentum, ita econtra parentes nō debere nec posse liberos cogere ad ducentas coniuges, quas ipsi elegerunt refragantibus liberis, Beust. dict. loc. (2.) † Id que disertis verbis rescriptum ab Imp. Dioclet. & Maxim. Nec filium quidem familiās invitum ad uxoremducendā cogi, legum disciplinā permititur, igitur sicut desideras, observatis juris p̄ceptis sociale coniugio tuo, quam volueris, non impeditur: ita tamen, ut contrahendis nuptiis patris tui consensus accedat, in l. 12. C. de nupt. idemque repetant in l. neq; ab initio 14. C. eod. tit. Quod † & facit textus in l. 13. 11 ibi: Filiofamiliā dissidente, sponsalia nomine eius fieri non possunt. ff. de sponsal. & l. 21. ibi: Non cogitur filius familias uxorem ducere. ff. de rit. nupt. (3.) Et † revera abutuntur parentes suo imperio & iure, quod in liberos habent, qui eos invitatos illas in nuptias conjiciunt, ac cogunt ducere; vel nubere illis, à quibus proflus abhorrent; Tyrannidem enim exercent & peccant in leges, quas ut domelitus Magistratus servare

vare deberent, Seneca de benefic. lib. 3. ut recte scripsit Lutherus: Es ist ein Teuff. lisch Recht/ die Kinder zur Ehe zu zwingen/ da kein Herz ist im Kinde. Cypr. dict. cap. 6. §. 2. n. 14. & Alexand. Carer. Inhumatum profecto, liberos cogere ad ea matrimonia, à quibus toto pectore abhorrent, imò servitute durius id judicandum, quia servitute multis modis liberari aliquis potest, sed à conjugii vinculo sola mors liberat, dict. lib. 4. de sponsal. & matrim. cap. 10.

4. 7. C. de nupt. Nimirum † duplice modo clandestina dicuntur contrahi sponsalia. Primiō propriè & strictè quando prorsus clam & nemine præsente sunt inita, cap. 1. 2. & 3. extr. de sponsalib. Deinde † etiam largè, quando quidem in præsencia testium sunt con-
8. Quid juris hac in re in provinciis Electoratus Saxonici?
10. Obiectio ex definitione nuptiarum desumpta.
11. Diluitur obiectio.
12. Explicatur l. 1. ff. de rit nuptiar. (n. 14.
13. Methodus definiendi Modestinol Cto consueta.
15. Sententia Consistorii supremi. n. 16.
17. Decretum supremi Consistorii.

tracta, atramen sine consensu parentum. Cum enim in hisce desit publica parentū autoritas, expressâ Dei lege in liberorū nuptiis requisita, fideò haud immerito clandestinorum sponsaliorum censui eadem adscribuntur, ratione appellationis petita non tam à loco quam à modo, quod contra leges & ius publicum, quod consensu parentum requirit, contrahantur, Johan. Gerh. dict. loc. 9. 144. in fin. Beust. de sponsal. dict. cap. 13. §. clandestina vero sponsalia &c. Tar- nov. lib. 1. de matrim. cap. 1. Paul Cypræ. pag. 341. Ioh. Schneiderwin. dict. tit. de nupt. part. 1. n. 21. Mauser. de nupt. pag. 313.

Cum † quibus convenit etiam B. Lutherus, quando scribit: heimliche verlob/ nüß heisse ich das da geschicht hinter wsf. sen und willenderjenigen/ so die Oberhand haben / und die Ehe zu stiftten Recht und
Wbb ii Macht

Macht haben/ als Vater und Mutter/ und was an ihrer statt seyn mag/ dann ob gleich tausend Zeugen bey einem heimblischen Verlobnuß wesen/ so es doch hinter Witsen und Willen der Eltern geschehe/ sollen sie alle tausend nur für eine Mund gerechnet seyn/ als die ohne zuthun ordentlicher und öffentlicher Macht solches meuchlings und im finstern helfen anfangen/ und nicht im Erecht handeln/ *in libello de caus. matrimonial.*

- 8 Et satis † exprelse vocantur eiusmodi sponsalia clandestina in Ordin. Eccles. Elector. sub tit. von Thesachen. §. von Chegeloßnuß. sen. in verb. Es sollen sich keine Kinder ohne Vorwissen und Einwilligung ihrer Eltern verloben/ und wann gleich solches geschehen/ soll ein solches Verlobnuß/ ungeachtet ob dasselbe in anderer Eme als gezeugen beysein geschehen/ für heimlich gehalten werden/etc. Quæ verba etiam repetuntur in Ordinat. matrim. de Anno 1624. puncto primo von Chegeloßnuß/ &c. Ex quibus manifeste liquet, sponsalia esse † clandestina, si non accesserit consensus parentū, ut maxime in præsentia plurimorum testium fuerint contracta.

Nec est quoddam clandestinitatem hanc sponsaliorum de jure civili incognitam existememus cum Anton. Guiberti. lib. I.

Ita † Consistorium supremum ad requisitionem M. Adami P. die 6. Januar. Anno 1611. (Ver. 15
ba Sentent. Habiens in ewerer Jugend/ da ist ein Scholar ohngefähr von 19. Jahren auf der Fußenschul Grimma kommen/ Anno 1601. Marien B. eine Chegeloßde gehan/ und ist solches ohne Vorwissen und consensus ewerer Eltern geschehen; so ist dieses eine de sponsatio clandestina, und inhaltes Churfürstlicher Sächsischer Kirchenordnung an sich selbst nichtig und unbündig/ V. R. W.)

It: † ad petitionem Henrici à Taubenz zu Reichstadt die 29. Maii. Anno 1635. (Verba Sentent. 16
Ist C. s. ohne gefehr vor vier Jahren an einem Orte zu Gaste geladen/ und Abends ziemlich berauscher mit H. VV. s. Tochter in einem Gespräch so weit kommen/ daß er/ wie wol ohne vorwissen seines Vaters/ in dessen Gewalte damals gewesen/ sich mit derselben verlobet/ und außernstes zureden solche zusage folgendes morgens fruhe beijahet deme aber sein Vater/ so bald er es erfahren/ solches in ernst verwiesen und wie desprochen/etc. So erscheinet daraus allenhalben so viel/ daß aus mangelung der väterlichen einwilligung solches Verlobnuß vor heimlich und unbündig zu halten/ V. R. W.).

quaest. jur. memorab. cap. 12. & in comm. de spos. sal. & matrim. † propterea quia in definitio- 10 ne nuptiarum haut exprimitur consensus parentum. l. i. ff. derit. nuptiar. præterquam enim, quod implicitè saltē fiat mentio † huius consensū in vocabulo coniunctionis, ut autumat Borch. in tractat: de gradib. pag. 46. distinguendum est inter nuptias legitimas, quæ parentum consensum semper includunt, pr. Inst. de nupt. & l. 2. ff. derit nupt. & † nuptias absolute ac in 12 se consideratas, quæ definiuntur in dict. l. i. ff. derit. nupt. Nec enim legitimas definire nuptias mensuit Modestini, qui autor habetur dict. l. i. sed subsistit ille in generali & abstracta descriptione, † quæ definiendi methodus fuit Modestino vulgaris. Ita namque legis virtutes abstracte assignat in l. 7. ff. de legib. cùm tamen Chrysippus non definiat nisi bonam legem, quæ sit regula justorum, & in justorum, l. 2. ff. eod. tit. † Et usucaptionē definit Modestinus adjectiōnem domini per continuationem possessionis temporis lege definiti, in l. 3. ff. de usurpat. & usucap. nec includit titulum aut bonam fidem, sine quibus praescriptio non subsistit, §. i. Inst. de usucap. & longi temp. prescript. Henn. Arnis. de conjug. cap. 3 seqq. 10. n. 47.

In talia.

- 17 Et † incusa M. G. Klägerin an einem / . s. Beklagien anders Theils die i. Augusti Anno 1618. (Verba Decreti: Die wellinhaltē Churfürstlicher Sächsischer Kirchen und E. heordnung keine Kindere ohne Vorwissen und Einwilligung ihrer Eltern sich in Verlöbniss einlassen/und wann solches geschehen/ dasselbe für heimlich gehalten und vor unbündig erkannt werden soll. Und aber die Klägerin bezubringen nicht vermocht / daß Beklagter mit seiner Eltern vorwissen und einwilligung sich mit ihr verlobet; Sovwrd dieses Verlöbniss vor heimlich und unbündig gehalten und erklärer/in massen wir dasselbe hiermit dafür halten und erkennen &c.)

DEFINIT. XXXIX.

Non solum de honestate, sed etiam de necessitate juris naturalis, ci-
vilis & divini,consensus parentum ad nuptias liberorum
requiritur.

S V M M A R I A.

1. Non convenient Canonista de hāc questione.
2. Pleriq. consensum paternum ad nuptias libero-
rum ex solā honestate , non necessitate re-
qui autumant.
3. Quorum opinio refellitur. n. 5.
4. Sententia Iohannis Gropperi.
5. Ius quoq. pontificium necessitatem consensū
paterni nuptiis liberorum imponit.
6. Necessarius est consensus parentum in nuptiis
liberorum de jure naturali.
8. Apud omnes ferē populos.
9. Ut & de jure civili.
10. Rationes hujus rei.
11. Nec non de jure divino.
12. Quod demonstratur dictis biblicis.
13. Et exemplis Patriarcharum. n. 14.
15. Exempla iusti divino conformia necessitatem
imitationis introducunt.
16. Aliud fundamentum ex conjugio Adami de-
sumtum.
17. Quid probatur autoritate B. Lutheri.
18. Bellarminus opponit contraria exempla.
19. Non semper exemplis , sed legibus est iudi-
candum.
20. Refellitur Bellarminus remissive.
21. Sententia Consistorii supremi. n. 22.

NOlumus hīc tangere & examinare tradita Pontificiorum & Canonistarum, qui vel propter decretorum varieta-
tem ambigentes nil certi de parentum consensu ad nuptias liberorum necessariō
2 definire præsumunt, vel † communiter ex honestate tantū, non ex necessitate il-
lum requiri autumant, Gloss. in t. sufficiat,
27. quest. 2. Abb. lib. 2. consil. 65. in pr. Petr.
de Anchor. conf. 21. Parisius vol. 3. consil. 19.
Didac. Covarr. intrat. de sponsal. part. 2. cap.
3. § 8. n. 1. Dec. ad l. nuptiæ. 30. n. 8 ff. de Reg.
iur. Petr Gregor. Tholosan. in syntagm. iur.
universib. 9. cap. 3. n. 7. Alexand. in l. 1. ff. solut.
matrim. Franc. Vivius lib. 1. opin. 12. 4. quibus

† opponimus rescriptum Evaristi Ponti-
ficiis, quod hisce consignatum legitur ver-
bis: Aliter legitimū non sit conjugium
nisi ab his , qui super ipsam fœminam do-
minationem habere videntur, & à quibus
custoditur, uxor peratur, & à parentibus
sponsetur & legibus dotetur, in can. 1. caus.
30. quest. 5. Quo de † Johannes Gropper-
rus: (Citatus à Mart. Chemnitio part. 2.
exam. Concil. Trident. sub fin. tit. de clandeſt.
matrim. fol. 268. & Bellarm. lib. 1. de ma-
trim. cap. 20.) ita gravissimè inquit: Eva-
risti canonem plane sanctissimum cupe-
remus in Ecclesiam Concilio generali re-
vocari ob clandeſta illa matrimonia tol-
lenda,

lenda, quæ nunc passim non palam, sed furtim inter pueros & puellas citra parentum consensum per lenones & lenas copulantur: vel inter stultos & temulentes solâ causâ libidinis, non Dei respectu, sed Diaboli instinctu conjunguntur.

¶ Cui planè & conforme extat Leonis decretum, in can. non omnis. caus. 33. quæst. 2. ubi circa ejus finem hæc leguntur verba: Paternus consensus desideratur in nuptiis, nec sine eo legitima nuptia habentur, & Ex quo perspicuum, ius etiam pontificium ad nuptias liberorum consensum require paternum de necessitate: nam sine quocunque quid esse non potest, id maximè & necessarium est. Arist. lib. 5. Metaphys. c. 5. Scaliger exercitat. 250. sect. 3.

Sed qvicq; sit, sufficiat saltēm necessitas & juris naturalis, qvo & qvum est, ut parentibus liberi reverenter pareant, atque ipsorum, à qvibus tanto labore ad illam usque ætatem educati sunt, consensu qvævis agant. l. 2. ff. de iust. & iur. l. parentes 6. ff. de iñius vocand. l. liberi. 28. C. de inoffic. testam. l. 3. & 4. C. de patr. potest. ac multò magis conjugium in eant, Paul. Cypr. intract. de sponsal. cap. 6. §. 1. n. 2. & seq. Basil. Monner. de matrimon. pari. 3. cap. 1. & 2. Ex quo & omnium ferè gentium, cum primis verò Græcorum & Romanorum historiæ luculenter indicant, absq; parentum consensu & auctoritate nuptias in iure liberis permisum neutriq; fuisse, ut cernere est apud Gelium lib. 2. noct. atticar. & Ambrol. epist. 43. Henning. Arnil. de coniug. cap. 3. sect. 10. n. 9.

Nec & de jure civili qvicq; dubii restat, qvin de necessitate paternus adhiberi debet consensus in nuptiis liberorum, pr. Inst. de nupt. l. Paulus. 11. ff. de stat. homin. l. oratione. 16. §. 1. l. nuptie. 18. l. filius familias. 35. ff. de rit. nupt. l. si ut proponis. 7 l. nec filium. 12. l. in coniunctione. 20. C. de nupt. non & solum ratione patriæ potestatis, sed etiam ne alicui

invito agnascatur heres, §. sed si quis. 7. Inst. de adoption. l. in bello. 12. §. medio tempore. 3. ubi Bartol. ff. de cap. & postlim. re-versy.

Aliter res sese non habet & de jure di-vito, tūm propter reverentiam, hono-rem & obedientiam, quam hoc jure li-beri parentibus debent, Exod. cap. 10. vers. 12. Deut. 5. vers. 16. Num. 30. vers. 5. quæ reverentia & obedientia in hunc etiam porrigenda est calum, quo liberi rem tam aduam, tantoque consilio indigentem aggredi moliuntur, Chemnit. dict. loc. fol. 269. tūm & ob singulare Dei præceptum, Exod. 34. vers. 16. Non accipies uxorem si-lliis tuis de filiabus earum, Deut. 7. vers. 3. Filiam tuam non dabis filio ejus, nec fili-am illius accipies filio tuo, Ierem. 29. vers. 6. Date filiis vestris uxores & filias vestras date viris, Ecles. 7. vers. 27. Trade filiam & grande opus feceris, 1. Cor. 7. v. 38. Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; qui non jungit, melius facit. Cui etiam accedunt & exempla; ita namq; Agar accepit filio suo Ismaëli uxorem de terrâ Ægypti, Gen. 21. vers. 21. quod singulari-ter notari merito jubet B. Luther. quia Ismaël erat homo ferus & agrestis, nec tamen reculavit de consilio matri uxori-rem ducere. Abraham ablegat Eleazarum ad conciliandas filio Iisaaco nu-ptias, Genes. 24. vers. 3. & Iсаac filium Ia-cobum mitit in Mesopotamiam, ut uxori-rem de filiabus Laban accipiat, Gen. 28. vers. 1. Laban de filiâ suâ Rachele di-cit ad Jacobum: Melius est, ut tibi eam dem, quām alteri viro, Genes. 29. vers. 19. Judas dedit uxorem filio suo, Genes. 38. vers. 7. Thamar Regis filia dispositio-nem de conjugio suo remittit ad parentis arbitrium, 2. Samuel. 13. vers. 3. Et Angelus consuluit Tobia, ut à patre Reguele uxori-rem ducat, Tob. 6. vers. 13. & Quæ aliaque exempla

exempla institutioni & mandato divino conformia procul dubio imitationis necessitatem introducunt, Joh. Gerhard, *in loc. de conjug. §. 62. in fin. Mart. Chemnit. dict. loco.*

Et sicut tandem hoc ipsum primorum parentum conjugium, eo modo institutum, tunc nec Adamus suo arbitrio sibi sponsam eligeret, nec Eva suo consilio sponsum sibi quereret, sed ut Dei voluntas intercederet, qui parentis locum obtinuit, *Luc. 3. vers. 38.* atque Eam utpote filiam suam Adamo adduxit & amplius dote eandem ipsi dotavit, *Quod*

17 *† respiciens B. Lutherus sic scribit: Adamus Eam conditam non rapit ex solo arbitrio, sed expectat Deum adducentem, sicut Christus quoque dixit: Quos Deus coniunxit, homo non separat. & videtur hanc ipsam actionem Deus parentibus praescribere, & quid ipsorum quoque in posterum officium esset, monstrare voluisse, illud scilicet, ut filii justo iuratis tempore de uxoribus prospiciant, & filiabus maritos hoc freti divino auxilio adducant, in comm. Gen. 2.*

Insurgit tamen equidem contra id Bellarmino, *18* adducens exempla Esavi, *Gen. 2.6. vers. 34:* & *cap. 28. v. 9.* Jacobi, ducentis uxorem unam juxta consilium parentum suorum, sed alias tres & praeferim duas ancillas parentibus omnino insciis, *Gen. 29. & 30.* Tobiae, uxorem ducentis in aliena regione parentibus ignorantibus, *Tob. cap. 7.* At quia tamen non omnibus indifferenter exemplis, *19* sed legibus standum & judicandum est, *i. nemo. 13. C. de sent.* & *interloc. omn. judic.* nec videndum, quid aliqui ante nos fecerint, sed quid ille, qui ante omnes est faciendum mandavit. *† Satisque porrò & sufficienter ab aliis ad exempla ista fuerit responsum, assertioque haec latius deducta,* imprimis a Joh. Gerhard. *dict. loco. & §. 77.* Chemnit. *loco allegato.* Joh. Harppr. *in pr. Inst. de nupt. n. 86.* & multis seqq. Fel. Bidembach. *in prompt. connub. in append. cap. 2.* *quest. 1.* nolo facibus solem adjuvare, quod supervacuum pendit & laboris esse Anacletus Pontifex scripsit in e. si omnia. 6. quest. 1.

Ita & Confessorum supremum ad requisitionem Iohannis Georgii à Schönbergk in Pulsnitz die 3. 21 Septembris Anno 1638. (Verba Sententia: Ist H. P. ein lediger Gesell seines Handwerks ein Fleischhauer und ewer Unterthaner zu Pulsniz gesinnet / nach Gottes Willen Dorothea/ H. G. Tochter ehemalig in heurathen / Sie ist Vatter aber P. P. will sich dazunicht verstecken / noch seine Väterliche Einwilligung geben / mit angehen / der Sohn hette ihn niemahls darumb begrüßset / die genannte Dorothea were keine Arbeiterin / und er der Sohn hette ehemalen selbst verschworen / diese Person zu heurathen. Ob nun wol der Sohn hinwieder einwendet / daß er den Vatter umb seinen consenser suchen lassen / der ihn auch hierzu vor dessen gegeben / und nur eine Zeit hero seine Meinung geändert / und were die Dorothea in ihres Vatern Hause zur Arbeit wol gezogen etc. Dennoch aber und dieweil der leiblichen Eltern consens und Einwilligung nicht nur de honestate, sondern auch Naturaliter / Söntlicher und Weltlicher Rechte und Verordnung nach de reaificare zu der Kinder Verehelichung erfordert wird; So kan auch im diesem Fall der Vatter wider seinen Willen zu mehr berührtem consens nicht genötigt / noch die vorhabende The zu Werk gerichtet werden etc.

Ett ad consultationem F. K. in Roßla die 6. Februar. An. 1611. (Verba Sent. habtijährlich mit 22 M. S. einer

M. s. einer Witben in Ehegelöbniss eingelassen und ihr die Ehe versprochen. Ob nun wolsolches in bezugn gewisser hierzu erbetenen Zeugen geschehen: Dieweil aber gleich wol ewer eigenen Bericht nach ewer Vater darumb keine Wissenschaft getragen noch seinen consens und Jawort hierzu gegeben / welches doch nach Göttlichen und Weltlichen Rechten nötig ist; So mag selbiges Ehegelöbniss zu Recht nicht bestehen/ V. N. W.)

DEFINIT. XL.

Non ergo subsistunt sponsalia absque parentum consensu contracta,
sed pro nullis & invalidis declarari debent.

S V M M A R I A.

1. *Consensus paternus num impediat libertatem nuptiarum?*
 2. *Matrimonia debent esse libera.*
 3. *Conjugium consensu parentum contractum habetur liberrimum.*
 4. *Libertas prohibitionem iuris includit.*
 5. *Nuptiae sine parentum consensu contractae sunt ipso iure nulla. n. 9.*
 6. *Ratio huius assertionis.*
 7. *Quæ sunt contra leges & præcepta Dei, censur nulla.*
 8. *Per sententiam Consistorii nuptiae ha pro nullis sunt declarande.*
 10. *Quibus ex fundamentu? n. 12.*
 11. *Quod ipso iure nullum, id pro nullo declarari & rescindi iura permittunt.*
 13. *Decreta Consistorii supremi, n. 14. 15.*
- 1.** Sed annon consensus parentum liberae impedit facultatem contrahendi nuptias, quæ ex solo contrahentium arbitrio dependere, † matrimoniaque libera esse debent, l. Titia. 134 ff. de verb. obligat l. nec filium. l. neque ab initio. 14. C. de nupt. Non certè hoc assertendum; quin † potius matrimonia & tum libera censemur, quando cum voluntate & consensu parentum contrahuntur, quia lex matrimoniis adscripta libertatem conjugii haud tollit, ut ex ipsa libertatis definitione videre licet, scilicet † quæ prohibitionem juris semper includit §. 1. Inst. de iur. person. ex quo nec libera possunt esse nuptię, quæ fit requisito parentum consensu sunt prorsus nullæ ut verè scripsit B. Lutherus: *Das heimliche Verlöbniss / weil da noch keine Ehe im Werk / und der Magd und ihren Eltern noch keine thätliche Verlezung geschehen / sondern noch ganz in der Eltern*
- Ver.
- 2.** Tom. 5. Ienens. fol. 238. Quod nec mirum cuiquam videbitur, † siquidem matrimonium absque consensu parentum initium cum jure pariter divino atque humano pugnat, Desin. præced. Ergo pro rursus nullum habetur, l. non dubium. §. C. de Lb. l. iubemus. 10. C. de SS. Eccles. Nam † quæ sunt contra præceptum Dei & præscriptum legis, penitus nulla censemur, Ioh. Harppr. ad pr. Inst. de nupt. n. 131.
- 3.** Quo ipso † tamen sententiam judicis seu Consistorii declaratoriam exclusam nolim. Et si enim ejusmodi nuptiae ob defectum consensus paterni ipso † jure sint nullæ & invalidæ, §. si aduersus. Inst. de nupt. l. 13. §. 6. in fin. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. 2. ff. de rit nupt. nequaquam tamen cognitio Consistorii hac in re omitti debet, sed præviâ eâ, sententia declaratoria accedat necesse est.

est Joach. à Beust. de sponsal. part. I. cap. 22.
 10 & seq. (1.) † Quia sèpè lites oriri solent ex sponsalibus contractis & promissis, que vel una pars simpliciter negat, vel requisita necessaria omilla contendit, aut ad certas cōditiones restringit, alterā parte contradicente: quo casu sine præviā cognitione & autoritate judicis, negotium determinati haut potest, ut hinc judicium patet & sententia expectari debeat, Beust.
 11 dict. cap. 22. (2.) † Nec absolum in iure habetur, ut quod ipso jure nullum est, re-

scindatur & pro nullo declaretur, prout apparet ex l. maximum vitium. 4. C. de lib. præter Novell. 115. cap. 3. §. ult. (3.) † Quò & faciunt verba Ordinat. Ecclesiast. manifesta: 12 Und wenn gleich solches geschehe/ soll ein solches Verlobniss vor heimlich gehalten/ und vor unbündig erkant/ und die Personen in unsern Landen nicht getravet werden. sub tit. von Ehesachen §. von Ehege-lobnissen/ & in Ordinat. matrim. de anno 1624. punct. 1. in princ.

Ita † Consistorium supremum in causa M. P. Klägerin an einen / I. H. Beklagten anders theils / die 27. Augusti Anno 1617. (Verba Decreti: Dieweil Beklagter seinen eigenen 13 Bekanntniss nach ohne seines Vaters Vorwissen und Einwilligung mit der Klä- gerin sich verlobet / sie mit vergeblichen Erbstungen ins vierte Jahr auf gehalten / und doch sie von Herzen niemals geliebet/ noch ziehelichen im Sinne gehabt; So wird dieses Verlobniss für heimlich gehalten/ und für unkräftig erkant/ immassen wird solches also halten und hiermit darf erklären/ etc.)

14 It: † in causa Marchen G. G. Tochter zu R. Klägerin an einem / I. s. Beklagten anders theils / die 1. Augusti Anno 1618. (Verba Decreti: Dieweil inhalts Churf. Sächs. Kirchen. und Theordnung keine Kinder ohne Vorwissen und Einwilligung ihrer Eltern sich in Verlobniss einlassen / und wann solches geschehen / dasselbige für heimlich gehalten und vor unbündig erkant werden soll: Und aber die Klägerin bezubringen nicht vermocht/ daß Beklagter mit seiner Eltern Vorwissen und Ein- willigung sich mit ihr verlobet / Beklagter auch und sein Vater durch unsern ange- wanten Fleiß zu Vornziehung der Ehe nicht zu bewegen gewesen / darauff die Klä- gerin bey so gestalten Sachen sich ferner zu ihm zu nördigen selbsten Bedenken ge- gen; So wird auch dieses Verlobniss vor heimlich und unbündig gehalten und erklärt/ immassen wir dasselbe hiermit darf halten und erkennt/ vnd beyden Thei- len in andere Wege sich Christlichen zuverheilichen verstaten und nachlassen/ etc.) 15 Et † in causa Sabinen E. B. Tochter contra M. L. Pfarrern zu R. in Böhmen / die 28. Ianuar. Anno 1620. (Verba Decreti: Wenn gleich die von Beklagten verneinte ehe- liche Zusage beigebracht würde: So were doch solche wegen seines Vaters be- harrlischen dissensus und contradiction vor heimlich und unbündig zu achten / dafür wir solches hiermit erklären / derwegen Beklagten mit der inter- venientia auff vorgehende proclamation die Ehe zu volziehen nunmehr billich ver- statuet wird/ etc.)

DEFINIT. XLI.

Sponsalia sine parentum consensu contracta per subsequentem eorum ratihabitionem, non nisi ex tempore ratihabitionis convalescunt.

S V M M A R I A.

1. *Consensus parentum præcedere debet nuptias liberorum.*
2. *Nec datur locus ratihabitioni.*
3. *Perinde ut nec in aditione hereditatis.*
4. *Ex tempore ratihabitionis demum convale-*
scunt denuò sponsalia. n.8.
5. *Secundum quosdam parum interest, sive præ-*
cedat, sive sequatur parentum consensus.

1. IN tantum consensus parentum necessarius habetur, ut eum præcedere, inque ipso negotio statim interponi Imperator iussit, pr. Insti. de nupt. ex quo sequitur,
2. † ratihabitioni locum haud dari, l. Paulus u. ff. de stat. homin. l. quid ergo 13. in pr. ff. de his qui not. infam. l. si uxor. 13. §. si quis uxorem. 6. ff. Ad Leg. Iul. de adult. l. manifestum. 9. C. de nupt. perinde † ut in aditione hereditatis receptum, l. si quis mibi. 25. §. iussum ff. de acquir. vel amitt. hered. l. servo, 6. §. impr. ff. ad SCium Trebell. Basil. Monner. in tract. de marit. part. 3. cap. 8. 9. & 10. Jacob. Cujac. lib. 3. observ. 5. Joh. Gerh. in loc. de conjug. §. 92. Joh. Harppr. ad pr. Insti. de nupt. num. 11. Joach. à Beust. de jur. connub. part. 2. cap. 46. Henn. Arnis. de conjug. cap. 3. sed. 10. n. 40. Alber. Gentil. lib. 4. de nupt. cap. 3. non tamen omni effectu destituitur ratihabitio, † sed hoc operatur, ut convalescant sponsalia ex tempore ratihabitionis. l. si ut proponi. C. de nupt. l. dotis promissio. 68. ff. de jure dot. Gerhar. & Harppr. dist. loc.

3. Parum † hinc referre quis dixerit cum Mauser. in comment. Insti. de nupt. sive præcedat, sive sequatur consensus parentum, dummodo interveniat, quia ut modò diximus, vel saltem ex postfacto sponsalia va-

6. lent. Sed † tempus convalidationis negligi-

geret hec impium esset propter mandatum Jehopæ & vitium clandestinitatis ex omissione parentum consensu contractæ prout graviter monet Martin. Chemnit. in disputatione contra clandest. despontat. qua ad calcem part. 3. locor. est adiecta ib. 10. hisce verbis: Non † recte 7 dicitur nihil referre, sive præcedat consensus parentum, sive initium fiat à clandestinitatis despontationibus contra Dei mandatum factis, & postea parentum consensus ex intervallo aliquo subsequatur. Fieri potest, ut iuxta jus civile forsitan non multum referat ad hoc, ut sit politica copulatio, sed ut sit divina conjunctio iuxta verbum Dei permultum refert. Deus enim in suo verbo patet fecit & prescripsit certam formam, quā fiat conjunctio divina in conjugio, & quæ cum illa forma pugnant, impia & damnata sunt, hactenus Chemnit. † Non ergo clandestina despontatio subsequence parentum consensu confirmatur per quandam ratihabitionem retroflece extendentem: sed patria potestate de integro novus inducitur contractus sponsaliorum, ut iuxta formam divinitus prescriptam legitima fiat conjunctio & conscientiae contrahentium certò statuere possint, se esse divinitus conjunctos, Gerhard. dict. §. 92. pag. 166.

Nec

9 Nec tamen officit quicquam vulgatum illud axioma: quod mandatis dicatur, qui ratum habuit, ac ratihabito retrorahatur, ita ut actus posterior firmus anteriorem infirmum stabilitate suam confirmet, & adeo perinde sit, ac si in contractu matrimonii ingressu consensus interpositus fuerit, l. semper qui. 60. & l. hoiure. 152. §. i. ff. de Reg. Iur. l. ult. C. ad SCtum. Macedon. cap. ratihabitionem. 10. extr. de Reg. Iur. in 6to. Fallit si quidem axioma istud tamen in actibus iis, in

quibus lex pro forma mandatum & iusque habe conensem requirit, quoniam a legis expressa forma non potest nec debet recendi. l. constitutionibus. in fin. f. ad municipal. Bald. int. stuxorem. 5. C. de condit insert. Bartol. int. bonorum. 24. ff. rat. rem haberi. Tum nec hinc nuptiale liberorum, ad quantum formam substantialem consensus parentum requiritur, accedente eo, iure ratihabitionis retrotracta, & ab initio contractus firmae & validae centeri queant.

Ita tamen Consistorium supremum ad requisitionem M. H. zu S. die 14. Septembris Anno 1616. 12

(Verba Sentent. Habt ihr euch mit Margariten P. L. Tochter in ein christlich Ehege. lobnus eingelassen / ihr auch darauff einen Ring geschenkt. Ob nun wol solches in Beysehen gewisser hierzu erbetener Gezeugen geschehen / und von denselben euch beiderseits Glück gewünscher worden: Dennoch aber und dieweil ihr selbst nicht in abrede seyn möget daß ihr Vater so noch am Leben / nicht darben gewesen / noch einige Wissenschaft hierumb gerragn / weniger seinen Willen und consens darzu ertheilet; So mag dahero solziges Eheverlobnus als eine heimliche desponsation nicht bestehen / sondern es wird vor nichtig und unbündig erklärt: Es wolle denn der Braut Vater sich noch mals behandeln lassen / und seinen consens hie zu geben; Off solchen Fall würdetes von Zeit solches ertheilten consensus vor kräftig und gleichsam von neuen geschlossen und contrahiret nicht unbillig gehalten / D.R.W.)

Et tamen in causa M. R. contra S. B. die 3. August. Anno 1636. (Verba Decreti: Dieweil bey dierseits Eltern in diese Verlobnus nicht gewilligt / auch aufs beschene Zureden auf beweglichen Ursachen nochmals ihren consens zu dieser Vereheligung zu geben / nicht zu vermögen gewesen ic. So wird sie vor heimlich und unkäßig erkandt / undmag auch hinsüro nicht bestehen / wie wir sie dann hiermit vor nichtig erklären und erkennen D.R.W.)

DEFINIT. XLII.

Sufficit consensus parentum tacitus in nuptiis liberorum contractu, modò sit certus, non ex verbis ambiguis praesumtive collectus,

S V M M A R I A.

1. Benè faciunt liberi, consensum parentum expressum ad nuptias requirentes.
2. Sufficit tamen consensus eorum tacitus, num. 3.
4. Quia tacet, consentire videtur.
5. Patientia cum scientia habetur pro consensu.
6. Etiam de iure devino.
7. Consensus quia facti, probari debet.
8. Nec sufficit ambiguus consensus.
9. Quid si pater sponsam filii appellitet filiam.
10. Nec certus inde colligi potest consensus.
11. Incertitudo perimit omnem probationem.
12. Sententia Consistorii supremi.

- T**utius omnino agunt liberi, suisque conscientiis rectius consulunt, si expressum parentum consensum de matrimonio ineundo requirant, quia semper periculum subest, ne pro tacito parentum consensu illud interpretentur, quod nihil minus est, quam consensus, Joh. Gethard. **in loc. de conjug. §. 88. in fin. attamen** † quin tacitus eorum sufficiat consensus in contrahendis liberorum nuptiis, ambigere non licet ex mente & sententia Juliani, qui filiae patrem consentire intelligi scriptis, nisi evidenter dissentiat, *l. in sponsalib.* **7. §. 1. ff. de sponsal.** sicuti † vicissim, quae patris voluntati non repugnant, consentire intelligitur ex sententia Ulpiani in *l. 12. ff. eod. it.* nimis qui † tacet consentire videtur, *cap. qui taret. 43. extr de Reg. Iur. in 6to. l. item queritur. 13. §. qui impleto. 11. ff. locat.* Joseph. Mascard. *de probat. conclus. 1350. n. 1.*
- 8. † & habetur patientia cum scientia consensu, l. utilitatem. 1. §. magistrum autem. 5. vers. caterum fissit. ubi Gloss. in verb. imposuisse. ff. de tribut. action. l. in rebus. 4. §. item qui in fin. ff. de precar. Nattalib. 2. consil. 274. n. 12. Jacob. Menoch. lib. 2. *präsumpt. 74. n. 6. & 8. Dec. consil. 409. nu. 6.* Quare & de jure divino**
- 9. † votum filiae Deo factum ratum habetur, si pater illud cognoverit ac tacuerit,**

Num. 30. vers. 4. Quidni ergo etiam rata erit promissio matrimonii a filia alteri facta, si pater eam cognoverit & tacuerit, b. e. si tacito consensu eam approbaverit? Sed hoc ita, † si tacitus probetur consensus: est quippe consensus facti, quod non presumitur, *l. in bello. 12. §. facta. 2. ff. de capt. & postl. revers.* quin & certa ac indubitate debet esse probatio, quia † in matrimoniis contrahendis non recipitur consensus ambiguus, sed certus & clarus exigitur, Ernest Cothman. *Respons. 86. num. 7.* Hieron. Vehus *confil. 5. n. 6. inter confilia matrimonialia lib. 2.* Petr. Franc. *confil. 64. n. 9. inter confil. matrim. lib. 2.* Quid † enim si p. rens filii sponsam filiam suam dilectam appellaret? Non certe tacitus inde colligi posset consensus, cum pleriq. senes pueras indifferenter filiarum titulo ac nomine soleant honorare; Ex hoc † dubio itaque intellectu nil certi inferendum erit, postquam ex verbis ambiguous & obscuris colligi nequeat consensus, Dionys. Gothofr. *in l. cum proponas. 16. C. de pact. lit. e.* Cothman. *Respons. 8. n. 62. Hottoman. confil. 8. pag. 134.* † & perimit incertudo o. minem probationem, arg. *l. duosunt Titii. 30. ff. de testam. tutel. l. item apud 15. §. cui non. 9. ff. de injur.*

Ita † Consistorium supremum ad consultationem Hansen L. zu Ronneburg die 30. Decembris 12. Anno 1610. (Verba Sentent. Ob wol hierdurch allein (daß ihr oder eure Tochter die Annen S. mit welcher sich ewer Sohn Hans L. ohne euern/ als des leiblichen Vaters Vorbewußt in Eheverlöbnis eingelassen haben soll/ zu gaste eingeladen/ und ihr als ein alter grauer Mann / euren Gebrauch nach auch gegen andern Jungfrauen/ sie liebe Tochter geheissen) der *consensus paternus*, so zu der Söhne oder Töchter Verheirathungen vornächten/ genügsam nicht erwiesen wird/ re.)

DEFINIT. XLIII.

Negligi haut debet in nuptiis liberorum patris consensus, licet sit impius & crudelis.

S V M M A R I A.

- 1. Furiosi parentis autorie a certo modo necessaria in nuptiis liberorum.** **2. Quisnam ille modus?**

3. Quid?

3. Quid juris in patre impio, paupere vel crudelie
 4. Et hujus consensus in nuptiis liberorum est ne-
 cessarius.
 5. Fundamenta & rationes hujus decisi. n.7.9.

Quod controversum erat jure veteri circa adhibendum patris furiosi consensum ad nuptias liberorum, id † hodie clarâ Imp. Justiniani sanctione est deci-
 sum in l. si furiosi. 25. C. de nupt. ita uisive filius sive filia sit, sine patris autoritate matrimonium certo modo contrahere
 2. queant. Est verò modus † ille: ut præ-
 sente curatore patris furiosi constituatur
 dos vel donatio propter nuptias à cura-
 tore filia aut filio, adhibito judicio nobi-
 liorum sive principum totius familiæ, i-
 remque Magistratus aut Episcopi ipsius
 civitatis, dict. l. si furiosi. l. tam dementi. 28. C.
 de episcop. audient.

3. At † quid juris in patre impio, ebitoso,
 prodigo, paupere vel crudeli? Nequa-
 4. quam hujus consensus negligi debet † in
 nuptiis liberorum Paul. Cypræus in tract.
 de sponsal cap. 6. §. 5. Tarnov. in tract de con-
 jug. lib. 1. cap. 73. quast. 2. Johan. Gerhard. in
 loco de conjug. §. 91. Johan. Harppr. in pr. Inst.
 de nupt. n. 111. (1.) † Nullibi enim distinguit
 iura inter qualitates parentum, sed indif-
 ferenter eorundem consensum nuptiis li-
 berorum adhiberi jubent, pr. Inst. de nupt. l.
 Paulus. 11. ff. de stat. homin. l. oratione. 16. §. 1.

Ita † Consistorium supremum ad consultationem Marien L. zu Raderwalt/die 2. August. Anno 10
 1609. (Verba Sentent: Hat N.L. umb eure Tochter Gertruden gesreytet/ und ihr aller-
 hand Verheissung gehan/ es auch so weit gebracht/ daß ihm die selbe in beysenn
 zweyer Zeugen ehlichen versprochen worden. Nach dem er aber auf eine andere Wei-
 bes person sein Herz und Gemüth geworffen/wil er seinem Versprechen nicht nach-
 kommen/mi. fürwenden/ daß sein Vater in das mit eurer Tochter gehaltenes The-
 gelobtñß nicht gewilligt/noch davon Wissenschaft getragen. Wenn es nun gleich
 euern fürgeben nach mit N.L. Vatern also beschaffen were/ daß er ein ruchloser
 Mensch/der sich seiner Kinder wenig angenommen/noch auch diesem seinem Sohn
 einzigen Vorschub und Hülfe gehan/ sondern der selbe sich bey andern seinen Be-
 freundten rats und hilflicher hand erholen müssen; So hat doch dem Sohne nicht
 gebühret ohne des Vatern consens und Einwilligung sich zu verehelichen/ derwegen
 Ecc. iii das

das Verlobniss mit eurer Tochter vor heimlich und unbündig zu machen/ und N.L. sich anderweit zu verehelichen wol befuge (V. R. W.)

- ¶** Et † ad requisitionem M. Zachei Fabers zu Kempenz die 12. Octob. Anno 611 (Verba Sent.
Ob wol G. B. und gemelte Anna einander die Ehe versprochen haben mögen. Dieweil aber B. nicht beweisen kan dass solches mit der Eltern / insonderheit aber des Vatern vorbewußt und Einwilligung geschehen / diese se be auch nochmahl: sij: en consens darein zu geben bedencken tragen; So wird angeregte Zusage / des von B. wegen des Vaters Person und Beschaffenheit ferner gehanes Einwendens ungeachtet / vor heimlich und unbündig billich erkennen / etc.

D E F I N I T . X L I V .

Matri consensus æquè ac patris ad nuptias liberorum requiritur;
sine quo sponsalia ab iis contracta pariter sunt clandestina
& invalida.

S V M M A R I A .

1. Controversum est de jure civili, an matrii consensus ad nuptias liberorum requiratur?
 2. De jure divino autem hac quæstio affirmativè decidenda.
 3. Sponsalia liberorum absq; consensu matris ini-
ta sunt nulla.
 4. Non solum ex observantia Consistoriorum Ev-
angelicorum.
 5. Quæ sanctione Electorali approbata.
 6. Sed etiam ex rationibus & fundamentis certis.
 7. Quenam haec rationes, queque fundamenta?
- I**lsputent Dd. quicquid velint, an ex honestate saltem vel etiam necessitate consensus matrii de jure civili ad sponsalia & nuptias liberorum requiratur, ut videre est apud Dionys. Gothofr. in no-
tiis adl. 25. ff. de rit. nupt. Hotom. in disput. de sponsal. cap. 2. Johan. Harppr. in pr. Inst. de nupt. n. 82. & seqq. Donell. lib. 13. comm. jur. civil. c. 20. pag. 206. Christ. Besold. in dis-
curs. jurid-polit.de nupt. cap. 9. n. 2. Helffr. Vi-
tric. Hunn. in resol. jur. lib. 1. tract. 3. quæst. 14.
2 non in merito hac † in quæstione juri di-
vino quod est lucerna pedum nostrorum,
Psalm. 119. vers. 105. inhæremus, edocti ex
n. 9. 10. 11.
8. Lex divina de parentibus honorandis non di-
stinguit inter patrem & matrem.
12. Probatur hac assertio exemplis. n. 13.
14. De jure civili patre vivente necessarius haud
est matrii consensus.
15. Secus quando pater est defunctus.
16. Quid si hisce in terris pater & mater ab invi-
cem dissentiant?
17. Vir est caput mulieris.
18. Decreta Consistorii supremi. n. 19. 20.
eo, quod non minus consensus matrii,
quam patris attendi debet in sponsali-
bus liberorum, adeò ut illo non requisito
† sponsalia æquè sint clandestina & inva-
lidia: idque observantia Consistoriorum
haec tenus comprobavit in † terris Statu-
um Evangelicorum, Ioh. Schneidvvin. ad
tit. Inst. de nupt. num. 38. Ioach. à Beust. de
matrim cap. 47. Ioh. Gerhard. in loco de coniug. § 86. pag. 161. Ern. Cothman. consil. 10. n.
97. Dan. Moller. lib. 1. Semestr. 47. Paul.
Cypr. de sponsal. cap. 6. §. 7. Matth. Coler.
part. 1. decis. 5. Heun. Arnul. de coniug. cap. 3. sett
10. n. 27. Et † clara hac de re extat sanctio
Electo.

Electoralis Saxonica in Ordin. Eccles. sub tit.
Von Ehesachen. §. von Ehegelobniss. ibi:
Es sollen sich keine Kinder / Söhne oder
Töchter ohne Vorwissen und Einwilligung
ihrer Eltern / als des Vatens/ der Mutter
verloben etc. Et postea: Und wenn gleich sol-
ches geschehe/sol ein solches Verlobniss für
heimlich gehalten und für unbündiger,
fandt werden/re. Quæ & reperiuntur in Ordin.
matrim. de Anno 1624. punct. 1. in pr.

- 6 Liberi itaque † matrimonium contra-
Acti non solum patris, sed etiam matris
consensum & assensum requirant necesse
est, quo validum pariter negotium agant,
7 suisque conscientiis consulant. (1.) † Ex
quo enim propter reverentiam, honorem
ac obedientiam, quam liberi parentibus
debent, consensus horum ad sponsalia re-
quiritur, matris persona & aduersus ne-
8 quaquam excludi debet, quia † lex divina
de honorandis parentibus patri matrem
disertis verbis conjungit, Exod. 20. vers. 12,
Deut. 5. vers. 16. Matth. 15. vers. 5. Ephes. 6. vers.
9 2. Proverb. 1. vers. 8. (2.) † Quin & jus hoc
tribuunt matri vel sola molestia, quas in
gestatione, partu & educatione liberorum
sustinent, quæ videntur superare eas, quas
patres ipsorum nomine tolerant, Gen. 3.
vers. 1. & veluti hanc rationem urget Tobias senior filio dicens: Honorem habebis
matri tua omnibus diebus vita ejus; me-
mor enim esse debes, quæ & quanta peri-
cula passa sit proter te in utero suo, Tob. 4.
vers. 3. & 4. (3.) † Et si parentum consensus
ideo à liberis in nuptiis est requirendus,
quia præsumuntur optimum capellere
consilium & rectissimum liberis prospere-
tum ff. de bon. libert. utique non negligen-
dus erit matris consensus, quippe quæ re-
veritimo & arctissimo amore liberos tan-

quam sui partes complebitur. (4.) † Aut si rationem in eo ponere mavis, ne invitis parentibus hæres agnalcatur, si consensus ejus fuerit neglectus. (5.) † Accedunt por-
rò exempla illorum liberorum, qui mattis consensum requisiverunt à Spiritu Sancto commendata; ita namque Hagar filio suo Ismaëli uxorem duxit, Gen. 21. vers. 21. Rebecca cum Iсаaco de nuptiis Jacobi filii consultat, Gen. 27. vers. 46. & Simson patri ac matri propositum de uxore è Philistæis ducendâ aperit, Iudic. 14. vers. 2. † Vt tales amus exempla alia multorum præstantissimorum vitorum, quæ copiosè ex profanis adducunt historiis Joach. à Beust. de jur. connub. dict. cap. 47. fol. 216. & Paul. Cy-
præ dict. cap. 6. pag. 185. & seqq.

Quin † nec jus civile omnino adversa-
tur; Esi enim lubens concederim, vivente patre ejus autoritatem mari haud im-
merito anteponi ob fragile & infirmum muliebre consilium, quodque mater libe-
tos in potestate non habeat, §. fæmina. 10.
Inst. de adoptione attamen † defuncto patre
matris ad sensum de jure civili negligendum, tantum abest, ut potius exprefse hic
requiratur in l. 1. & l. 10. C. de nupt. Schnet-
devin. dict. loc. Harppr. in pr. Inst. de nupt. n.
85. Borch. de gradib. pag. 52. & seqq. Ex quo
porrò inferendum, † si pater à matre in
nuptiis liberorum dissentiat, hisce etiam in proviñciis patris consensum prævalere,
Johan. Gerhard. dict. loc. de conjug. §. 87.
Paul. Cypræ. de sponsal. cap. 6. §. 8. maximè
qua † vir est caput mulieris, 1. Corinth. 11. 17
vers. 3. ac divina ordinatione Dominus e-
jusdem constitutus, Genes. 3. vers. 16. 1. Cor-
inth. 14. vers. 33. Beust. dict. cap. 47. Biden-
bach. de causa. matrim. pag. 22.

Ita † Consistorium supremum in causâ E. Vidua H. ab E. Klägerin an einem C. ab E & C. S. 18
Vidua T. P. Beklagte am andern und dritten & heil. die 22. August Anno 1621. (Verba
Decreti: Dicunt: durch unsre flüssige zu gemüthsführung der Klägerin Männerliche
Einwillig.

Einwilligung zu dieser Ehesache nicht zu erlangen gewesen/ sondern sie ihres Mütterlichen Rechtns vor allen Dingen wieder ersezet seyn / und die beichene Zusage vor heimlich und unbündig erkande haben wollen / darauf auch Beklagter ihreme Christliche Abbitte gethan/ und das zwischen ihnen fürgegangene Eheverlöbniss in ihre Mütterliche Hand resigniret und gestellet; So wird dasselbe vor heimlich und unbündig erkande und erklärt / Inmassen wir solches hiermit dafür erkennen und erklären/ V.R.W.)

19 It. *in causa A.* vidua C. N. Klägerin an einem ihrer Tochter S. und C. K. Beklagte anders und dritten Theils / die 16. Decembr. anno 1629. (Verba Decreti : Dieweil Be, klage geständig gewesen/dass sie ohne der Klägerin ihrer Mutter Einwilligung sich mit einander verlobet und Mahlschäze gewechselt: So wird solches Verlobniss vor heimlich und unfräßig billich gehalten / erkande und erklärt / wie wir dasselbe hiermit darfür erkennen und erklären/casiren und aufscheben / und werden hierüber beede Beklagte / dass sie dem vierdten Gebot und Churfürstlicher Sächsicher Eheordnung zu wider gehandelt/ andern zum Abschlu von der Weltlichen Obrigkeit in ein willkürliche Strafe nicht unbillich genommen/ V.R.W.)

20 Et *in causa N. N. contra N. N.* die 11. Novembr. Anno 1635. (Verba Decreti: Dass der Klägerin angezogenes Eheverlöbniss auf manglung beklagtes Mütterlichen *consensus* vor heimlich und unfräßig zu erkennen und zu erklären / wie wir solches hiermit darfür erkennen und erklären/ etc.

DEFINIT. XLV.

Avi quoq; aviæq; consensus in nuptiis nepotum nepotumq;
est necessarius, parentibus defunctis.

S V M M A R I A.

1. De jure civili quid habendum de consensu avi?
2. Ratio paterni consensus ad nuptias liberorum necessarii in quonam consistat?
3. In nuptias nepotis avus & pater simul consentre debent.
4. Sufficit autem consensus avi, si neptis nubat.
5. Honor & reverentia parentibus debita eorum
6. Avi aviaq; consensus equè est necessarius ac consensus parentum. n. 7. 9.
7. Parentum nomine veniunt avus aviaq;.
8. Defunctis demum parentibus avi aviaq; consensus attenditur. n. 11.
9. Decretum Consistorii supremi.
- de adoption. Ne ergo patri invito heres agnascatur, & ipsum consentire oportet, ut maximè avo superstite paterno nepotes in patris potestate haud sint, s. ult. Inst. de patr. potest. Quæ t ratio cum metuenda haud sit in nepte, nec avo defuncto, recidat in potestatem patris, sed maneat in tutela mariti, solius avi consensus in nuptiis ejus sufficit, l. cum nepos. 6. & l. si quis nepotem.

nepotem. 10. ff. de adoption. Johan. Harppr. in prin. Instit. de nupt. num. 54. Helffr. Ulric. Hunn. lib. 1. var. resolut. jur. civil. tractat. 3. quæst. 16. p. 168. & seq.

Harprr. ad pr. n. 19. Inst. de patr. potest. (3.) † 9
Estque hoc ipsum expressè sanctum in Ordin. Elect. Saxon. sub tit. Von Ehesachen. 5.
Von Ehegelobnissen. in verb. Ihrer Eltern / als des Vatern / der Mutter / des Großvaters und der Großmutter / etc.

Sed † cùm hodie in terris statuum Evangelicorum quoad consensum nuptiis liberorum adhibendum non tam patria potestas, quam reverentia & obedientia parentibus debita attendatur, nunquam horum consensus negligi debet. Quo ipso tamen & avi & avix consensum inclusum velim. (1.) Quia procul dubio iis homines & reverentia † debetur ex ordinazione divina, quæ inter parentes seu ascendentes haut distinguit, Dent. 5. vers. 16. 8 Matih. 15. vers. 4. (2.) † Quin & avus aviaque parentum nomine veniunt ac comprehenduntur, pr. Inst. de grad. cognat. l. appellatione. 52. l. iusta. 201. ff. de V. S. lohan.

Cum micā salis nihilominus † id accipi debet, nimis ut defunctis demum parentibus ratio habeatur consensus avorum qui præcisè necessarius non est, si pater ac mater in vivis etiamnum existant, prout perspicuum † redditur ex verbis dictis Ordinat. Ecclesiast. Es sollen sich keine Kindere ohne vorwissen und Einwilligung ihrer Eltern / als des Vatern / der Mutter / und da die nicht vorhanden / des Großvaters oder der Großmutter verloben. Quæ verba etiam repetuntur in Ord. matrim. de Anno 1624. punct. 1. impr.

Ita † Consistorium supremum in causa NN. contra NN. die 26. Octobr. Anno 1628. (Verba Decreti: Dass die zwischen Klägern und der Beklageen ohne ihrer Großmutter Einwilligung beschiedene Zusage und Ehegelobnis als nichtig und unbündig zu casiren, wie wir solches hiermit casiren und aussheben / und beyden theilten in andere wege sich hinwiederumb christlich zuverehelichen verstatten und nachlassen/ V. R. W.)

DEFINIT. XLVI.

Tutorum & agnatorum consensus in contrahendis sponsalibus præcisè necessarius haut est; sed valida sunt sponsalia publica illis invitis inita.

S V M M

1. Nuptia consistere non possunt, nisi consentiant in quorum potestate sunt contrahentes.
2. Curatoris consensus ad nuptias necessarius non est.
3. At num consensus tutoris?
4. Puberibus saltem nuptias contrahere licet,
5. Questio tamen frustanea non est.
6. Decisio negativa.
7. Fundamenta & rationes decidendi. n. 10, 12, 13.

Nuptiae consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est, qui coœunt, quorumque in potestate sunt, inquit

A R I A.

8. Cessanteratione juris cessat ipsa dispositio.
9. Inter tutorem & pupillam nuptia sunt prohibita.
10. Absq[ue] autoritate legis nihil temere est assverandum.
14. Nec fratrum & proximorum consensus ad nuptias requiritur. n. 16.
15. Eadem ratio idem ius facie.
17. Sententia Consistorii supremi.

Paul. in l. 2. ff. de rit. nupt. seu ut loquitur B. Lutherus. Was an Eltern stat mag seyn / in libell. de caus. matrim. Quæ verba rectis.

D d d

- rectissime accipit Beust. de sponsal. cap. 21. de ayo & proavo potius, quam personâ extraneâ, tutoris vel curatoris; Sanè † quoad hujus personam res plana est; quia enim curator non personæ, sed rebus datur, nequaquam hujus ratio in nuptiis minorum habenda, nec ejusdem consensus est necessarius, ex rescripto Severi & Antonini, quod hisce verbis refert Paulus JCtus: Ad officium curatoris administratio pupillæ pertinet; nubere autem pupilla suo arbitrio potest, in l. sciendum. 20. ff. de ritu nupt. l. in copulandis. 8. C. de nupt. Joh. Sichard. ad l. si pater. 4. n. 2. & 3. C. de sponsal. Alber. Gentil. de nupt. lib. 4. cap. 14. Joh. Harppr. in pr. Inst. de nupt. n. 156. Henn. Arnil. de conjug. cap. 3. sect. II. num. 2.
- 3 In custode † verò res dubio non caret, postquam hic personæ & moribus praesidet, §. I. Inst. de tutel. §. certa autem rei. 4. Inst. qui testam. tutor. dar. poss. l. quia persona, 14. ff. de testam. tutel. nisi hanc disputatione propterea quis existimaverit frustaneâ, quia † puberibus saltem nuptias contrahere licet: at pubertate tutela finitur, princ. Inst. quib. mod. tut. finitur. Sed fieri potest, † ut ab impuberibus sponsalia de nuptiis futuris contrahantur; vel à tutoribus ultra pubertatem tutela continuetur, quibus in casibus quæstio hæc neutiquam suo effectu destituitur; Quam negativè † decidendam arbitramur, non scilicet præcisè opus esse consensu & autoritate tutoris in nuptiis pupillorum, nec sponsalia irrequisito tutorum consensu invalida haberi, cù Joach. à Beust. de sponsal. cap. 21. Joh. Gerhard. in loc. theolog. de conjugio. §. 94. Iohan. Harppr. dict. loc. Arnil. dict. l. 11. Petr. Heig. part. I. quæst. 22. nu. 10. & seqq. Paul. Cypræ. de sponsal. cap. 6. §. 9. num. 15. Iohan. Schneidewin. ad tit. Inst. de nupt. part. 2. n. 40. (1) † Diximus enim Difin. præced. n. 5. paten- tum consensum ad nuptias liberorum po-
- tissimum requiri ob honorem & reverentiam, quam parentibus debent, quodq; ex pietate paternâ, quam nullus affectus vincit, optima consilia pro liberis capere intelligantur; quæ ratio in custode cessat, † ut hinc etiam dispositio illa ad personam tutoris extendi haut debeat, arg. l. inter stipulat. 83. §. sacram rem. 5. ff. de V. O. quinimò Imp. matrimonium inter tutorem † & pupillam, ut & inter pupillam ac tutoris filium prohibuerunt, quod verarentur, ne tutor cum damno pupillæ dicesceret, l. non solum. 67. in pr. ff. de rit. nupt. (2.) † Nec inducenda est clandestinitas sponsaliorū absque lege & iuris autoritate, nulla siquidem extat sanctio, quæ sponsalia absque consensu tutorum inita pro clandestinis & invalidis haberijubeat ac velit, ut nec † temere id sit asseverandum, l. dissentientis. §. C. de repud. cap. 18. in fin. extr. de sentent. excomm. lason. in l. illam. 19. n. 8. C. de collat. Franc. Vi- vius decis. 358. n. 4. (3.) † Eoq; faciunt tex- tus in l. si puella tutores. 6. ff. de sponsal. & l. si pater. 4. C. de sponsal. ex quibus apparet, sponsalia ex arbitrio tutorum nec rescindi nec contrahi posse. (4.) † Quod si etiam dixeris, consensum parentum in nuptiis liberorum propterea attendendum fore, ne ipsis in viris agnascatur heres, l. 12. §. 3. ff. de capt. & postl. revers. eò minus sanè tutris consensum adhiberi necessum erit, quippe quod hæc ratio in persona tutoris me- tuenda haut sit.
- Quæ omnia eò etiam collimant, † ut nec fratum, agnatorum, consanguineorum & affinium consensum sponsalia co- trahentes requiri & observare cogantur, qui scilicet prædictæ rationes & hasce excludunt personas ab arbitrio & direc- tione nuptiarum, ut hinc bene † ad ju: is identitatem liceat inferre, l. illud quæstum est. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quædam 9. §. n. mular. 15. 2. ff. de edendo. l. his. solis. 7. C. de revocant. donat. † Quod

16 † Quod & disertè expreſsum ab Imp. Gor- potest intervenire. Cod. de nupt. Ioh. Gerh. dict. diano in l. in copulandis 8 ibi: in copulandis nu- lcc. §. 96. in pr. Beulf. dict. cap. 21. Arnis. dict. ptis nec cognatorum nec affinum ulla autoritas sect. II pag. 241. Mauler. de nupt. 350.

17 Ita † Consistorium supremum ad consultationem M. K. ill. L. die 20. Sept. Anno 1607. (Verba Sen- tem: Habiſt ih̄ euch mie einer von Adel H von P. welche nunmehr über 30. Jahr als iſt/ und eine zeithero keine almenta und Vaterhalt von iheren Brüdern erlangt. n kön- nen/ in Beseyn ehrlicher von Adel und geſtlicher Personen ehrlichen verlobet und verſprochen/ herach ihre Vormündere und Brüderehren Willen darzu zu geben ſchrifſlich und mündlich ersuſche/ welches die Vormünde auf die Brüder gescho- ben/ dieſe aber/ daß ſie zwar euch nichts ungebührliches zumaffen könnten/ jedoch ihre Schwestern euch zuverehlichen nicht gemeinet werden/ und es wil obgedachte Helena ihrer Zusage nochmals geſtändig ſeyn/ und keinen andern/ als euch zur Ehe haben; So wurdet auch angeregtes Ehegeblönuß mit mehrerwieder Helena ihrer Vormündere und Brüder angeſogenes einwendens und verweigerten conſensus ungeachtet Christi- lich r Weſe zu volnzichen bittlich verſtarret/ und das jünige/ was auf Erkläruß der Schéppenſtule ihr auf dem Lehen gebühret/ entrichtet/ D. N. A. B.)

DEFINIT. XLVII.

Conſensum tamen tutorum & proximorum ad nuptias exquirere
& impetrare pietas pariter atque honestas suadet.

S V M M A R I A.

1. Necesariò non requiritur conſensus tutorum & proximorum ad nuptias.
2. Ipm̄ tamē exquirere pium atq; honestum est. num. 6.
in diesem gewissens Fall eine blühmige Vermittelung getroffen werde. Dassen

uns demnach ewer hierinnen eröffnetes unterthänigstes gnächten Gefallen / und bes-
finden auch unsers theils nicht unbilllich / daß in diesem fall gleichförmig in unsren
Consistoriis hinsüro erkant und gesprochen werde. Wann sich demnach eine Manns-
person / so nicht mehr an des Vatters Brodt / und auf dessen Gewalt / oder sonst
zu seinen verständigen Jahren kommen ist / eine sonstn unberückigte Jungfrau o-
der Witub / welche sich zuvor wohl verhalten / und von Christlichen und ehlichen El-
tern erzogen / ohne seines Vatters und Mutter Vorwissen mit Versprechnung der
Ehe beschläfft und zu Fall bringet / solche seine Eltern auch das Weibesbildt / oder
dero Eltern und Anverwandten vorhiron nicht verwarner / und daß Sie an ihrer bee-
dertseits Kundschafft keinen Gefallen trügen / noch zwischen ihnen eine Verehelichung
verstatten / oder bey begebendem Unheit darein verwiligen woltent / aufdrücklichen
sich vernehmen lassen / darneben auch keine andere gnugsame erhebliche Ursach ih-
res dissensus halber Vorzuwenden / und glaublichen bezubringen vermöchten / Auff
solchen Fall / wird auff die Vollziehung der Ehe billich erkant / und solche durch der
Eltern blosses Wiedersprechen nicht gehindert / sondern dieselbe die Ehe mit Verle-
zung der Gewissen nicht zuhinterziehen / alles Fleisses anermahnet / und inhalts uns-
rer Ehe. und Kirchenordnung Ihnen die Bestrafung ihrer ungehorsamen Kinder in
andere zugelassene wege vorbehalten. Begehren hierauß gnädigst Ihr woller Euch
nicht allein selbst ins fünftige darnach hachten / sondern es auch unsern andern Con-
sistorien Kraft dieses andeuten / und darneben verordnen / Wann sonstn etwas son-
derbahr und erhebliches darben mitunterlauffen würde / daß Sie es unterthänigst be-
richten / und unserer fernern resolution erwartien sollen. Daran geschicht unsre Mey-
nung / und Wir sind euch mit Gnaden gewogen.

Datum Zabeltz den 16. Norembris Anno 1648.

Johanns George Thür Fürst.

DEFINIT. LXI.

Quo tamen casu liberi, novi coniuges ex provinciis Electoratus Saxonici
migrare, & domicilium alibi constituere necessum habent: quin & car-
cere puniri, & à parentibus totaliter exheredari possunt.

S. V. M. M. A. R. I. A.

1. Puniendi sunt liberi, clandestina sponsalia co-
pula carnali corroborantes.
2. Triplex pena iis est indicta.
3. Prima est exhereditatio.
4. Num hac in iure civili fundata est n. 7.
5. Plerique hoc negant.
6. Sanctione tamen Electorali Saxonica ea est
probata.
8. Altera pena est carceris.
9. Reipubl. interest delicta puniri.
10. Solum stuprum meretur paenam arbitriariam.
11. Quae est carcera in provinciis Electoratus Sa-
xonici.
12. Etiam in casu, quo persona despontate ante
benedictionem sacerdotalem consumbunt.
13. Paena delicto correspondere debet.
14. Tertia pena est emigratio.
15. Nescandalum alias prebeatur.
16. Fructus paenarum in quo consistat? n. 17. 18.
19. Decretum Consistorii Supremi.

Non tamen existimandum est, impunè liberos parentes iure patriæ po-
testatis defraudare; Etsi enim sponsalia per copulam carnalem ita firmantur, ut
diffensu

dissensu suo parētes ea infringere nequeant, *Defin. præced.* † mulctā tamen ejusmodi petulantiam & malitiam liberorum coēterēti. ipsosq; pœnæ subjici fas est, veluti sā citum in Ordin. Eccles. Elect. Sax. tit. von Ehe, Sachen. §. von Ehegelnissen. vers. würde auch. & Ordin. matrim. de An. 1624. punct. 1. vers. † Wärden auch solche Personē helmischen zusammen kriechen / und fleischlich Unzucht treiben / so mögen die Eltern die, selben gänglich enterbēt und sollen sonst mit zeitlichem Gefängniß gestrafft auch in unfern Landen sich wesentlich aufzuhalten nicht geduldet werden.

Triplex sanè pœna liberis eiusmodi protervis & inobedientibus indicitur.
 3 *Prima* est † exhereditatio totalis, quā potissimum autoritas & respectus parentum vindicatur. Num de iure civili hæc pœna subsistat, nolo hēic disperare, † postquam Justinianus Imp. inter justas exhereditationis causas sponsalia liberorum clandestina copulā carnali confirmata verbis expressis non retulerit in Novell. 15. c. 3. quare nec jus exhereditationis hīc obtinere vulgo existimant, Bald. in l. nec filium. 12. C. de nupt. Jacob. Cuiac. lib. 3. observ. 5. Sichard. in Au. b. non licet. n. 4. C. de lib. prater. Andr. Gail lib. 2. observ. 95. n. 15. Ioh. Harppr. inspr. Inst. de nupt. n. 148. Sufficit enim hisce in provinciis sanctio Electoralis, † quā parentes satis muniti sunt, nec de subsistentia testamenti & exhereditationis ulterius dubitandum. dict. Ordin. Elect. & Ord. matr. Quin & sub dispositione Iustinianeā in dict. Novell. 7. 115. c. 3. † causam illam hoc ipso comprehendens dixerim, quod per imprægnationem sponsæ ante benedictionem sacerdotalem nō parva toti familiæ infieratur injuria, quæ causa ab Imperatore non nihil est attracta in di. Novell. 115 c. 3. §. 2. 4. 10. & 11.
 8 *Secunda* pœna est † carceris, quā inobedientia & malitia liberorum coēretur :

Non absq; ratione, quia haud minimum ab ipsis committitur delictum, quod puniri Republicæ † interest, l. in delictis, §. cum dominus fidei nox. action. l. Strybham aut Pamphiliū, ff. de solu. l. qui servum. 20. in pr. ff. de interr. injur. faciend. l. si longius §. 1. ff. de judic. l. per omnes, C. de defens. civit. l. si. operis. 14. C. de pœn. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 127. n. 64. Et aliās solum † stuprum multā arbitriā coēretur, Casp. Anton. Tessaur. in addit. ad patrem Anton. Tessaur. decis. 3. n. 3. Prosp. Farinac. part. 3. oper. crimin. quæst. 147. n. 99. & 103. Paul. Chirland. de pœn. omnif. corr. quæst. 7. n. 3. sub fin. vers. si vero nolle. † quam Serenissimus Saxonie Ele. tor carceris esse voluit in Const. 17. in fin. pr. Und darüber mit zeitlichem Gefängniß gestrafft werden/ part. 4. † eumq; ad casum, quo ante benedictionē sacerdotalem personæ desponsatae concubūt, extendi, dimisus in pr. crimin. part. 2. quæst. 69. n. 47. & seq. multò magis utique pœna hēc obtinebit, si delicto eiusmodi inobedientia & respectus parentum accesserit, siquidem criminis † mulctā correspondere debet, l. perspicendum 11. in pr. l. hodie 13. ff. de pœn. l. sacrilegi 6. ff. ad Leg. tul. pecul. l. pedius. 4. §. 1. ff. de incend. l. capitalium. 28. §. solent. & §. græssatores. ff. de pœn. l. 3. de episcop. audiente. l. sancimus. 22. C. de pœn. Nicol. Reusn. lib. 2. decis. 20. num. 6. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. num. 60. in fin.

Tertia denique † pœna est emigratio: Non enim dignos judicavit Serenissimus Saxonie liberos, & copulā carnali & clādestinā desponsatione parentes suos offendentes, ut in provinciis suis tolerentur. Quare alio se eos conferte, & alibi domicilium suum constitueret jussit, † nescandalum per illos præbeat, quin & alii ab eiusmodi crimine deterreantur, in quo non minimus pœnarum fructus versatur, Iohan. Bodin. lib. 7. de Republ. c. 4. n. 21. Non modò Hhh 2 † enim

¶ 6 *Tenim in pœnis dictandis solius delinquētis persona ac corp' considerari debet, sed & potissimum ipsum Ἀρχείου, quo alii meliores reddantur & à criminibus deterrantur, Anton. Hering. de fidei ussor. c. 10. n. 344. Petr. Heig. part. 2. quæst. 37. num. 27. Petr. Gilken. ad tit. C. de summ. Trinit. n. 116.*

Ita † Consistorium Supremum in causa Margareten E. H. Witzen und Iohan. de S. beflagte an etnem Iohan Baptista de S. Kläger u anders theils / die 11. Iulii Anno 1628. (Verba Decreti : Daraus nunmehr so viel zu befinden / daß dieses Ehegelebnis nicht zu hinterziehen / Es mögen aber beflagte wegen Verachtung des vierdten Gebots und verübten Unzucht / vermöge Churf. Augusti Anno 1580. publicareen Kirchen und Eheorenung andern zum Exempel in diesen Landen sich wesenltchen aufzuhalten nicht geduldet / und über das allbereit erlittene noch vierzehn tag mit Gesängniß gestraffet / auch beflagter Sohn von seinem Vatter gänzlich entfernt werden / V. R. W.)

DEFINIT. LXII.

In disquisitione pariter causarum dissensū paterni & dissolvendis Sponsalibus liberorum clandestinis multū arbitrio judicis ex circumstantiis informando committi debet.

S P O N S A L I B E R O R U M

1. *Quando Sponsalia liberorum nulla, remisire.*
2. *Arbitrium judicis ecclesiastici hac in re non excludendum.*
3. *Iusta dissensus paterni in nuptiis liberorum: quanam causa? n. 11.*
4. *Si persona, cum qua ineundum est matrimonium, sit turpis vel in honesta.*
5. *Quando rixa inter parentes & liberos metuenda.*
6. *Si subest metus subductionis è patria potestate.*
7. *Vel procus boni Sponsa insidietur.*
8. *Aut delictum ipsi queat imputari.*
9. *Si filia dolo adducta in matrimonium consenserit.*
10. *Vell liberi amore temerario sint cacati.*
11. *Quando & quibus in casibus matrimonialiborum clandestina sint confirmanda?*
12. *Circumstantia hac in re consideranda. n. 14.*
13. *Quidnam hic Magistratus ecclesiastici officium.*
14. *Sententia Consistorij supremi.*

Dlximus hucusq; de sponsalibus liberorum clandestinis, seu insciis ac invitatis parentibus contractis, quando nempe ea pronullis sine habenda & declaranda; quibusque ex causis parentes coginequeant ad assentiendum in nuptiis liberorum. Cum autem variæ semperq; novæ soleant occurrere circumstantiae, quæ & ipsum variant decisum, nolumus † Iudicem ecclesiasticum ad certam regulam

Unde † sapientissimus omnium verissime 17 dixit: Si derisorum percusleris, stultus erit sapientior, hoc est, aliotum plagi emendabitur, Proverb. 19. v. 25. † Et Cicero i offic. 18 Pœnis, inquit, utimur contra delinquētes, ne quid posthac committant ipsi, cæteri vero sint ad delinquendum tardiores.

Ita † Consistorium Supremum in causa Margareten E. H. Witzen und Iohan. de S. beflagte 19

an etnem Iohan Baptista de S. Kläger u anders theils / die 11. Iulii Anno 1628. (Verba Decreti : Daraus nunmehr so viel zu befinden / daß dieses Ehegelebnis nicht zu hinterziehen / Es mögen aber beflagte wegen Verachtung des vierdten Gebots und verübten Unzucht / vermöge Churf. Augusti Anno 1580. publicareen Kirchen und Eheorenung andern zum Exempel in diesen Landen sich wesenltchen aufzuhalten nicht geduldet / und über das allbereit erlittene noch vierzehn tag mit Gesängniß gestraffet / auch beflagter Sohn von seinem Vatter gänzlich entfernt werden / V. R. W.)

15. *Quidnam hic Magistratus ecclesiastici officium.*
16. *Sententia Consistorij supremi.*
17. *hic obstrictum esse, sed arbitrio ejus ex circumstantiis informato relinquendi debet, quid secundum ius divinum & ecclesiasticum sit decidendum, ac quando tandem ad sponsaliorum clandestinorum dissolutionem vel consummationem deveniendum.*
18. *Imprimis † vero causas dissensus paterni probè ponderet, an sufficientes ac justæ habeantur: ubi considerandum (1.) an procus vel persona, † cuius mar- mo-*

monium liberis appetunt, si turpis vel dishonestæ vitæ, arg. l. 12. in fn. & l. 18. C. de nupt. Joh. Schneidw. ad tit. Inst. de nupt. part. 2. sub rubr. de licitu nupt. num. 37. Melch. Kling. ad tit. Inst. de nupt. sub rubr. de licitu nupt. num. 8. B. Luther. tom. 9. VVitteberg. pag. 244. vers. Dethalben/ic. (2.) Num sublīt † suspicio fore, ut ex matrimonio inter liberos & parentes lites & rixæ sint orituræ, veluti ex Panormit. & Felino consuluit Jacob. Menoch. consil. 69. num. 43. 6. 44. & 66. (3:) Cuius † conditionis sit, qui puellam in matrimonium perit, an non è patria potestate filiam subducere tenteret, 7 Kling. dict. loc. (4.) † aut saltem sub prætextu matrimonii bonis sponsæ insidietur, nec tām filiam amet, quām divitias quæ- 8 rat, Ernest. Cothman. Resp. I. n. 252. (5.) † An non facinus vel delictum aliquod proco imputari possit, Mart. Luther, ad cap. 9 24. Genes. §. quid potest. &c. (6.) † Num forsan filia dolo adducta in matrimonium consenserit, Melch. Kling. dict. loco. Basil. 10 Monner in tract. de matrim. pag. 45. (7.) † An liberi amore temerario quasi cæcati, aut future potius dementati cum iis matrimonium inire velint, cum quibus neq; cœlum neque terram edificaturi essent, quemadmodum loquitur VVigandus in libello de coniug. Joh. Harppt. ad pr. Inst. de nupt. num. 248. Ernest. Cothman. dict. Respons. I. n. 246.

II Sunt certè causæ hæc tales ac tantæ, ut vel unica saltem longe sufficiens existime-

Ita † Confessorum supremum ad requisitionem H. E. illi Z. die 27. Novembris Anno 1633. (Verba 165
Sentent. Als uns ihr in einem Schreiben berichtet / wie daß einer von Adel bey ewrer
Befreundin eines Bürgers zu Z. Tochter fund schafft und freundschaft gesuchet/
freyens vorgeben / ihr die Ehe versprochen / und sie darauf geschwängert. Nun wolte
er jero solche Ehegelöbniss mit der priesterlichen Copulation und eheligen beywohnung
nicht vollziehen / vorgebende sein. Vater hette darin nicht gewilliger / were auch noch
zur zeit zuwilligen nicht gemetnet / d'ahero ihr genotiranger worden / an gehörigen ope-
klagbar zuwerden / Der wegen von uns gebeten / was hierinnen üblischen rechtes/
durch ein verschlossen informat urheil euch überrichten / ob derjenige von Adel / so er ne-

Vorwissen und einwilligung seines noch lebenden Vaters ewore Befreundin die Ehe versprochen / und siedarauff geschwängert / dieselbe der väterlichen contradiction un- geachtet nochmals zu heurathen / und das geschlossene erwähliche Ehegeldönuß mit der priesterlichen copulation und ehelichen bewohnung zu vollziehen schuldig / daben aber die vornembste umbstände / welche in Erklärung dieser fragen wol zuerwegen / übergangen. Demnach gewarten wir vorher iuff nachfolgende umbstände ewores aus- führlischen und unverdunkelten berichtes.

1. Ob der von Adeletuländisch und suisu- riß, oder noch Väterlicher gewalt unterworffen.
2. Ob ewre Befreundin von chrl̄chen Eltern ehelich geboren.
3. Ob beyde Personen außer dieses fals ḡ gen ihren El- tern gehorsamb, auch sonst im Leben und wandel sich ehrl̄ch und wol verhalten.
4. Wann und wie sie in Rundschafft und Freundschaft kommen.
5. Wie lang sie in solcher conversation gewesen.
6. Ob sein Vater hiervon wissenschaft erlanget und darzu still geschwiegen / oder ob er alsb ald contradiciret, und de suo dissensu gegen ewore Befreundin oder derselben Eltern protestiret habe.
7. Wann / wo / in wessen beyseyn / auch mit was Worten der Sohn ihr die Ehe versprochen, und ob solches pure, oder mitbedingung Väterlicher einwilligung geschehen.
8. Ob der Vater jemals umb einen consens ersuchen worden / oder wessen er sich diffals erkläret.
9. Wie alt beyde Personen zur Zeit der eheligen zusage gewesen.
10. Ob sic nach ehestiger zusage und erfolgter Schwängeringumb christliche verzeihung und ratification des von Adels Vatern ersuchen lassen / und wie derselbige sich darauff bezeuget.
11. Ob beyde ver- lobte Personen noch beisammen stehen / und wo sie sich jeso aufthalten / oder ob nicht vielmehr Beklagter von sic gesondert und sich derselben conversation gänglich entzla- gen / auch seines Vatern gehorsamb hinwidder untergeben.
12. Ob sein Vater nach dem ihr flagbar worden / judicialiter interveniret und de suo dissensu nochmals protestiret.
13. Ob das Kind noch am Leben ein Sohn oder Tochter sey.
14. Ob ihre Eltern arm / oder gutes Vermögens seyn / wie viel sie Kinder haben / und ihrer Tochter zur mit- giff reichen können und wollen. Wann nun uns ihr hierauf einen bericht einsender werdet / wollen wir euch so dann mit dem gebetenen informare urtheil / wie auch sonst gerne willfahren / &c.]

T I T. IV.

De

Binis Sponsalibus.

DEFINIT. LXIII.

Binis publicè contractis Sponsalibus priora per benedictionem sacerdo- talem consummari debent annullatis ac dissolutis posterioribus.

S V M M A R I A.

1. Non leve, sed atrox est crimen digamia.
2. Omni jure prohibitum.
3. Non multum levius crimen binorum sponsa- liorum.
4. Num pæna bigamia locum habeat in geminis sponsalibus?
5. Vxorū & mariti nomine continetur Sponsa & Sponsus.

6. Dispo-

6. *Differitum de nuptiis locum quoque haber in sponsalibus.*
7. *Differunt in totâ ferè Germaniâ nuptia à sponsalibus.*
8. *Mitior pena binorum sponsaliorum, quam bigamia.*
9. *Sponsa propriè non est uxor, nec sponsus maritus.*
10. *Vtrâq; sponsalia non subsistunt.*
11. *Sed saltem priora, dissolutis posterioribus.*
12. *Fundamenta & rationes huius decisi n. 16.*
13. *Posteriora sponsalia nullius sunt momenti.*
14. *Sântio Electora's hac d'ere.*
15. *Qui prior tempore, posterior est iure.*
17. *Sententia Consistorii supremi n. 18.*
19. *Eiusdem Rescriptum.*
- N**on leve, sed atroc est crimen digamiae contra primævam coniugii institutionem commissum, quippe quæ non nisi duas personas in carne una vivere permittit, Gen. 2. vers. 22. Matth. 5. vers. 32. cap. 18. vers. 25. 1. Cor. 7. v. 2. & seqq. Ephes. 5. vers. 22. 8. 31. & 33. nec solo iure divino, † sed etiam canonico, civili, gentium ac naturali prohibitum, ut demonstrat Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 5. cas. 420. n. 2. & seqq. Joach. à Beust. in tract. de connub. part. 2. cap. 3. Prosp. Farin. part. 5. 3 oper. crimin. quæst. 140. num. 1. 2. & seqq. † Nec multum levius crimen binorum sponsaliorum, intuitu nuptiarum subsequentium contractorum, si non ipsamet nuptiæ habeantur, quas consensus non concubitus facit, l. nuptias. 30. ff. de Reg. jur. l. sufficit. ff. de sponsal. l. si donationum. C. de nupt. c. a/iuer. 30. quæst. 5. c. honorantur 32. quæst. 2. 4 Ex quo † poenam digamiae, quæ est ultimum supplicium, Ordin. crimin. Carol. art. 121. Const. Elec. 20. part. 4. etiam ad hoc crimen extendendam quis dixerit, præsertim † cum uxoris nuptiæ appellatione Sponsa veniat, nec non Sponsus mariti nomine comprehendatur, juraque in uno loquentia in altero quoque locum habeant, l. si sponsa. ff. de jur. dot. l. 15. §. 24. ff. de injur. l. 5. C. de bon. que lib. l. Titio centum §. Titio genero. ff. de condit. & demonstr. l. lex julia ff. de fundo dotal. & † quod de nuptiis disponitur, in sponsalibus etiam obtemperat, l. cui fuerit. ff. de condit. & demonstr. l. tutor. §. 1. l. oratio. l. in sponsalibus. §. 1. ff. de sponsal. Bartol. in l. cum pater. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. & in l. nihil interest, ff rer. amotar. Natta consil. 282. num. 1. & seqq. Nicol. Boër. decisi. 22. num. 33. & seqq. Alber. Gentil. in tract. de nupt. lib. 2. cap. 23. post pr. Dom. Card. Tusch. Tom. 7. pract. conclus. lit. 8. conclus. 511. numer. 58. Andr. Tiraqvell. de leg. connub. Gloss. 2. num. 1. & seqq. Petr. Heig. part. 2. quæst. 28. numer. 14. Verum † qvia de consuetudine totius ferè Germaniæ res aliter se habet; nec sponsalia de presenti verum faciunt matrimonium, sed per nuptias demum ac copulam seu benedictionem sacerdotalem hoc perficitur & consummatur, Const. Elec. 24. pag. 2. Joh. Harppr. in rubr. Inst. de nupt. num. 7. & 191. utique poenam bigamiae † ad crimen binorum sponsaliorum tutò extendere haut licet, ut multis demonstratum dedi in tract. crimin. part. 2. quæst. 67. idque eò minus; quia Sponsus mariti appellatione propriè non continetur, nec † nuptiæ uxoris verbo sponsa, l. si quis officium. 38. in pr. l. in eo. 45. §. 2. ff. de rit. nuptiar. l. uxores. 9. cum l. seq. ff. de his, qui not. infam. l. 1. §. 1. ff. pro dote l. sancimus. 24. C. de nupt. Andr. Tiraqvell. de legib. connub. Gloss. 2. verb. en pouvoir de son mary. num. 18. 19. Salycet. in l. cum int. 6. C. de donat. ante nupt. num. 4. Nicol. de Ubald. in tract. de success. ab intest. part. 4. n. 4.
- Conveniunt tamen in eo cum digamiae criminè bina sponsalia, † utraque subsistere nequeant, sed cum alterutro sposo, sponsave conjugium per copulam

Seu benedictionem sacerdotalem sit consummandum: ubi si quæsiveris, quænam præcedant & valida subsistant? procul dubio! pro prioribus erit respondendum; quibus contrahentes firmiter manent obligati, premis ac dissolutis sponsalibus posterioribus. Joach. à Beata. de sponsal. cap. 15. Joh. Gerhard. in loco de coniug. §. 146. pag. 223. quæst. 7. Paul. Cypt. de sponsal. cap. 10. §. 22. Beat. Luther. tom. 5. pag. 247. Bidentbach. de caus. matrim. pag. 33. Joh. Harp. in rubr. Inst. de nupt. num. 33. Joh. Schneidw. ad tit. Inst. de nupt. part. 1. nu. 18. Matth. Berlich part. 4 conclus. 28. n. 63. Alber. Gen. tit. de nupt. lib. 6. cap. 3. (1) † Ut enim duatum uxorum quis maritus esse non potest, ita nec duarum sponsarum sponsus: nam qui sponsam habet, sponsus est Joh. 3. Cùm itaque is, qui primæ fidem dedit, sponsam habet, secundæ conjugium promittere haud potest, & è converso sponsa, quæ primo desponta est, secundo desponderi nequit, aliter si dicere mus, adulterium ab ipsis committeretur. Cypr. dict. §. 22. ex quo ergò prius vinculum ligat, † sequens nul-

lius est momenti cap. sicut 22. extr. de sponsal. nec pro conjugio, sed potius adulterio ac stupro habetur, Matth. VVseemb. in gloss. marg. ad Joh. Schneidvvin. dict. loc. n. 18. lit. b. (2) † idque manifestâ sanctione Electorali 14 comprobatum est in Ordinat. eccles. ii'. Von Ehesachen. §. Von Ehegelöbnissen. vers. Wenn sich jemand. & Ordin. matrim. de anno 1624. punct. 1. §. Wenn sich jemand mehr denn eines verbindlich verloben würde/ soll er schuldig seyn/ die erste Person / damit er sich verbindlich verlobet/ zu eheligen. (3) † 15 Cumque alias inter patres, qui prior est tempore, potior quoque habetur jure, cap. qui prior extr. de reg. jur. in 6to. l. qui generaliter. 2. l. si pignus 8. l. 10. l. 11. & l. 12. ff. qui potior. in pign. l. 2. l. 4. & l. 12. C. eod. tit. non certe anima advertere possum, cur in casu † praesenti aliud obtinere debeat, quin potius sponsio sponsævè priori id juris ac privilegii æquè tribuendum est, firmiter stante inter pp. communis effato: Das erste verlöbniss wird dem andern für getogen/ Schneidvvin. dict. loc.

Ita † Consistorium Supremum ad requisitionem Pauli Buchners. & Christophori Walters in 17 Dresden: die 22. Augusti Anno 1607. (Verba Sentent. Hatt C.B. bey Margrethen. Erhard A. hinderlassenen Tochter erwerb Mühmen freihens/ daß er sie nemtlichen herzlich liebe und zur Ehe beg. hre/ auch derenweg in heimischen/ seinen Geburts. und Lehrbrief holten/ und nach seiner widerkunfft bimm H. dwerck e der Kupferschmiede Meister werden/ darzu er zwischen Fasnachten und Mariæ Magdalena Anno 1606. Zeit genommen/ vorgegeben/ darauf sie ihm durch einen Handschlag zugesaget worden/ Er ist aber bis dato aussenblieben/ und ihr habt seithero gewisse Nachrichtung erlanget/ daß ihn nach seiner anheimkunfft eine andere der Ehe wegen belangen/ un er das er zuvor mit derselben verlöbniss gehalten, nicht in abrede seyn könne/ alles nach mehrern Inhalt erwerftage; So verbleibets bey sol tem ersten Ehe gelöbniss noch mals bissich/ und wird demnach et gedachter Margrethen/ als der andern Braut sich mit einem andern christlich zu vereheligen billich verstatut und nachgelassen/ B. R. W.)

Et † ad consultationem Rudolphi. à Bünau in VVebenstein, die 24. Augusti Anno 1608. [Verba 18 sentent. Wir haben auf ewern übersenderen Schreiben/ und angeheffter Rechtsfrage vernommen/ welcher gestalte Anna/ Mathes V. nach gelassene Tochter/ zwischen Personen/ als erslich Hans H. und hernach Peter S. die Ehe öffentlich versprochen und zu-

und gesaget habe / derer nun mehr keiner dem andern weichen / die Magd auch den ersten zur Ehe nich haben wolle / dahero ihr unsrer rechtlichen entscheidung bedürftig / Hierauß nun erkennen und sprechen Wir / das nach Verordnung der Rechte / unter zweyten öffentlichen Verlobnüssen / das erste dem andern vorzugehen / &c.)

Nec † non Superintendenti Pirnenſi M. Danieli Reicharten die 9. Iulij. Anno 1637. (Verba Rescripti: 19)

Wofern nun eweren Angiehen nach / die Beklagte mit consens und Einwilligung ihres Vatterln zweyer Zeugen gegenwart mit intervenienten Marchen s. allbereit vor zweyen Jahren / hernach aber allererst verschlenten Sondag Esto mihi aus un- wissheit und in meinung / das derselbe tode were / mit Klägern Petro H. si d' öffentlich verlobet ; So bleibt es bei dem ersten Verlobnūß billich / und wird beklagte mit dem intervenienten, als ersten Bräutigam b Christlichen copuliret. &c.)

DEFINIT. LXIV.

Contractis binis sponsalibus, si posteriora rursus dissolvantur, pars nocens innocentia expensas restituere tenetur: & arrham perdit.

S V M M A R I A.

1. Contrahens bina sponsalia, infamia notatur.
2. Pœnamque arbitrariam incurrit.
3. Expressa hac de re Sanctio in provinciis Electo- ratus. n. 4.
4. A quonam magistratu pœna indicatur?
5. Contrahens bina sponsalia restituit expensas parti innocentii.
6. Ratio & causa restitutionis expensarum. n. 10.
7. Ratio & causa restitutio*n*is expensarum. n. 10.
8. Afflictio non est addenda ulterior afflictio.
9. Delinquens condemnatur simul in expensas.
11. Victus vitori sumitus restituere tenetur.
12. Bina contrahens sponsalia arrham perdit. num. 13.
14. Cedit ea Consistorio.
15. Rescripta Consistorii supremi. n. 16.

- N**On subsistendū in dissolutione sponsaliorum, quæ sponsus vel sponsa pri- oribus addidit, nec satis ea pœna est tan- tæ temeritati, sed † multâ graviori mali- tia hæc coerceti debet. De jure namque civili bina sponsalia contrahens infamia notatur, l. i. § ult. l. quid erg. 13. §. 1. & §. itē si alteri. 3. ff. de his qui not. infam. Gloss. in l. ne- minem. 2. Q. de incest. nupt. verb. binas nuptias. Prosp. Fatin. part. 5. oper. crimin. quest. 140. n. 27. Dan. Moller. ad Conf. Elect. 20. n. 11. part. 4. Matth. Berlich. part. 4. conclus. 28. n. 53. Modest. Pistor. vol. 2. confil. 42. cui † si iudex pœnam arbitrariam annexat, nequaquam etrabit, ut dixi in prædict. crimin. part. 2. quest. 67. n. 13. arg. 1. eum quid uas. 18. C. ad leg. Iul. de adult. Novell. 117. c. 11. vers. si autem preter hanc. & c. Auth. bodie. C. de repud. junc. l. nuptias 30. ff. de reg. jur. Idq. † ipsum clarius expres-

sum in provinciis Electoratu*s*: Saxonici à D. Augusto Electore, qui contrahentes bi- na sponsalia, præter notam infamia, car- cere aliavè pœnâ arbitrariâ puniri jussit, in Ordinat. Eccles. iit. Von Ehesachen. sub punto: Von Ehegelebnissen. 5. Wann sich jemand mehr dann eines verbindlicher Verloben würde / soll er schuldig seyn / die erste Person / damit er sich verbindlich verlobet / zu ehelichen / und so wol auch die Person / so sich mit derselben anderweile ver- lobet / wofern sie vom ersten Verlobnūß Wissenschaft gehabt / anrichtig seyn / und darüber mit Gefängnūß oder sonstem will- fürlichen gestrafft werden. † Quæ verba etiam habentur ac repetuntur in Ordin. mar- trimon. de Anno 1624. punct. 1. 5. Wann sich jemand / &c.)

Sed pœna hæc plerumque decernitur
a Magistratu politico, cuius decisioni, fa-
cta sponsaliorum posteriorum dissolu-
tione, causa hæc committitur. In Consisto-
riis autem ultra dissolutionem duo adhuc
decernuntur, quibus pœna delinqenti-
um hauc parum aggravatur. Primum est
† restitutio expensarum, quas pars inno-
cens fecit tam in sponsalibus contrahen-
dis, quam lite in Consistorio ventilata. Ex
quod enim decepta fuit & defraudata ma-
trimonio à nocente, justa hinc ipsi com-
petit causa reperiendi expensas à falsario
& fraudatore, loach. à Beust de sponsal. cap.
15. vers. insuper solle interdum talis &c. ubi ad
hoc allegat Panorm. in cap. gemma extr. de
sponsal. in fin. ne duplice gravetur datum &
quæ privatur coniugio, sumtibus etiam
impensis carere necessum habeat, † nec e-
nim afflito ulterior afflictio addi debet, l.
divus 14. ff. de offic. presid. l. antep. C. de pœn. l.
navis onusta 4. §. quid ergo ff. ad Leg. R. b. de
jactu & alias quoq; † in pœnalibus delin-
quens, cui indicitur pœna arbitraria, re-
stitutione expensarum gravari solet, ut de-
monstravi in pract. crim. part. 3. quæst. 138. n.
16. & seqq. Matth. Berlich. part. 4. conclus. 19.
num. 16. loach. à Beust. adl. 3. n. 43. vers. sed
quando sine aliquâ. ff. de injur. Matth. V Ve-
sembe. ad pr. num. 11. Inst. de publ. judic. + Ne
dicamus, æquitatem pariter & justitiam
hac in re innocentia favere, intantum ut
ad interesse experiri vel injuriarum agere

haud prohibeatur, arg. Conf. Elect. I 2. pars.
4. quidni ergo saltem expensas repetere
valeret, cum regulariter † vixius vicitori I 2.
sumatus restituere teneatur, l. 79. in pr. ff. de
judic. l. ult. C. quando provoc. non est nec ess. l.
4. C. de fruct. & lit. expens. Iohan. Gædd.
int. 7. num. 9. ff. de V. S. Pract. Papiens. in-
form. libell. act. real. verb. & expensis num. 3.
Ventur. de Valent. in part. litig. lib. 2. c. 6.
n. 11. & seqq.

Alterum, † quod contrahenti bina spon- I 2.
salia ultra dissolutionem in Consistorio
indicitur, est amissio arrhae sponsalitez, u-
su enim obtinuit, ut facta sponsaliorum
dissolutione, arrhae in Consistorio exhibi-
teantur ad hoc, ut † parti innocentia re- I 3.
situatur, l. mulier juris sui. vers. Tunc enim
quasi nullo facto, utpote sine causa easdem arrhae
præstitas tantummodo redi, consequens esse pra-
cipimus. C. de sponsal. & arrhis. Postquam e-
nim facta sponsaliorum dissolutione omnia
in pristinum statum sunt reponenda, arg.
l. quod si minor ff. de minor. 25. annor. Iacob.
Menoch. vol. 3. consil. 783. nu. 38. Quintil.
Mandosa de inhibit. quæst. 75. n. 3. non po-
test non repeti artha, quam dedit pars in-
nocens, ut id, quod suum est, recipiat, vid.
supr. Defin. 51. Nocens † verò pars arrham I 4.
suam amittit, & cedit ea Consistorio, quia
non competit indebiti condicatio ei, qui
fraudulenter & dolosè quid dedit, l. si ob-
turpem. 8. ff. de condic. ob turp. cauf. l. 1. C.
ed. tit.

Ita † Consistorium supremum Superintendenti Pirnensi die 4. Iulij, Anno 1637. (Verba Rescripti: I 5)

61 Wosfern nun ewern Anzehen nach die Bellage mit Einwilligung ihres Vatters
und in zweyer Zeugen Gegenwart mit intervenienten allbereit vor zweyen Jahren/Her-
nach aber verschienen Sondag Esto mihi quis Unwissenheit / und in Meinung / dass
derselbe tod / were / mit klägern sich öffentlich verlobet / welcher dahero seine Eheklage
selbst fallen zulassen sich erbitten / und nur seine aufgewante Unkosten gefordert;
So können Wir bey solchen umbständen geschehen lassen / dass ihr die gesorderten
Unkosten auf vorgehende liquidation mestigen / Klägern zustellen / und darauff be-
klage mit intervenienten copuliren lassen möget; Hierüber werdet ihr von diesen beeden
2. Thal.

z. Thal. Ober. Consistorialgebühr nebens deren zwischen Klägern und der Beklagten gefallenen Mahlschäss abfordern / und beedes zugleich anhero übersenden/ &c.)
 Et † Questori P.adebergensi die 8. April. Anno 1636. (Verba Rescripti : Welcher machen vor uns Adam S. und Margareta H. beide zu R. am 22. Januar. der Ehe halber durch ein Urtheil losgesprochen worden/solches werdet ihr euch die Parthenen in original fürlegen lassen ; Wann ihnen dann darneben eine Straße / als ihr 4. gute Schock nebens dem doppel Ducaten. uns heimgefallenen Mahlschässes. Ihme aber z. gute schock wegen des von ihnen gegebenen Vergeruhs auferleget worden/ Sie aber so. Henoch zur zeit nicht eingeschicket ; als ist an statt Seiner Churf. Durchl. unser Begehrn/ ihr wollet alsobalden nach verlesung dieses bey dem Rath die Verordnung thun / solche verwirckte Straße und Mahlschäss von ihnen unsenmlich einzubringen / und uns anhero versiegelt zu überschick. n/r/c.)

DEFINIT. LXV.

Gemina si fuerint contracta publicè sponsalia, firma & rata habentur priora, licet copula carnalis ad posteriora accesserit.

S V M M A R I A.

1. *Priora sponsalia per posteriora non annul-lantur.*
2. *Quid si in posterioribus sponsalibus copula in-tervenerit carnalis?*
3. *Movetur objectio.*
4. *Duo vincula arctius ligant, quam unum.*
5. *Decisio pro posterioribus sponsalibus, si prior sponsa sponso condonare nolit.*
6. *Decisio pro prioribus sponsalibus, si sponsa re-cipere sponsum velit.*
7. *Fundamenta & rationes decidendi, n. 11.*
8. *Consensus non concubitus facit sponsalia.*
9. *Quoad effectum indissolubilitatis sponsalia pro vero habentur matrimonio.*
10. *Balthasaris Mentzeri judicium.*
11. *Alleganiur textus ex jure canonico. n. 13.*
12. *Sancio manifesta in provinciis Electoratus Saxonici. n. 15.*
13. *Iudicium B. Lutheri hac de re.*
14. *Refellitur objectio. n. 18. 19.*
15. *Sententia Consistorij Supremi.*

- 1** Stat ergo Regula longè firmissima, quod si bina contracta fuerint publica sponsalia, posterioribus nullatis priora habeantur firma ac rata. das erst. Verlob. nūß wird dām andern vorgezogen. Defin. 63. Ioach. à Beust de sponsal. c. 15. Paul. Cypriæus de sponsal. c. 10. §. 22. Ioh. Schneidviii. ad rit. inst. de nupt. part. 1. n. 18. Joh. Gerh. in loc. de conjug. §. 146. pag. 228 quasi 7. Hemming. de conjug. pag. 210. Beza de conjug. pag. 98. Mentzer. de conjug. pag. 176. Casp. Erasmus Brochm. in loco de conjug. quest. 35. At quid † si in posterioribus sponsalibus interve-nenerit copula carnalis sive concubitus? Di-xeris forsitan, tūm posteriora p̄fæserint pri-

oribus: nec sine fundamento, † quia spon-salia per copulam carnalem consummata de jure divino longè sunt fortiora, quam solo consensu contracta, nam per copu-lam duo efficiuntur in carno una, Gen. cap. 1. Matth. 19. 1. Corinth. 6. quæ potissima est causa, ob quam individuum redditur ma-trrimonium, cap. ex publico. de convers. con-jug. † & arctius ligant atque astringunt vincula duo, quam unum, Auth. itaq. C. commun. de success. idque verissimum. Si prima sponsa nolit cum adultero ma-rimoniū consummari, quod ipsius arbitrio comittendum; nam † tunc præculdu-bio

bio posteriora subsistunt sponsalia con-cubitu confirmata, loach. à Beust. de spon-sal. cap. 10. pag. 14.

- At si prima sponsa adultero condonet,
6 † eumq; recipere velit, haut obstat, quod in posterioribus sponsalibus intervenerit copula carnalis, sponsus ad priorem sibi desponsaram redire cogitur, & firma etiamnum habentur sponsalia priora, posterioribus dissolutis, loach. à Beust. dict. pag. 14. in pr. Ioh. Schneidvvin. dict. loc. vers. quae conclusio ampliatur procedere, &c. & ibidē Matth. W esemb. in not. margin. lit. b. Matth. Berlich. part. 4. concl. 28. n. 67. Brochmand. dict. quest. 25. vers. sed sub cautione Didac. Covarr. inepit. spons. part. 2. c. 7. §. 3. n. 5. Albert. Gentil. tract. de nupt. lib. 6. c. 3. Jacob. Thoming. consil. 52. & Modest. Pistor. consil. 42. volum. 2.

- 7 (1.) † Etsi enim in posterioribus sponsalibus ultra consensum etiam copula carnalis intercessit, non tamen idcirco majoris ea sunt firmitatis & roboris, quam prima solo consensu contracta, quippe † quod consensus non concubitus sponsalia ac nuptias faciat, l. nuptias. ff. de reg. jur. l. ult. in pr. C. de repud. cap. sufficiat. caus. 27. quest. 2. cap. cum locum. extr. de sponsal. Atque hinc, quoad † effectum consortii ac societatis indissolubilis nulla planè existit differentia inter sponsalia & ipsum matrimonium, sed per sponsalia hoc iam inchoatum est, ac proinde non magis sponsaliorum, quam matrimonii dissolutio admittenda, ut demonstravi Respons. Elect. 108. lib. 5. veluti docte disserit hac de re
10 † Balthas. Mentzer. in disp. quam habuit Giess. super quest. Num sponsis ante solennem in Ecclesia benedictionem & copulationem concubentibus publica penitentia justè imponatur? Mens. Mart. Anno 1624. quando inquit: In oculis Dei & vigore ordinationis divinae ac vi mu-tua sponsionis & virtute efficacia obligationis spon-

sa de jure non minus est uxor sui sponsi, atq; si iam soleniter ipsi tradita & in domum eius ducta es-set: siquidem inter personas desponsatas verum matrimonium iam inchoatum est, de quibus etiam re-
tè usurpat illud quod Deus coniunxit, homo ne separet. Hactenus Mentzer. Quod si ergo ve-
rum † matrimonium per subsequens ad- 11 ulterium non dissolvatur, si coniunx in-
nocens nocenti perdonare velit, prout expeditum est, Const. Elect. 19. part. 4. utiq;
nec sponsalia priora nullari poterunt per adulterium sponsi sponsæ cum alia
personâ, licet sub specie posteriorum spō-
saliorum concubentis, loach. à Beust.
dict. los. Thoming. dict. consil. 52. n. 62. & seqq.
(2.) † Edq; facit textus in cap. si inter virum. 12
31. extr. de sponsal. in quo hæc Gregorii X.
Pontificis leguntur verba: Si inter virum
& mulierem legitimus consensu interveniat de
presenti, ita quod unus alterum mutuo consensu
verbis consuetis expresso recipiat, utroq; dicente:
Ego te meam accipio: & eḡ te accipio in meum
vel alia verba consensum experientia de presenti:
sive sit iuramentum interpositum, sive non non
licet alteri ad alia vota transire; quod si fecerit,
secundum matrimonium de facto contractum (er-
iam si carnalù copula subsecuta) dissolvi debet,
& primum in sua firmitate manere. (3.) † Quod 13
idem traditur in c. is qui fidem. 30. extr. de spon-
sal. & inc. 1. vers. si autem fecerit c. licet prater. 3.
vers. & si nupserit c. tuas dudum. ult exir. de spon-
sā duor. (4.) † Et adhuc clarior est sanctio 14
Electoralis in Ordin. Eccles. tit. Von Chesa-
chen. punct. Vom Thegeldbnüs. 9. Würde
sich aber die Person/ so sich mehr dann eins
verbündlich verlobet/ mit der letzten verlob-
ten Person heischlich einlassen/ So soll die
selbe re. junct. & seq. in verb. Es soll aber der
ersten verlobten unschuldige Person nichts
desto minder frey stehen/ ob sie sich mit dem
Verbrecher versöhnen will re. † Quæ lan. 15
etio legitur repetita in Ordin. matrim. de
Anno 1624. punct. 1. §. Würde sich aber junct.
§. Es

9. *Es sol aber/ce. Quod si ergo arbitrio pri-
oris sponsi sponsæ vel relictum est, an ad-
ultero vel personæ nocenti crimen con-
donare velit; hoc ipso sanè decisum, quod
contrahens bina sponsalia ad priora redi-
re cogatur, si innocens hoc perat, alioquin
& condonatio & dispositio illa suo desti-*

16 *tuetur effectu. (s.)* † *Faciuntque hue
verba Lutheri in libello de cauf. matrim. ubi
ait: Wie wann einer mit der andern Frauen
Kinder hette/und mit ihr lange zeit zu hause
gesessen und in eine nahrung gekommen?
Antwore/es hilft nichts darzu / weil er der
ersten öffentlich vertrauet und ihr rechtes
Ehemann ist/kan er die andere mit den Kindern
dern nicht behalten.*

17 *Nec quidquam negotii facie, † quod
fortiora habeantur de jure divino sponsa-
lia per concubitum confirmata, quam nu-
do consensu contracta; quodque duo vin-
cula auctius ligent, quam unum. Ex quo
enim sponsalia quoad affectum indissolu-
bilatis pro vero habentur matrimonio,
ut diximus suprà nu. 9, concubitus seu co-*

*pula carnalis nequaquam adjungere valeat:
accessionem, vel maius fortiusque vincu-
lum matrimonio respectu essentia ma-
trimonialis, sed duntur at respectu signifi-
caci; nam † utrait Panormitan. Matrimo-
niū vinculum à capite Ecclesiæ & rerum o-
mnium conditore Deo Optimo Maximo
in Paradiso & in statu innocentia institu-
tum unionem & indissoluble vinculum
recepit, c. I. extr. de rot. & rot. redempt. in cto.
cum interim institutionis tempore co-
pulâ non fuerit consummatum; Panorm.
in dict. cap. ex publico. n. 12. de conyers. coniugat.
† Non ergo copula carnalis quicquā
fortioris efficaciz sponsalibus posteriori-
bus addit, nec novum & alterum vincu-
lum necit, quia sponsalia illa ipso jure
sunt nulla, ut hinc per concubitum in-
præjudicium priorum sponsaliorum con-
validare, vel fortius ligare & duos in unâ
earne efficere, aut quicquam operari ne-
queant. Jacob. Thoming. dict. consil. 52. n.
62. & multi seqq. ubi hæc latius tractat &
contraria refellit.*

Ita † Consistorium Supremum ad requisitiōnēm Marci F. illi A. die 27. Septembr. Anno 1626. 20

*(Verba Sentent. Hat Michael VV. bei eurer Tochter Sabinen freyens vorgeben/euch
auch durch ehrliche Leine darumb ersuchen und ansprechen lassen / welche Ihr ihm
nachmals in beyseyn etlicher Beystände und Zeugen öffentlichen versprochen und
ehelichen zugesaget. Es soll aber verlaufen, daß bemelter Michael VV. nachmals
an eurer Tochter brüchtig worden / und zu G. sich mit einer Witfranen eingelassen /
und gleiches fale öffentliche sponsalia gehalten / welche er auch si lsclich erkant ha-
ben sol. Wann nun gleich solches sich in Wahrheit also verhielte/ Dofern aber den-
noch eure Tochter ihm seine unreten verzeihen wolte! So würde die andere verlob,
nüs mit der Witben vor richtig erkläret / und were Michael VV. mit eurer Tochter
die Ehe durch die priestleriche copulacion zuwölz/ hen schuldig/ In verweigerung des/
sen würde er darzu gelürligen blich an geholzen/in massen er auch seiner leid t.*

*fertigkeit und begünstigung wegen von der weltlichen Obrigkeit
in straff zunehmen/ V. R. W.)*

DEFINIT. LXVI.

Præferuntur tamen prioribus sponsalibus posteriora, si per nuptias & benedictionem sacerdotalem fuerint consummata.

S V M M A R I A.

1. Num sponsalia posteriora, quibus benedictio sacerdotalis accessit, prioribus preferenda?
 2. Quæsto hec ab Interpp. confusè tractatur.
 3. Negative respondent plurimi Dd.
 4. Per textus juris pontificii.
 5. Sponsalia quatenus habeantur pro matrimonio?
 6. Posteriora sponsalia sunt nulla.
 7. Opinio hac Doctorum videtur probabiliſ.
 8. Decisio negativa verior.
 9. Rationes & fundamenta decidendi. nu. 18. 22.
 10. Solus consensus matrimonium non planè perficit.
 11. Sed requiritur consummatio ulterior.
 12. Qua sit per benedictionem ac copulam sacerdotalem.
- I**fficillior autem est quæſtio, si binis sponsalibus publicè contractis posteriora matrimonio & benedictione seu copula sacerdotali fuerint consummata, quænam tunc præferenda? Confusè admodum ab Interpp. hanc quæſtionem trahit animadverto: Miscent siquidem & communiter copulam carnalem cum ipso matrimonio per benedictionem ecclesiasticam sive sacerdotalem consummato, & utriusque eundem ponunt effectum, ut scilicet ad priora sponsalia redite cogatur persona nocens adultera, sive copula carnalis sola, sive benedictio sacerdotalis & sic verum matrimonium posterioribus sponsalibus accesserit, † prout videret est apud Matth. Berlich. part. 4. conclus. 18. nu. 66. & seqq. Dan. Moller. in comm. ad Constit. Elect. 20. part. 4. Hier. Schurff. consil. 57. n. 1. & seqq. cent. 1. Matth. Coler. part. 1. decis. 3. Jacob. Thoming. in consil. 52. quod & extat apud Modest. Pistor. vol. 2. consil. 42. Quod 13. In toto orbe Christiano hac benedictio introducta.
14. Sponsalia matrimonium ipsum non sunt. num. 15. 16.
17. Quomodo differant sponsalia à matrimonio?
19. Duo vincula fortius ligant, quam unum.
20. Proclamatio in Ecclesiis publica futurarum nuptiarum ubique locorum consuetæ.
21. Finis huius proclamatiōnis.
23. Conjugium designat mysterium inter Christum & Ecclesiam.
24. Recitatur Pontificiorum hac de re sententia.
25. Opinio B. Lutheri.
26. Rescriptum Consistorii supremi.
- & facere videntur tradita Pontificum in cap. si inter virum. 31. extr. de sponsal. cap. 1. cap. licet præter. 3. & cap. tunc dudum ult. extr. de sponsa duor. † quætextus (inquit Berlich.) 4 ad eò clari sunt, ut sacrificij instar sit, contra illos disputare, & meritò secundum eos in Consistoriis debeat pronunciari, cum non pugnent cum nostrâ Religione, & periculoso sit, ex ficta æquitate & capite suo judicare. dict. conclus. 28. nu. 67. † Cumque sponsalia quoad effectum indissolubilitatis pro vero habeantur matrimonio, ut diximus Dein. preced. numer. 9. non multum videtur intetesse, num benedictio sacerdotalis vel sola copula carnalis in posterioribus sponsalibus intervenerit, quia primum matrimonium absque dubio posteriori præfertur, nec ex adulterio supervenienti, pro quo subsequens copula habetur, dissolvi debet, si conjunx inoccens nocenti condonare velit. Ex quo etiam † sponsalia posteriora sunt nulla, & nequa-

nequaquam per benedictionem seu copulam sacerdotalem corroborari possunt, sed corruit eque matrimonium, ac si nunquam benedictio sacerdotalis intercessisset, quia falso vel potius nullo iuruntur fundamento, sponsalibus nempe posterioribus annullatis, ut fuisse deducit Jacob. Thoming. dict. consil. 52.

7. Fateor sane, † non parum stringere hanc rationem, ac memetipsum quondam commovisse, ut opinionem Dd. jam commemoratam multum de foliis Sibyllinis participare existimaverim, in tract. oris part. 2. quast. 67. nu. 59. inq; eam flectit sententia Scabinorum Lipsiensium verbottenus relata à Reinhardo Rosâ in addit. ad Dan. Moller. dict. Consil. Elec. 20. num. 12. 8 part. 4. Sed re exactius ponderata † non possum non sentire cum Paulo Cypræo de sponsalib. cap. 10. §. 25. & 26. rectè pariter ac piè præferri anterioribus sponsalibus posteriora per benedictionem ecclesiasticam consummata, nec audiendam fore sponsam primam, si sposo condonare velit; quam sententiam etiam Consistorio supremo Electorali complacuisse animadverto.

9. (1.) † Quantumvis enim inficias hanc eam consensum facere nuptias, sponsalia que quoad effectum indissolubilitatis pro matrimonio haberi, quod longè verissimum est, & ipsem defendilib. 5 Respons. E. lect. 108. & Respons. 115. n. 15. attamen † consensus ille matrimonium non planè perficit, nec sponsalia (ut maximè pro matrimonio habeantur) verum coniugium sunt & dicuntur, sed ad complementum eiusdem (non minus atque emtionei) venditionis contractus consensu quidem conciliatur, sed traditione demum perfectè consummatur, 4. 1. & 1. 2. ff. de peric. & commod. rei vendit.) matrimonii initiati consummatio † ulterius requiritur, cap. ex publico 7. ubi

Gloss. & Dd. junct. cap. ex parte 9. extr. de convers. conjugat. c. in omnibus. 27. quast. 2. c. aliter. 30. quast. 5. Petr. Peck. de testam coniug. lib. 1. cap. 5 nu. 6. Cypr. de sponsal cap. 5. §. 9. Fit autem consummatio per copulam & benedictionem ecclesiasticā, perinde ut quondam deductio Sponsæ in domum Sponsi non ad solennitates tantum, sed etiam ad perfectionem & substantiam matrimonii requirebatur, Franc. Hottoman. lib. 5. obser. rat. 9. Cypr. dict. cap. 5. §. 5. in † cuius locum 13 hodie in orbe Christiano benedictio sacerdotalis coram facie Ecclesiæ successit, dict. can. aliter. can. consanguineorum. 3. quast. 4. cap. ult. extr. de clandes. de sponsal. Matth. VV. semb. in paratit ff. de rit. nupt. nu. 5. Peck. dict. cap. 5. n. 6. Cypræus dict. cap. 5. §. 6. & cap. 11. §. 15. & 20. Henning. Arnil. dejur. connub. cap. 3. sect. 12. n. 1. & 10. cum seqq. Joach. à Beust. de jure connub. part. 2. in prefat. vers. quod verò ad nostras ceremonias &c. Joh. Harppr. in Rubr. Inst. de nupt. num. 123. Ernest. Cothm. vol. 3. Resp. 34. nu. 99. Etsi ergò † in sponsalibus 14 plenus est partium contrahentium consensus, & ita quoad contrahentium voluntatem nihil ipsi matrimonio deesse videtur, ramen eo modo & ratione sponsalia fuere contracta, ut coniugium pro profecto non habeatur, priusquam sit ab Ecclesiâ solenniter approbatum, confirmatum & benedictum, ut scitè tradit Balthasar Mentzer. in tract. de coniug. pag. 174 Adeoq; sponsalia † matrimonium ipsum non sunt, 15 sed illud præcedunt, ut loquitur idem Mentzerus in dissert. singulari, de quast. Num sponsis ante solennem in Ecclesiâ benedictionem & copulationem concubentibus publica pœnitentia justè imponatur &c. Observatur, inquit, in universalis praxi apud Christianos, ut sponsalia nuptias antecedant, diversamq; a nuptiis habeant rationem. Cum quo † con. 16 venit Kitzel. in synops. matrim. cap. 14. theor. 1. lit. a. in hac verba scribens: Solo consensu de presenti

- presenti contractum seu initiatum matrimonium quoad significacionem plenum & perfectum non censetur: nec ante consummationem suam sacramentum seu despositionem inter Christum & Ecclesiam designat: sed magis appellatione sponsalium de presenti venit: & facilis etiam, quam matrimonium consummatum dissolvipotest. Et paulo post: Matrimonium ut omnibus numeris perfectum & absolutum sit, omnesque veri & completi matrimonii effectus producat, ad constitutionem eius non consensus solum, sed etiam consummatio requiritur. Hactenus Kutz. l. ¶ Certissimum hinc est sponsalia & nuptias non coincidere: sed verum & perpetuum inter ea esse discrimen, quale est inter promissionem & promissi exhibitionem, inter spem & rem, inter Candidatum juris & Doctorem, inter cingendum & cinctum; inter electionem Regis & coronationem; inter presentationem ad officium & confirmationem, Mentzer. dict. dissert. Quibus ita stantibus † non facile quisquam negaverit, matrimonio potius, quam sponsalibus faverit: sponsalia facilis, quam matrimonium dissolvit: coniugium perfectum iniciato praeferrit; rem ipsam specie factae præpondetate; adeoque magis pro sponsalibus matrimonio ipso consummati posterioribus, quam prioribus nudis pronuntiandum fore; scilicet † quia duo vincula fortius ligant ac stringunt, quam unum, Auth. itaque C. commun. de success. facilisq; & pluribus de causis sponsalia per repudiū: nuptiæ autem longè difficilius & proprie solum adulterium atque malitiosam desertionem per divortium dissolvuntur, Menz. dict. loco.
- (2) † Quin & non parum corroborat hanc sententiam universalis illa & in Ecclesiis secundum Augustanam Confessionem reformatis recepta observantia proclamationis; quando triana vice Sponsus & Sponsa in Ecclesia Dei ex suggesto procla-

mantur, cum hac admonitione, ut si quis habeat, quod constitutas nuptias jussè impedire possit, hoc significet mature ante diem nuptiis dictum, cum adhuc res integra sit, & postea taceat, iuxta formulam consuetam (hätt jemand etwas dare n jure den / der thue es bei gelt / oder schweige her nach stille) Beust. dict. prefat. vers. quod verd ad nostras ceremonias &c. Joh. Harppr. dict. Rubr. Inst. de nupt. n. 121. Idquè † hunc insionem, quo matrimonium per benedictionem sacerdotalem consummatum ac perfectum suo iobore constet, neque ex prætensione aliorum & priorum sponsaliorum rumpatur ac dissolvatur. Quod si ergo prima sponsa tacuerit & iussu Ecclesiae haut obtemperaverit, conqueri postea non habet de suo damno, nec bene concordans matrimonium rescindi, ordoque Ecclesiae inverti debet.

falsis persuasionibus. Quod tamen peri-
culum † in casu priori haud metuendum,
quia uxor tutoris filia imperandi potesta-
re non habet. Sed frustra de ratione di-
versitatis laboramus, postquam de iure
canonico & consuetudine Germaniae †
matrimonium etiam inter tutorem & pa-
pilam admittitur, Felin. in cap. I. n. 11. extr.
de sponsalib. Salycet. in l. ult. C. de interd. ma-
trim. Sichard. consil. I. matrim. num. 8. Joh.
Schneidvvin. ad tit. Inst. de nupt. part. 3. nu. 14.
vers. osta d. Joach. à Beust de sponsalib. c. 21.
in fin. Job. Harppt. ad § sunt & alia. II. Inst.
de nupt. num. 3. Kitzel. in synop. matrim. c. 3.
theor. 16. lit. f. & g.
- 6 Quid † vero juris in patrino seu suscep-
tore ex baptismo, & alumna in vel bapti-
tamat? Nec in: er hasce personas licitum.
7 subliete matrimonium, † probatur ex l.
si quis alumnam. 26. vers. ea videlicet. C. de nupt.
q' iij baptisata loco filiae esse putatur.
Cumq; ex hac susceptione cognationem
8 spiritualem nasci existimant † Canonista,
prohibicio hæc ad propinquos etiam ab
iis extenditur ad aliquot gradus, tot tit. extr.
II. † Consistorium Supremum ad requisitionem Bernhard S. zu T. die 7. Septembr. Anno 1612. 11
(Verba Sentent. Hat sich ewer Vetter Christian S. nach absterben seines Weibes mit
Jungfraro Ch. istinen M. in ein Ehegelobniß eingelassen / darein auch ihre Eltern
verwillige: und öffentliche sponsalia halten lassen / Es will aber darwider eingewendet
werden / daß weil heimster ewer Bruder die Braut aus der Taufe gehoben / dergle-
ichen verlobniß nicht bestehen könne. Wenn nun gleich solches geschehen / und ewer
Bruder der Braut Pathe ist ; So wird doch dessen ungeachtet das Verlobniß vor
rechtmäßig gehalten / und durch den öffentlichen Kirchgang und Trauung von ihnen
bill. & vollzogen/ D. R. W.)

DEFINIT. LXXV.

In causis matrimonialibus circa propinquitatem conjugio adversam
non civilis, sed canonica graduum computatio observari
debet: & quænam hæc?

S V M M A R I A.

1. Quenam nuptie in linea collateralis prohibita? 3. Ante omnia nō se oportet computationem gra-
num. 2. dum.

4. Que

4. Quae est duplex : Civilis & Canonica.
5. Computatio civilis unâ absolvitur Regulâ.
6. Tot nempe sunt gradus, quot sunt generationes.
7. Computatio canonica tribus constat Regulis :

 - Prima est ascendentium & descendentium.
 - 8. Altera collateralium in linea æquali.
 - 9. Tertia collateralium in linea inæquali.
 - 10. Non exactè in rationem computationis inquirendum.

Quænam nuptiæ in linea collaterali sint prohibitæ & incestæ , ex nomothesi divina Lev. 18. & 20, abundat et petere licet. Etsi enim primò generalis astruitur Regula : Ut nullus homo ad proximâ sanguinis sui accedat dicit. c. 18. vers. 6. atamen explicatur postmodum ea per enumerationem graduum prohibitorum , vers. 7. & seqq. ubi sedecim exprimuntur personæ, quarum conjugio interdicitur.

2 † quibus si addas reliquias in pari gradu constitutas, res expedita erit, Casp. Erasm. Brochmand. in art. de conjug. c. 4. sect. 7. Osiand. in Lev. 18. Iohann Gerhard. in loco de conjug. nu. 275. Ioach. à Beust. de sponsal. & matrim. part. 2. cap. 51.

3 Nosse † ergò eportet computationem graduum, h.e. intervallorum, quibus proximi ab invicem per generationem distat; generata quippe persona semper gradum

4 adjicit, §. 7. Inst. degrad. cognat. † Estque ea duplex : Civilis & Canonica. Illius Regula est catholica : Numerationes , & gradus numeraveris. † Ascendendum nempe ab unâ personâ, de quâ queritur gradatim per proximas generationes ad stipite communem, & rursus descendendum in alterâ linea ad personam usq; ie alteram,

6 de quâ queritur; † quotque tum generationes intermediae reperiuntur, tot gradus sunt supputandi, veluti hunc enumerationis modum ostendit Ctus Paulus in l. ult. §. 9. & 16. ff de gradib. & affin.

7 Canonica † verò supputatio tres coni

11. Quanam computatio in causis matrimonialibus observanda?
12. Pro civili haud pauci pugnant.
13. A quibus alij dissentient canonica computatione inherentes.
14. Computatio canonica in Imperio & provinciis Saxoniciis recepta.
15. Decretum Consistorii supremi.
16. Ejusdem sententia. n. 17.

net Regulas. Prima est ascendentium & descendentium: quot sunt persona, de quibus queritur, computatis intermediis, unâ demptâ, tot sunt gradus. Altera † collateralium in linea æquali: quanto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato inter se distant. Tertia † Collateralium in linea inæquali: quanto gradu remotior distat à communi stipite, toto inter se distant, cap. quod dilectio. cap. vir qui extr. de consanguin. & affin. Iohan. Andr. in expos. Arbor. consangu. §. ad inveniendum & seqq. Didac. Covarr. part. 2. de matrim. cap. 6. Bellarm. de matrim. c. 24. & 26. Balth. Mentz. de conjug. pag. 28. & seqq. in rationem harū suppurationum exactiis inquirere nolumus, postquam rem ipsam tenemus, rejectis Interpp. canonibus, quos crucis ingenitorum appellitat Borcholt. de gradibus pag. 10.

Sed † quænam præferenda, & in matrimonialibus causis adhibenda, penitus? Sunt enim qui suppurationis civilis partes propugnât, † Bezade repud. & divort. pag. 12. & seqq. Zepper. de legib. Mosaicis 4. tit. 19. Alber. Gentil lib. 5. de nupt. c. 6. Hafner. eff. in loco de conjug. pag. 624. Paul. Cypræ. de sponsal. & matrim. part. 2. c. 6. §. 3. Matth. Stephan. de iuridict. lib. 1. part. 1. c. 3. n. 31. & seqq. Borch. de gradib. pag. 10. † Alii verò canonicas tuentur, Balth. Mentzer. de conjug. pag. 32. Martin. Chemnit. in loco de conjug. pag. 537. Iohan. Gerhard. in loco de conjug. §. 253. Petr. Gregor. Tholos. lib. 9. syntagm. jur. univers. cap. 30. Eamque circa
M m m † prox-

24 † proximitatem matrimonio adversam in Imperio pariter & terris Saxoniciis receperam novimus, ut patet ex Ordin. Ecclesiast. Elect. Saxon. Rubr. Von Ehesachen ist, welchen Personen sich in Ehegelnobniss miteinander einzulassen verboten. & Ordin. matrimon. punct. 2. §. die Personen / welche

selthalben. & §. würde sich aber. Conf. Elect. 22. & 24. part. 4. loach. à Beust. de maritim. part. 2. cap. 51. Cypr. dict. §. 3. infin. Iohan. Schneidvvin. ad tu. Inst. denupt. Rubr. de arbor. consanguin. num. ult. & Rubr. de arbore canonica. num. 1.

Ita † Consistorium supremum in causa Adam S. contra Marien B. die 7. Iulij Anno 1610. (Verba Decreti: Dieweil sich in gehaltener Verhör befunden / daß Adam S. der beklagten Marien Großvatters Brüdern Sohn / und also iuxta canoniam graduum suppationem, darnach man sich diffals zurichten / ihr im dritten grad ungleicher Linien zu gehan und verwandt ist ; So hat in diesem Thürfürstenhumb die Vereheligung nicht statt/ V.R.W.)

M: † ad requisitionem Rudolphi à Bunavv in Wefenstein die 2. 4. Aug. Anno 1608. (Verba Sent. 16. Als ihr uns berichtet / daß Simon A. Annen / George H. nachgelassene Tochter / welche ihme der Blutsfreundschaft wegen also zugehan, daß sie seines Großvattern Vatersbrüdern Tochter ist / zu Halle bracht und geschwängert habe / und dahero gefraget / ob diese Vermischung dem Geblüte zu nahe / und höher als gemeine fleischliche Unzucht zu straffen : Demnach erkennen und sprechen Wir vor Rechte . Weil diese Personen secundum suppationem canoniam einander näher nicht dann im vierten grad ungleicher linien verwandt ; So mag dieses stuprum nur vor eine gemeine Unzucht an ihnen gestraft werden/ V.R.W.)

El † ab consultationem D. Pauli Laurentij Superintendentis Dresdenis die 1. Martii Anno 1608. 177 (Verba Sentent. Ob wol Nicolaus T. Hiebevor seines Großvattern Schwester Tochter Tochter zur Ehe gehabt / und drey Kinder mit ihr gezeuget / so noch alle am leben / und lezo Dorotheen / derer Großmutter auch seines Großvatters Schwester gewesen / zur Ehe begehrte: Dieweil aber doch solche Personen allerseits einander im dritten Glied gleicher Linien dem Geblüt nach verwandt ; So ist jetzt gedachter Nicolaus T. mit bemelter Dorotheen sich zu verehelichen wol besugt/ V.R.W.)

DEFINIT. LXXVI.

Quos inter gradus consanguinitatis connubium sit vetitum, ex Nomothesi pariter divinâ & legibus ac statutis municipalibus cuiusque provinciae decidendum.

S V M M A R I A.

1. Nuptia quenam sint illicita; ex jure divino manifestum.
2. In quo nil quicquam hujus rei omnissum.
3. Non modò ratio habenda personarum Lev. 18. & 20. nominatum expressatum.
4. Sed & aliarum, quam in pari auspicinere sunt gradus.
5. Ratio hujus assertio[n]is.
6. Sententia B. Lutheri de bacre.
7. Prohibitio divina à plerisque Magistratibus ad gradus aliquot remotiores est extensa.
8. Ratio hujus assertio[n]is. n. 9.
10. In matrimonio non saltem quid licitum, sed etiam quid honestum est, spectari debet.
11. Sententia Consistorii supremi.

Suffi-

Sufficere equidem posset Nomothesia
divina Lev. 18. & 20. publicata ad discer-
nendos gradus nuptiarum licitatum atq;
illicitum, & dijunctionem connubii
ratione proximitatis veriti, postquam in
teā nihil omissum, quod à Deo prohibitū
est, si justum adhibetur moderamen, &
æqualis ad similes personas fiat extensio,
vel potius reductio ad gradus æquales ut
succinctè demonstrat Casp. Erasm. Broch-
mand. in art. de conjug. c. 2. sect. 7. + Nec enim
cavendum prohibentur nuptiæ persona-
rum, quæ nominatim Lev. 18. & 20. expri-
muntur, ut forsitan aliquid senserit B.
Luther. tom. 2. germ. lenens. fol. 152. quando
aīt: Gott rechnet nicht nach den gliedern wie
die Juristen thun / sondern zehlet strack s die
Personen sonst well vatters Schwester und
Bruderstochter in gleichē Glied seyn/ muß
ich sagen / daß ich entweder meines brudern
Tochter nit nehmē könnte / oder auch meines
vatters Schwester nehmē möchte/ Nun hat
Gott vatters Schwester verbotten und bru-
ders Tochter nicht verbotten / die doch glei-
ches glieds seyn. Sed t̄ etiam omnium per-
sonarum, quæ in eodem pati seu æquali
aut viciniorē sunt gradu, nuptiæ censemur
prohibitæ, ne absurditatis sanctissimum
Nomothetam arguamus, si liceret patri
ducere filiam ac matri nubere filio; vel ne-
poti ducere aviam, quia harum personarū
coniunctio expresa non est interdicta:
Quin & Deum t̄ non tam seriem verborū,
quam propinquitatē carnis observatam
velle, dilucide appetet ex vers. 6. Levit. 18.
Non accedas ad propinquam carnis tuæ,
Brochm. dict. sect. 7. Ioh. Schneidvvin. ad
tit. Inst. de nupt. Rubr. in quibus gradibus jus divi-
num prohibet matrimonium contrahi n. 16. Io-
ach. à Beust. de sponsal. & matr. part. 2. cap 51.
Ioh. Gerhard. in loco de conjug. §. 275. Bren-

tius in dict. c. 18. Lev. & ibidem Ofiand. Mar-
tin. Chemn. part. 3. locor. de conjug. pag. 549.
Bidenbach. de causis matrim. p. 44.

In t̄ quam sententiam etiam transit B.
Lutherus rectius informatus, revocatido
id, quod sub Reformationis initium docu-
erat, & prohibitiones Mosaiicas ad gradus
reducendo, in libello de causis matrimon. Anno
1530 edito, tom. 2. lenens. germ. fol. 257. ubi inter
alia aīt: Der Sipschafft halber und Glieder
der Freundschaft were mein Rath / man
lasse es bey den weltlichen Rechten bleibē/ ec.
quod & in pronunciando sequuntur Cō-
sistoria Reformatorum, teste Schneidvvin.
dict. loco.

Attamen t̄ plerisq; in locis pii Magistra-
tus, ceu Dei ministri & utriusque tabulæ
Decalogi custodes prohibitiones Mosai-
cas ad remotores quoque gradus aliquā-
tulum extendendo, divinis mandatis sua
quasi circumduxerunt, non ut t̄ illis vel
stabilitum ceu invalidis, vel limam
ceu impolitis, vel fastigium ceu Imperfe-
ctis adhiberent, Ioh. Major in disp. de nupt.
iure divino prohib. Anno 1615. ten. habit. c. 12.
n. 25. sed ut t̄ propter vicinitatem illiciti
etiam id, quod jure divino & naturali li-
citem est, horreatur, D. August. lib. 15. de
civit. Dei. n. 16. Gerhard. dict. loco de conjug. §.
345. Zehner degradib pag 56. vñuti exem-
pla sanctionum & legum provincialium
adducit Gerhard. §. 343. secundum quas
matrimonium ratione proximitatis regu-
lari debeat, quippe in quibus non solum
quod licet, t̄ sed & quod in quâque pro-
vinciâ honestum habetur, spectari solet,
l. semper in coniunctionibus. 42. ff. de rit. nupt.
& l. semper. 197. ff. de Reg. Iur. Alber. Gentil.
lib. 5. de nupt. cap. 13. Ludolph. Schrad. ad tit.
de nupt part. 2. n. 71.

Ita t̄ Consistorium Supremum ad consultationem Hansen H. incola Comitatus Hennebergici, die 11
17. Junij Anno 1626. (Verba Sent. Das ewer Sohn Hans mit seines Großvatters
Mimmi

Bii.

Bruders Tochter Tochter / vermöge heiliger göttlicher Schrift / auch Kaiserl. Rech-
tens / und der Churfürstlichen Sächsischen Theordnung sich in Ehegeltbnuß einzulassen wol besuge / Do aber in der Fürstlichen Graßschafft Henneberg einanders verordnet oder hergebracht ist; So habt ihr euch darnach zu achten / V. R. W.)

DEFINIT. LXXVII.

In Ecclesiis atque provinciis Electoratus & Ducatum Saxonicorum prohibito matrimonii ad tertium usque gradum collateralis linea^e inæqualis inclusivè, easque personas, quæ sunt sibi invicem loco parentum & filiorum, se extendit.

S. V. M. M. A. R. I. A.

1. In linea rectâ connubium prohibetur in infinitū.
2. In linea collaterali ad leges prohibitionum patriter divinas & propriae inclusivè extendit.
3. Pia intentio Magistratus prohibitionem divinam ad gradus remotiores extendentis.
4. Quibus in gradibus vetitum est matrimonium in provinciis Saxoniciis.
5. Apparet hoc ex Ordinat. Ecclesiastica & matrimoniali Saxonica.
6. Prohibitum est connubium inter personas, quæ sibi invicem sunt loco parentum & liberorum. n. 7.
8. Schema graduum prohibitorum in Ecclesiis Electoratus & Ducatum Saxonicorum.
9. Ex quo regulam & informationem petere licet. n. 10.
11. Cui obedientiam tenentur praestare subditi.
12. Qua sunt moris, observari debent.
13. Sententia Consistorii supremi.

Non agimus hic de linea rectâ, ubi inter ascendentēs & descendētes in infinitumq; connubium est prohibitū, ut dixi supra Def. 73. de quo forsitan minus dubium. Sed quid in linea collaterali obtineat, dispicendum: † in quâ ut plurimum Magistratus prohibitionem matrimonii ultrâ gradus in Nomothesiā divinâ Levit. 18. & 20. expressos extendit, Defin. præced. non quasi leges divinæ essent imperfectæ & insufficiētes, vel correctio quædam iis adhibenda: aut melius noverint homines quæ personæ ad matrimonium sint aptæ, & quousq; se extendant cognationis gradus quæ nō ipsemet Deus, sed † ut vallum ac sepimentum aliquid divinæ prohibitioni adderent, cùm sint custodes utriusque Decalogi tabulae; perinde ut hortulanī, licet areolas interiores exoticis semi-nibus consitas vacerris aut clathris ligne-


is incluserint, tamen etiam pomariis & oleribus sepe m̄ prætendere soleant, ut omnis aditus ad vaceras furibus ac bestiis tantò firmius præcludatur, veluti hoc simile adducit Zehner. de gradib. pag. 56. Gerhard. in loco de conjug. §. 345.

Hosce † secutus i Principes ac Electores Saxoniæ Serenissimi, prohibitionem matrimonialem divinam ad alios etiam gradus remotiores extendere haud dubitaverunt, ita ut in linea collaterali vetitum sit matrimonium usq; ad tertium gradum linea inæqualis inclusivè. Quod de fidem facit † Ordinat. Eccles. Elect. Saxon sub tit. Von Ehesachen. Rubr. Welchen Personen sich in Ehegeltbnuß mit einander eingelassen verboten. §. Die Personen welche seit halben 16. & Ord. n. matrim. de anno 1624 punct. 2. §. 2. ibi: Die Personen welche seit halben einander im dritten Orte

111.

ungleicher Linien verwandt seyn / sollen einander nicht ehelichen / als daß seyn / alle die Personen / so von einerley Eltern Vaters oder Mütters halben geboren und herkommen / und von ihren gemeinen Eltern anzurechnen / die eine Kindes / Kindes. Kind / die andere Kindes. Kind ist / und also nach der Person / von welcher sie zugleich ihren Ursprung haben / ihr eins die andere und eins die dritte Person ist / und was auch unter denen einander näher verwant seyn mag / diese alle sollen sich in Ehegelebnis nicht einlassen. Hisce & additur † alia prohibitiō in gradu remotiori quarto linea inæ-

qualis, quæ saltem eas respicit personas, in quibus est respectus paternæ reverentiae quæque sunt sibi invicem loco parentum & filiorum in verb. dict. † Ordin. eccles. & matrim. Wie dann auch niemand sich mit des Großvaters Vater oder Großmutter Mutter Geschwister / weil dieselbe der Eltern stat halten / ehelich verloben soll / scilicet Gerh. dict. loco. §. 341. Sanctio † hæc vetiri connubii in Ecclesiis & provinciis Electoratus ac Ducatum Saxoniorum ut clarior fiat, schema graduum prohibitorum sit hoc:



9. Omnes in hoc schemate generationes gradusque expressi & nominati non admittunt nuptias, sed prohibitum est hisce in gradibus connubium, permisum vero in reliquis omnibus non expressis remotioribus, præterquam quod nec cum abivi, atavi aut tritavi, aliorumque ascendentium fratribus & sororibus, si in vivis essent, nuptias inire liceat, ut infra Def. 80.

dicemus. Habent † ergo incolæ Electoratus & Ducatum Saxonie hanc regulam & normam sibi præscriptam in contrahendo connubio, ne in leges patiter divinas & provinciales impingant nec illicitas & incestas nuptias contrahant; tenentur enim subditi etiam illis legibus, † quas cuiusque provinciæ Magistratus gravico consilio & utili fine de prohibitis cognationum

tionum gradibus promulgat, obedientiam prætare, nec solum à matrimonii in Levitico prohibitis, sed etiam ab illis, quæ per leges municipales sunt interdicta, ab-

¹² stinere, Gerhard. dicit. loc. §. 343. in pr. †

Nam & alias Regionis cuiusque mores &

statuta observari debent, l. i. §. ult. ff. de ventr. inspic. l. si servus. §. §. ult. ff. de legat. l. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de adil. e- dict. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de Reg. jur. l. 3. §. ult. ff. de testib.

Ita † Consistorium Supremum ad requisitionem Antonii Clausens Praetoris Leisnicensis die 1. Au. 13
gasti, Anno 1618. (Verba Sentent. Die well in der Thürfürstlichen Sächsischen Kir-
chen- und Eheordnung denen / welche von dem gemeinen Stammie an zu rechnen
seitwerts eines die audere / und eines die dritte Person ist / und sie also im dritten grad
ungleicher Linien / oder welche sonst einander näher verwand seyn / die Ehe verbo-
ren / in fernern oder weiteren grad aber zugelassen: Und in gegenwärtigem fall beyde
Personen in gradu longè remotiori besunden worden; So mögen sie auch ungehindert
bemester Eheordnung sich mit einander in ein beständiges Ehegelandnis wol einlaſ-
sen/ V. R. W.)

DEFINIT. LXXIX.

Licitæ non contrahuntur nuptiæ in provinciis Electoratūs & Du-
catuum Saxoniorum à duorum fratum sororum vè duarum,
vel fratriæ & sororiæ liberis.


S V M M A R I A.

- 1. Specialis demonstratio prohibitarum nuptiarum in provinciis Saxoniciis.
- 2. Illicitæ contrahuntur nuptiæ in primo gradu linea- nee equalis, & secundo linea inqualis.
- 3. Ex prohibitione pariter divina.
- 4. Et juris Cesarei.
- 5. Nec non de jure Pontificio.
- 6. Et provinciali Electorali.
- 7. Prohibentur etiam consobrini nuptias con- trahere.
- 8. Non modò in Electoratu Saxoniae.
- 9. Sed etiam in provinciis aliorum Saxon. Du-
cum. (gico.
- 10. Ut & in Marchiâ & Ducatu VVürtember-
- 11. Secus de jure divino & civili.
- 12. Sententia Consistorii supremi. n. 13.

1. Specialius jam demonstrabimus, qui- bus in gradibus permittæ sint nuptiæ hisce in provinciis, & rursus in quibus gradibus prohibitæ. A posterioribus au- tem ut incipiamus, ex schemate Def. pra- ced. posito nemo, opinor, inficias ibit, † nuptias contrahi illicitas & incestas in primo pariter linea æ qualis, nempe à fra- tribus & sororibus, ac secundo gradu linea æ inæ qualis à patruo & fratri filiâ, avunculo & sororis filiâ; amitâ & fratri filiâ; materterâ & sororis filiâ etiam ex pro-hibitione divinâ, Levit. 18. vers. 12. & seqq.

cap. 20. vers. 19. cui accedit jus civile, † §. in- ter eas quoque personas 2. §. fratri verd 3. & §. item amitam 5. Inst. de nupt. l. nemini. 17. C. de nupt. l. ult. C. de incest. & inutil. nupt. l. 2. C. si nuptia ex rescript. pet. & † Pontificium cap. non debet extr. de consanguin. & affinit. c. de con- sanguinitate. c. quedam. 30. quest. 5. Nec non Ordinatio Eccles. Electoralis Saxonica † sub tit. von Ehesachen. Rubr. Welchen Personen sich in Ehegelandnis ic. & Ordin. matrimon. de anno 1624. punc. 2. §. Die Personen wel- che seithalber ic. Praetermissis ergò hisce gradibus omnibus indifferenter gentibus ex jure

Ex jure divino prohibitis, transitus statim ad gradum secundum lineaē equalis hoc t̄ scheme præfiguratum:



Vincis Electoratus Saxonici, Conflit. Mauritii Elector. de Anno 1543. pag. 31. Conflit. de Anno 1557. pag. 187. Ordin. ecclesiast. & matrimon. dict. loc. Edicto speciali sub dato Dresd. 31. Maij. Anno 1625. Parilis t̄ extat prohibitio in Ducatibus reliquorum Celsissimorum Saxon. Ducum, teste Basilio Monnero de matrimon. part. 4. cap. 1. n. 14. Matth. Coler. part. 2. decif. 2. num. 2. item in t̄ Marchiâ, 10 Scheplitz in consuetud. Marchie. part. 1. tit. 2. §. 1. & Ducatu VVürtembergico, Bidenbach, de caus. matrimon. tit. de consanguinit. quæst. 1. pag. 78. Dico autem ex speciali statuto & lege provinciali hæc obtinere, t̄ 11 quia de jure pariter divino & Cæsareo res aliter se habet, ut demonstratum dabo infra Desin. 86.

3 Qui facit consobrinos, duotū nempe fratrum, sororumq; duarum vel frattis & sororis liberos, t̄ inter quos prohibitum est connubium ex speciali sanctione in pro-

Ita t̄ Confessorium Supremum ad consultationem Hansen G. zu L. die 21. April. Anno 1618. 12 (Verba Sentent. Habi ihr aufs Jungfrau Marien Magdalenen/Marien K. Tochter eine liebe und zuneigung geworffn/also das ihr dieselbe gänzlichen zuehigen gemetnet/ wie ihr denn allbereit deswegen werbung ihun lassen. Wenn nun gleich be meldte Maria Magdalena sich hierzu versehnen/ vero Eltern auch ihren consens geben und darein verwilligen würden : Dosern aber dennoch ihre Mutter eures Vaters Schwester / und ihr also mit gedachter Marien Magdalenen zweyer Geschwister Kinder weret ; So möchte euch zu wider unsers gnädigsten Churfürstens und Herrens Eheordnung/ gedachte Marien Magdalenen zu eheligen nicht verstatte werden/ V. A. W.)

Et t̄ ad requisitionem Superintendentis Chemnicensis ac Prefecto in Augustsburg die 14. Januar. 13 Anno 1619. (Verba Sentent. Wir haben euern des Superintendenzen eingeschickten Bericht/ darinnen ihr uns die begangene Schwangerung George VV. mit Marien George F. hinderlassenen Tochter / und dahoo von ihnen begehrten vereheligung zu erkennen geben/ verlesen hören/ und ihr der Schösser werden solches aus inliegen, der Abschrift befinden. Wann dann auf angezogenen Bericht zu vernehmen/ das bemalte Personen einander in secundo gradu consanguinitatis linea equalis verwandt und in der Churf. Sächsischen Kirchenordnung versehent/ das solche Personen in diesen Landen nicht getrauet/ noch geduldet werden sollen ; Als werdet ihr die supplicanten darauß beschieden/ &c.)


DEFINIT. LXXIX.

Nuptias quoque illicitas contrahunt in hisce provinciis consanguinei collaterales, qui gradu tertio lineaæ inæqualis ab invicem distant.

S V M M A R I A.

1. Duplici modo contrahuntur nuptia illicita in gradu tertio lineaæ inæqualis.
2. Etiam cum parentum consobrinis.
3. Schema demonstrantur ha[n]c nuptia.
4. Prohibita sunt non modò hisce in provinciis.
5. Et quâ ex ratione.
6. Sed etiam h[ab]it[ur] Ducatu VVürtembergico.
7. Ducatu Slesvicensi.
8. Et in Comitatu Hennebergico, nec non Revalia.
9. Sententia Consistorii supremi. n. 10. 12.
- XI. Eiusdem Rescriptum.

- I** N gradu tertio lineaæ inæqualis duplicitate modo nuptiae contrahuntur illicitæ: Primo cum patruo, avunculo, amitâ, matterâ magnis, h.e. cum avi & avia que fratibus & sororibus, qui gradu tertio lineaæ inæqualis distant; Deinde cum parentum consobrinis aut patrueibus, h.e. avi & avia que fratre & sorori liberis, qui æquè gradu tertio lineaæ inæqualis distant. Piores nuptiae hic non veniunt in considerationem, postquam illæ non tam ratione gradus, quam respectus paterni sunt prohibite, etiam de jure divino, de quibus Defin. seq. Ergo saltem hic de posterioribus dispiciendum, quas † schema sequens presentat.



Ab hisce igitur collateralibus, nempe cum parentum † consobrinis licite non contrahuntur nuptiae in provinciis Electorum & Ducum Saxoniae, sed veritum est id conubium in Conslit. Elect. Mauritii provinciali de anno 1543. Ordin. Ecclesiast. sub tit. Von Ehesachen/rubr. Welchen Personen sich in Ehegelnöbnüs. §. Die Personen welche seit halben. & Ordin. matrim. de anno 1624. punct. 2. §. eod. in verb. Und von ihren gemeinen Eltern anzutrechnen die eine Kindes / Kind. & Kind / die andere Kindeskind ist / sc. ad datut Rescript. speciale sub dato Dresden 31. Mai Anno

- 5 Anno 1625. Curtgrādum hunc prohibere
placuerit, diximus supra Defin. 76. n. 8. & 9.
& Defin. 77. n. 3. Nec mirum, cūm & alii
6 magistratus has nuprias detestentur; Pa-
rīlis enim extat prohibitio in † Ducatu
Württembergico in Const. matrim. tit. Von
der Sipp. und Magistrat / vers. und die-
well. Ducatu Slesvicensi, Paul. Cypræ.
desponsal. & matrim. part. 2. cap. 6. §. 1. n. 21.
Comitatu † Hettnebergico, Zehnor. de-
gradib. pag 55. † Revaliæ, Ludov. Duncta
desis. cas. conscient. cap. 19. selt. 2. quest. 15.

Ita † Consistorium Supremum ad consultationem Hansen V. zu B. die 5. Novembr. Anno 1628.
(Verba Sent. Ob gleich te Ehe zwischen eich und ewrer Mutter Bruders Tochter
Tochter den göttlichen und natürlichen Rechten ist zu wieder ist. Dieweil aber doch
solche in der bey diesen Landen publicirten Ehe und Kirchenordnung verboten; So wird
euch ohn' dee Landesfürstlichen Obrigkeit dispensation dergleichen Verlobniss und
Trauung nicht verstatte und nachgelassen V. R. W.)

It. † ad petitionem Vilhelmi Leidels, die 10. Januar. Anno 1620. (Verba Sentent. Aufseure
an uns gehane Frage / ob einer seiner Mutter Schwester Tochter Tochter zur Ehe
nehmen und haben könne / und wie es in der gleichen Fällen in höchstgedachtes unsers
Gnädigsten Chu fürstens und Herrens Landen gehalten werde/mögen wir euch zum
begerten Bedenken nicht verhalten: Ob wol in beniembten Fall in göttlicher heiliger
Schrift und Kaiserlichen Rechten die Ehe nicht verboten/dass doch ohne sonder-
bare unsers gnädigsten Herren dispensation solche Vereheligung in diesen Landen nie-
mand verstatte wird/ etc.)

It: † M. Nicolao Kholio Superintendenti Chemnicensi, die 19. Maij. Anno 1610. (Verba Rescri.
pti: Wann dann hieraufzufinden/ dass beide Personen einander im dritten Grad
der Blutsfreundschaft ungleicher Linien verwandt in welchem Grad des Churfürsten
zu Sachsen / unsers gnädigsten Herrn Landes, und Kirchenordnung die Ehe ohne
sonderliche gnädigste dispensation verbotet; Als werdet ihr die Parthenen/ bevorab weil
der Eheverlobniss halber und sonst noch res integra ist / hieraufzubeschieden / und
von ihren vornehmen abzumahnhen wissen/ möchten wir euch nicht bergen/ etc.)

Et † ad requisitionem M. Georgii Langenrichs Superintendenti Haynenis die 2. Maij. Anno
1607. (Verba Sentent. Diewell die Ehe im dritten Grad ungleicher Linien der Blut-
freundschaft in diesem Chur- und Fürstenthumb verboten; So wird Hansen R. das
mit seines Vatters Schwester Tochter Tochter Gertrauden F. Tochter gehaltene
Eheverlobniss ohne vorgehende des Churfürsten zu Sachsen und Burggraefens zu
Magdeburg / unsers gnädigsten Herrn gnädigste dispensation durch den Kirchengang
zu vollziehen nicht verstatte V. R. W.)

DEFINIT. LXXX.

Interdictum porro est matrimonium cum proavi proaviæque fratribus
& sororibus, aut cum fratribus & sororum pronepotibus proneptibusque
in quarto gradu inæqualis linea constitutis.

S V M M A R I A.


1. In hisce provinciis probitio matrimonii ultra gradum tertium non extenditur.
2. Quare ergo in quarto gradu linea inæqualis interdictum?

Nnn

3. De-

3. Demonstratur computatio schemate.
4. Exceptio hic ponitur à Regula.
5. Rationes & fundamenta exceptionis, n. 6.
7. Injure queque divino exceptio hac est fundata. num. 8.
9. Nec non injure civili & municipalib. n. 10.
11. Nec cum avia avieq; fratribus & sororibus nuptias contrahere licet.

Dlximus suprà Defin. 77. † in provinciis Electoratuſ & Ducatuſ Saxonico-rum prohiſionem matrimonii ultra gradum tertium linea inæqualis haut ex-tendi; quod & repetemus inſtra Defin. 84.
2 Quid ergo eſt, † quod cū proavi proavizq; fratribus & sororibus, aut cum fratribus & sororuſ proneptibus proneptibusq; ma-trimonium licite non contrahi aſſe-remus, cūm persona in quarto de-imum gra-du linea † inæqualis reperiantur conſtituizæ, prout patet ex ſchemate ſequenti:



4. Sed nimis ſum & caſus hic ſpecialis excep- tionem facit à Regula, quod & monen- dum dixi ſupr. dict. defin. 77. in Rubr. & nu. 9. (1.) Non enim gradus, ſed ratio & reſpe-

21. Prohibiſio ex reſpectu paterno ad gradus ul- terioris extenditur.
13. Qua ex ratione
14. Non extendit reſpectus paternus ad infe- riores collaterales.
15. Ex ſola fraternitate reſpectus inducitur pa- ternus.
16. Sententia Consistorii supremi.

Etus paternus hic conſideratur, ſiquidem † uno qui diſtant gradu à ſipie in linea collaterali, inferioribus ex altero latere exiſtentibus non quidem parentes eorum tamen loco ſunt habendi, §. item amitam. 5. Inst. de nupt. Ordinat. Eccleſiaſt. & matrim. Von Eheſaſten. Rubr. Welchen Per onen ſich in Ehegeloßnūß / etc. §. Die Personen welche ſich halben in ſin. ibi: Weil die ebe der Eltern ſtat halten. † Quemadmodum er- go inter ascendentis & descendantis ma- triomonium haud ſubliſtit, ita nec inter transversales, qui parentum & liberorum ſunt imago, ſed incelſum habetur eius- modi coniugium, Ioh. Gerhard. in loco de conjug. § 285. Joh. Harppr. ad §. fratri verd. 3. Inst. de nupt. n. 1. (2.) † Quin & juſ di- vini nuptias haſce prohibet & deteſtatur: Nam qui amitæ, materteræ, &c. nudita- tem detegit, carnem patris & matris Levit. 18. ver. 12. & 13. quin imò carnem tuam nudat, Levit. 10. ver. 19. † Ergo & nudans amitam atq; materteram magnas, ma- jores, &c. carnem avi, avizq; proavi & pro- aviz & c. diſcooperiet, cūm fratres ſoro- res ſe unia ſint caro. dict. ver. 12. 13. 14. Le- vit. 18. Genes. 37. ver. 27 A teoque prohibi- zio coniugii inter ascendentis & descen- dentes de jure divino etiam caſum pre- ſentem includit. (3.) † Quibus accedit ſanctio Cæſarea in jure civili. §. fratri ve- 10. 3. & dict. §. item amitam. §. Inst. de nupt. l. 17. §. ult. l. 39. ff. de rit. nupt. l. 17. C. de nupt. Ioh. Harppr. & Dd. reliqui ad dict. §. 3. & §. Inst. de nupt. (4.) † & provincialis in Electoratuſ 10 Saxon.

Saxon. Ordin. Ec. leſſat iii. Von Eheſachen.
Rubr. Welche Personen ſich in Ehegelnb.
nūß. §. Die Personen / welche ſeithalber
einander e.c. verſ. Wir dann auch niemand
ſich mit des Großvaters Vater / oder der
Großmutter Mutter / Schwester / weil die
ſelben der Eltern ſtatt halten heilich verloben
ſol. Quo & repetitum legitur in Ordinat.
matrimon. de Anno 1624. punct. 2. §. die Per-
ſonen welche ſeithalber / ic.

Planè ex hoc duo inferre porrò licet.
11 Primum † est, ut nec cum avi aviaeque, fra-
tribus & sororibus nuptiæ contrahi que-
ant, de quo Defin. preced. n. 1. & 2. Alterum
12 quod prohibitiō hæc ad gradum etiam †
quintum & ultiores in infinitum usque
extendatur, Joh. Gerhard. in loco de conjug.
§. 288. Joh. Harppr. ad dict. §. 3. n. 6. Inſt de
nupt. ita ut cum abavia baviaeque, atavi at-
aviaeque fratribus & sororibus, quamvis
in quinto & sexto ſint gradu, connubium
initre haud liceat, quanquam zetas ipsa con-
junctioni huic repugner, ut inquit Paul.

lib. 2. ſentent. tit. 19. ſcilicet quia † ut proavi 13
proaviaeque; ita etiam abavi & atavi, aba-
viaeque & ataviae fratres & ſorores lib. ero-
rum ſunt loco, dict. l. 39 ff. de rit. nupt. Paul.
Cyprax de ſponsal. & matrim part. 2. cap. 6 §.
l. n. 19. Joh. Harppr. dict. loco Joh. Kitzel. in
Synops. matrim. cap. 8. theor. 7. dit H.

Ex adverſo autem & id bene notandum 14
est, quod respectus ille paternus non † ad
alios & inferiores Collaterales extenda-
tur, ſed in iis, qui uno tantum gradu à ſti-
pice ſunt divisi, ſubſtitut, ita ut hi ſoli reli-
quias inferioribus utrinque ex oppoſito ex-
tantibus ſint loco parentum, Gerhard. dict.
loc. de conjug. §. 285. nimurum † quia ex ſola 15
fraternitate, quæ unam facit carnem, Lev.
18. vers. 11. 13. Genes. 37. vers. 27. ratio pater-
na inducitur. Non ergo eſt, quod cum pa-
rentū consobrinis ac patruelibus nuptias
hinc prohibitas dicamus, licet iis obſtet
ſanctio provincialis prohibitiua, quā de re
preced. Defin.

Ita † Consistorium Supremum ad requiſitionem Elia R. gli D. die 27. Maij. Anno 1613. (Verba 16
Sentent. Hat ſich ewere Tochter Martha anfänglichen mit Urban G. verheurate
gehabt, Welch deme aber der Mann gestorben / und ſie eiliche Jahrhero im Witben,
ſtande gelebet / hat ſich Matthes C. ſo gleichfalls ſia Witter und ſtemblicher beragter
Mann bey euch angegeben und vorbringen laſſen / wie daß er zu bemelter ewerer Toch-
ter eine gute affection geſchöpftet alſo gar / daß er / wenn es ewer Wille were / ſic zichli-
chen gemeinet / geſtalt dann auch ewere Tochter hierzu nicht ungeneigt iſt. Es hat a-
ber der Pfarrer des Orts berichtet / wie daß wegen näher Anverwandtschaft / und weil
Matthes C. ewerer Tochter gleichsam an Vaters ſtatt were / in deme er ihres Groß-
vaters Vaters Bruder / zwischen ihnen die Ehe nicht zuläßlich / darüber ihr von uns
berichtet ſeyn wollet. Ob nun wol ewern Fürgeben nach mehr erwähnter Matthes C. in
linea recta ascendente vel descendente nicht zu beſindnen / in welcher allein zwischen Eltern
und Kindern die Ehe in infinitum verboten / ſonſten aber in vierzen grad ungleicher Li-
nien zu zelaffen: Dieweil aber gleichwohl in diesem fall nit ſo wol der grad un proximitet,
als der vā eliche respect zu beobachten / in deme mehrerwehnter Matthes C. der Jung-
frauen Großvatern Vater ſtelle vertritt / nicht anders / als ob er in linea ascen-
dente zu beſindnen were: So mag diſſals die Ehe nicht
verſtatter werden (V. N. W.)


DEFINIT. LXXXI.

Propinquitas sanguinis sive ex utroque sive alterutro tantum patente originem trahat, in gradibus prohibitis impedimento est nuptiis.

S V M M A R I A.

1. Prohibitus nuptiarum in certis gradibus obligat coniunctos ex utroque latere.
2. Numeriam coniunctos ex uno saltem parente?
3. Decisio affirmativa.
4. Probatur hec deoſio ex jure. divino n. 5.
6. In nuptiis contrahendit non genus propinquitatis, sed proximitas sanguinis attenditur.
7. Fundatur quoque decisio in jure provinciali. num. 8.
9. Proximitas ex uno latere in foro Saxonico gradum addit computationi.
10. Quod in successionibus saltem obtinet.
11. Non etiam in causis matrimonialibus.
12. Sententia Consistorii supremi. n. 13.

Prohibitus ergò sunt nuptiæ non modo ad tertium ulque gradum lineæ in-equalis inclusivè, sed etiam in quarto gradu eiusdem lineæ personas eas, quæ parentū ac liberorum locum tenent. Idque si proximitas à parentibus & utroq; latere origine trahat, expeditum est. At quid si ex alterutro duntaxat parente deveniat, à fratribus nempe consanguineis vel uterini? Schema sit tale:



3 Äquè tamen & tūm prohibitus obtinet, Johan Gerhard, in loco de coniug. §. 28., ubi hanc format Regulam: Prohibitus complectitur utrumq; genus pro-

sive ex utroque sive alterutro tantum patente originem trahat. Eaq; probatur (1.) † ex jure divino, Levit. 18. vers. 9. ibi: Nuditatem sororis tuæ, filiæ patris tui, vel filiæ matris tuæ, quæ genita est domi vel foris, non revelabis, &c. & vers. 11. Nuditatem filiæ uxoris patris tui, quæ genita est patri tuo, soror tua ipsa est, non revelabis nuditatem ejus. Ubi † prohibetur soror sive ex utroq; parente sit, h.e. germana; sive ex alterutro duntaxat parente soror, h.e. agnata vel uterina, matrimonio jungi, quod ex ratione identitatis ad reliquas etiā generationes & propinquitates extendi debet, Gerhard, dict. loco. (2.) † Necenim in contrahendis nuptiis genus propinquitatis attenditur, sed proximitas sanguinis, §. inter ea quoq; 2. vers. sanè Inst. de nupt. Const. Elect. 12. ibi: Einander Blutschalben verwandt eine Blutschande begangen wird & Constit. 23. ibi: Mit verbotnen Grad der Blutsfreundschaft part 4. Eandem, vero esse proximitatem sanguinis in natis ex uno parente, ac in genitis ex utroque latere, ecquis non animadverit? (3.) Quod sanè verbis clarissimi expressum legitur in Ordinat. provinciali de anno 1580. in fin pag. 192. ibi: Es werden aber nicht allein Blutsfreunde genannt / welche von ganzer Ge- 4
5
6
7
hurz

- burt / als von einem Vatter und von einer Mutter / sendern auch welche von halber Geburt / als von dieser einem mit einem verwandten syn / unter welchen Personen keine Eheverbindung noch Vermischung geschehen solle. (4.) Quod & faciunt verba Ordin. Ecclesiast in iiii. Von Ehesachen. Rubr. Welchen Personen sich in Ehegelobniss ic. 8. Die Personen welche seit halben / ibi: Als da seyn alle die Personen / so von einerley Eltern / Vatters oder Mutters halben geboren oder herkommen / reperita in Ordin. matrim. punct. 2. 8. Die Personen welche seit halben / ic.
- 9 Non equidem & ignoro, fratrem ex altertutto latem parente coniunctum uno gradu remotionem haberi fratre utriusq;

conjuncto in foro Saxonico, Landrecht lib. 2 art. 20 ubi gloss. & lib. 1 art. 3. Der halbe Bruder tritt in ein Sted weiter / denn der vollbürtige Bruder. ex quo numerus graduum ampliatur, ac per consequens etiam proximitatis prohibitio invertitur. Sed 10 restringenda est graduum extensio per proximitatem ab uno duntaxat latere ad jus successionis, non autem trahenda ad calus matrimoniales, quippe in quibus non tam graduum numerus, quam sanguinis proximitas, supradictum. 6. quin & t. In computatione graduum canonica attenditur. Johan. Schneidvin. ad tit. Inst. de nupt. Rubr. an interius comm. & Saxon quoad computationem graduum sit differentia. ibique Matth. Wetembec, in not. lit. C.

Ita & Consistorium supremum ad requisitionem superattendentis Haynen sis die 17. Iunii. Anno 12. 1609. (Verba Sentent. Ob wol Anna / Jacob & des Jüngern Tochter von ihrem andern Bräutigam losgesprochen worden: Dieweil sie aber doch Peter S. mit Blutsverwandtschaft andern Sted gleicher Elterl. verwandt / und mit ihme halber geschwister Kind ist; So mögen sie ohne vorhergehende unsers gnädigsten Herrn Nachlassung in diesen Landen nicht getrauet/noch darinnen wesentlich geduldet werden. V. R. W.)

Et & ad consultationem Hansen V. in B. die 5. Novembr. Anno 1628. (Verba Sentent Ob gleich 13 die Ehe zwischen euer Mutter halbbürtigen Brude & Tochter den Göttlichen und natürlichen Rechten nicht zu wiedet ist. Dieweil aber doch solche in der bei diesen Landen publicirten Ehe und Kirchenordnung verboten, So wird auch ohne der Landesfürstlichen Obrigkeit dispensation dergleichen Verlobniss und Trauung nicht verstatte und nachgelassen. V. R. W.)

DEFINIT. L XXXII.

Etiam proximitas ex fornicatione impedimento est nuptiis
in gradibus prohibitiis.

S V M M A R I A.

1. Consanguinitas ex fornicatione impedimento est nuptiis.
2. Qui cum prius ius sanguinis & pudor naturae vnde in vulgariter quæsta abstinen-
4. Etiæ per fornicatione contrahitur propinquitas
5. Qui alheret meretrici est unum corpus cum ea.
7. De jure etiam divino hac assertio subsistit.
8. Clara de hac extas sanctio Electoralis.
9. Rescriptum Electori Serenissimi.
10. Sententia Consistorie supremi.

Consanguinei non latem legiimi,
sed & illegitimi, h. e. ex fornicatione
procreati seu vulgo quæstii in gradibus
prohibitæ à nuptiis illicitis & incestis ab-
stinere debent, Johan. Gerhard. *in loco de*
conjugal. §. 282. ubi Regulam ponit gene-
ralem hac de re, quod scilicet prohibi-
tiones nuptiarum de cognationibus,
sive ex matrimonio legitimo, sive ex
fornicatione sunt ortæ, accipi debeant,
Alber. Gentil. lib. 5. de nupt. cap. 9. Rectè
omnino: (1.)† Quia in nuptiis contra-
hendis pudor naturalis & ius sanguinis ins-
pisci debet, l. adoptivus. 14. §. 2. f. derit. nupt.
l. non omnes. 144. ff. de Reg. jur. Andr. Rauch-
bar. part. 2. quæst. 13. num. 7. † quod & à
matrimonio cognatæ vulgo quæstæ ab-
stinere jubet, dict. l. 14. §. 2. l. 44. §. 3. l. ni-
bil. § 4 ff. derit. nupt. l. liberi. concubinas. 4. C. de
nupt. (2.)† Nec quisquam inficias ibit, per
fornicarium etiam & adulterinum con-
cubium propinquitatem contrahi, con-
victus ex verbis Apostoli: qui † adhæret

mererici, est unum corpus cum eâ, †
Corinth. 6. vers. 16. Non ergò tām genera-
tionis qualitas, an sit legitimus vel illegiti-
ma, † quam ex copulatione carnali ora 6
propinquitas, sive sanguinis communitas
in prohibitionibus matrimonialibus at-
tenditur, Joh. Gerhard. dict. loco. (3.) Est
que de jure etiam divino proximitas ex
fornicatione in nuptiis contrahendis no-
tata, Levit. 18. vers 9. ubi prohibitetur soror
jungi matrimonio fratris, sive ea domi,
sive foris sit genita, hoc est, sive ex legitimi-
mo matrimonio, sive ex fornicatione sit
suscepta, Gerhard. dict. loc. (4.) Clarior
verò hac de re est † sanctio Electoralis in 8
Ordin. provincial. de Anno 1580. in fin. pag.
192. verb. Ja auch / welche etwa außerhalb
der Ehe gezeugt / und des Gebürters halben
durch d; natürliche Recht mit einander ver-
wand seyn / unter welchen Personen keine
Eheverbindung / noch Vermischung gesche-
hen sol / ic.

Ita † Serenissimus Saxon. Elector Superattendanti & Prefecto Eulenbergensi die 7. Decemb. Anno
1613. (Verba Rescripti: Uns ist einer deß Superintendenzien unerhörigster Bericht
Christinen/ Tobias B. Tochter betreffende / welche zuvor von Michael L. beschlossen
worden/Sie aber Salomon vV. deß L. Beterchelten wil / inmass an sie sich denn
zum z. mal mit einander verlobet / und gleichesfalls fleischlichen vermischt haben /
gebührlich vorzerragen worden. Wann wir denn dieses Ärgerniß / weil sie zumahle
dem Gebürtre nach ein ander zu nahe verwand / ungestraft nicht können hingehen las-
sen; Als begehrten wir hiermit gnädigst / du der Schösser wollest gedachte Personen
(wofern es nicht allbereit aſſehen) auf 8. Tage mit Gefängniß Strafe belegen /
und wenn sie solche Strafe aufgestanden/ Ihr der Superintendentens gegen erlegung
§. Thal. gerechnlicher dispensation Gebühr in unser Ober Consistorium anhero zuüber-
senden ihrer eheligen Trauung halber/damit solche nicht öffentlich/ sondern privatum
bescheinige/ gebührliche Verordnung ihun / ic.)

Et † Consistorium supremum ad consultationem Marci L. ill. A. die 7. Februar. Anno 1616. 10
(Verba Sentent. Seyd ihr euch mit Marien s. in ein Ehegelöbniß einzulassen gemei-
net / Nach deme aber solche auf unehelichem Beyschaff ihrer Mutter Sabinen s.
welche von eners Vattern Bruder geschwängert worden/zur Welt gebohren/ wird
von euch gezwiffelt / ob dergleichen Ehegelöbniß zulässlich. Dieweil denn der ge-
stalte betielte Maria s. mit euch Geschwister Kind ist / in welchen Fall dieser Lande
constitution nach / die Vereheligung nicht statt hat: So seyd ihr dahero mehran-
geregte

gerege Marien S. unangeschen die Blutsfreundschaft auf unehelichen Beyschaff
herrühret / ohne sonderbare Landesfürstliche dispensation zu heurathen nicht berechlt
ge / D.R.W.)

DEFINIT. LXXXIII.

Sponsalibus in gradibus prohibitis jam publicè contractis, licet etiam copula carnalis accesserit, non tamen per benedictionem sacerdotalem matrimonium hisce in provinciis consummari debet: quin nec novis conjugibus in Electoratu domicilium & habitatio per-
mititur.

S V M M A R I A.

- 1. Non loquimur h̄ic de matrimonio in gradibus prohibitis consummato.
 - 2. Quod semel contractum, non rescindendum.
 - 3. Punitio ramen de iure divino.
 - 4. Gravior hoc casu indicitur pena hisce in pro-
vinciis.
 - 5. Sponsalia in gradibus prohibitis contracta num
rescindenda?
 - 6. Sponsalia sunt indissolubilia & pro matrimonio
inchoato habentur.
 - 7. Consensus, non concubitus nuptias facit.
 - 8. Decisione negativa.
 - 9. Ex sanctione Electorali manifesta. num. 10.
 - 11. Quandoq; hoc casu pena exasperatur.
 - 12. Sententia Confessorii Supremi.
 - 13. Etusdem Rescriptum.
- N**on loquimur h̄ic de matrimonio in gradibus prohibitis jam contracto & per copulam sacerdotalem perfectè consummato, quod extra casum connubii inter ascendentēs & descendētes initi
- 1 nequaquam t̄ rursus dissolvi debet, Joach à Beust. de sponsal. & matrim. part. 2 quest. 52. quia multa ab initio facilius impediuntur, quam si facta fuerint rescinduntur, cap. quem idmodum. 25. extr. de jurejur.
- 3 Et vetat t̄ quidem Moyses matrimonia in gradu prohibito, attamen de facto contrafacta & consummata non dissolvit, sed saltem penam addit: Postabunt, inquit, ambo iniquitatem eorum, & sine liberis morientur, Levit. 20. licet t̄ pena hisce in provinciis mul̄ū exasperatur, de quo dixi in tract. crimin. part. 2. quest. 73. num. 89. & per tot. ac in luter. For. ad Constit. Elector. 23. defin. 11. & 12. part. 4.
- 5 Sed de sponsalibus in gradu prohibi-
- to publicè contractis jam nobis quæstio est, si præsertim copula etiam carnalis accesserit? Verū t̄ quia hæc pro matrimonio jam inchoato habentur, & quoad effectum consortii ac indissolubilitatis nulla ferè inter matrimonium & sponsalia existit differentia, supra Defin. 65. & Resps. Elector. 108. lib. 5. scilicet quia t̄ consensus, non concubitus nuptias facit, l. nuptias. 30. ff. de Reg. iur. l. sufficit. ff. de sponsal. l. si donationum. C. de nupt. c. aliter. 30. quest. 5. c. honorantur. 32. quest. 2. utique nec ea ex causâ proximitatis matrimonio adversæ rescindere licebit, sive concubitus accesserit, sive non. Attamen t̄ hoc casu sponsalia per benedictionem sacerdotalem consummare, & ad perfectum deducere matrimonium, in Electoratu Saxonæ haud permittendum, quin nec novis conjugibus facultas hisce in provinciis degendi ac domicilium levandi concedenda; velut t̄ manifestum reddit sanctio Elec- gallo 10

ralis in Ordin. eccl. & matrim. tit. von Ehesachen Rubr. Welchen Personen sich in Ehe geschlossen. s. Die Personen welche seithaben. vers. würden sich aber solche Personen wissentlich in Ehegeltüde einlassen. So sollen sie in unsren Länden nicht getraut noch wesentlich darinnen geduldet werden. Et f. repetita peculiari Edicto sub dat. Dresden 31. Maij 1625. vers. Do auch andere si v gelassen / in denen von uns verbotenen gradibus neben der heimlichen Verlobung sich fleischlich zuvermessen / in Meinung durch dieses Mittel unsere Zulassung d. sto

che zuerlangen; So wollen und verordnet wir das solche Personen in unsrem Churfürstenthumb und Länden weder getraut noch darinnen geduldet werden. u. Nequam enim Elector Serenissimus huic malitiae indulgendum existimatavit, quint potius pro ratione circumstantiarum & commissi incestus in gradibus jure divino prohibitis graviori delinquentes pœna coerceri solet, dict. Ordin. Eccles. & matrim. vers. und wo sie einander setzweret u. quo de plenijs scripti in Pract. crimin. dict. quæst.

Ita f. Consistorium Supremum ad requisitionem Superintendentis Haynensis die 17. Iunii Anno 1609. (Verba sentent. Ob wol Anna / Jacob L. Tochter mit Peter S. sich in ein Ehegeschloss eingelassen auch von demselben geschwängert worden / die weil sie aber doch gedachtetem Peter S. mit Blutsfreundschaft im andern Glied gleicher Eltern verwandt und mit ihm halber Geschwister Kind ist; So mögen sie ohne vorgehende umfers gnädigsten Herrn Nachlassung in diesen Länden nicht getraut / noch darinnen wesentlich geduldet werden / V. R. W.)

Et f. Superintendenti Chemnicensi ac Praefecto in Augsburg die 14. Ianuar. Anno 1619. 13 (Verba Rescripti: Wir haben ewern des Superintendenter eingeschickten Bericht darinnen ihr uns die begangene Schwangerung Georgen VV. mit Marien/Georgen F. zu E. hinterlassenen Tochter / und dahoo von ihnen begehrte Verehelichung iher, kennen gegeben / verlesen hören / und ihr der St. ößr werdet solches auf inlegender Abschrift befinden. Dann dann auf angesogenem Bericht zu vernehmen / daß bemeldte Personen einander in secundo gradu consanguinitatis linea æqualis verwandt und in der Churfürst. Sächsischen Kirchenordnung versehen / daß solche Personen in diesen Länden nicht getraut / noch geduldet werden sollen. Als werdet ihr die Suppli- canien bescheiden / daß sie außer Landes sich ehelichen trauen lassen / und einander beywohnen mögen / ic.

DEFINIT. LXXXIV.

In Electoratu & provinciis Saxonici nuptiæ haud prohiben-
tur in gradu tertio lineaæ æqualis.


S V M M A R I A.

1. Quibus in gradibus connubium in provinciis Saxonici permisum?
2. Licitæ contrahuntur nuptiæ in gradu tertio lineaæ æqualis.
3. Schema hujus casus.
4. Ratio prohibitionis Electoralis.
5. Alibi etiam hoc in gradu nuptiæ sunt prohibita.
6. Ut in ducaatu Slesvicensi & comitatu Hennebergico.
7. Sententia Consistorii Supremi. n. 8. 9.

Diximus

Diximus haec tenus de connubio in Electoratu & Ducatis Saxonis vetito, quibusque in gradibus id prohibitiū sit. Ex quo t̄ absque negotio colligere est, quānam nuptiā, quibusque in gradibus licitā ac permittā habeantur.

Postquam enim prohibitio tertium lineā inæqualis gradum non excedit, *spr. Defin.* 2
77. firmiter t̄ hinc concludendum, tuto ac jure permittente contrahi nuptias in gradu tertio lineā æqualis, quem hoc t̄ Schema ostendit. 3



4 Etenim t̄ cūm Serenissimus Saxonie Elec-
tor prohibitionem divinam extensione
duplicis gradū secundi æqualis & tertii
inæqualis lineā, ceu sepimento firma-
verat, dicit. *Defin. 77. num. 2. & 3.* in hoc ac-
quiescendum existimavit, in gradibus ul-
terioribus connubium permittens; licet

alibi t̄ & hunc gradum legibus munici-
palibus prohibitum bene noverit, veluti
de Ducatu t̄ Slesvicensi & Comitatu Hen-
nebergico attestantur Paul. Cypr. despon-
sal. & matrim. part. 2. cap. 6. §. 1. num. 2. in
fin. Iohan. Zehner. degradib. 5

Ita t̄ Consistorium Supremum ad consultationem Bartholomei Horning, Vice-Superintendentis Leis-
nicensis die 16. Iulij Anno 1619. (Verba sent. Ob wol beider Personen Groß Eltern leib-
liche Geschwister gewesen. Dofern aber doch sonst keine Hinderniß vorhanden;
So möget ihr mit der Ehelichen Trauung verfahren lassen / und deren wegen ge-
bührst die Anordnung thun/ *V. R. W.*) 6

It: t̄ ad requisitionem D. Pauli Laurentii Superattendantis Dresdenis die 1. Martii Anno 1608. 8
(Verba sent. Ob wol Nicol T. hiebevor seines Großvaters Schwester Tochter Toch-
ter zur Ehe gehabt / und drei Kinder mit ihr erzeugt / so noch alle am Leben / und ieso
Dorotheen / derer Großmutter auch seines Großvaters Schwester gewesen / zur
Ehe begehret. Dieweil aber doch solche Personen allerselbst einander im dritten Glied
gleicher Linien dem Geblüte nach verwandt; So ist auch gedachter Nicol T. mit bemel-
2. Propriè contrahitur affinitas saltem ab uno coniuge cum alterius consanguinei.

3. Non inter utriusq; conjugis consanguineos.
4. Qui affines invicem haut sunt.
5. Schemate hoc declaratur. n. 6.
7. Ducere licet sororis privignam.

Non inficias eo, voculam. affinitatis vulgo multum extendi, & affines salutari, qui propriè tales haud sunt: ita nimis loquendi usu vulgari, vel potius abuso hoc obtinet, Balthas. Mentzer. in tract. de conjug. pag. 71. in fin. Herm. Vultej. ad pr. Inst. de nupt. n. 50. At propriè t̄ affinitas contrahitur ex conjunctione maris & sc̄minæ, ab uno duntaxat conjugé cum alterius consanguineis: non etiam à consanguineis unius cū conjugis alterius consanguinei, Mentzer dicit. loco pag. 70. Nec

8. Quod non est prohibitum, censetur permisum.
9. Paternus respectus hic non obtinet. n. 10.
11. Duo singularia uno in casu non admittuntur.
12. Sententia Consistorii Supremi. n. 13. 14. 15. 16.

una cognatio tota alteri sit affinis; sed cognati mariti sunt affines uxori; & vicissim cognati uxoris sunt affines marito, non etiam t̄ invicem utriusq; conjugis cognati, l. 4. §. 3. ff. de gradib. cap. quod super. extr. de consanguin. & affinit. c. nullum c. aequaliter. & seq. 35. quest. 2. Ioh. Schneidvvin. ad tit. Inst. de nupt. Rubr. de arbore affin. num. 9. id quod t̄ sequenti schemate demonstratum damus in fratre & sororis privignâ, unde de aliis facillime judicare licet:



6. Ecce t̄ Martha filia & consanguinea Pauli est affinis patris conjugi secundæ, nempe novercæ suæ, non etiam ejusdem consanguineis, adeoq; nec Iohanni, fratri novercæ. Et rursus Iohannes sit affinis Paulo, sororis suæ marito; non etiam ejusdem cognatis, nec proinde Pauli filiæ Marthæ, sive sororis privignæ. Quid ergo obstat t̄ quod minus licet Iohanni ducere Martham sororis suæ privignam? Non certè ulla existit inter eos affinitas, multò minus consanguinitas, quæ nuptiis impedimento esse posset, ut hinc nuptiæ hæ omni jure sint licite, quippe nullibi prohibite;
7. nam t̄ quod prohibitum non est, censetur hoc ipso permisum, arg. l. mutus. 43.

Ita t̄ Consistorium Supremum ad consultationem. D. Pauli Laurentii Superintendentis Dresdenis 12 die 2.

die 2. Iulij Anno 1614. (Verba Sentent. In Thesachen Marci K. zu Alten Dresden an einem seiner Schwester Stieff Tochter Catharinen anders theils/ derentwegen ihr uns schriftlichen bericht gehan/ und unser Erkäntniß beghret/ Erkennen und sprechen wir vor recht: Dieweil jego gedachte Catharina von ihrem Vater Peter H. mit seinem ersten Weibe/ nicht aber Marci K. den sie zur Ehe nehmen wil/ Schwester gezeiget worden/ und dahero ihm mit Schwägerschafft nicht zugehan und verwandt ist; So wird ihnen beeden sich mit einander in den heiligen Ehestand zugegeben bislich verstatet und nachgelassen/ V.R.W.)

It: † ad ejusdem petitionem die 4. Ianuar. Anno 1610. (Verba Sentent. Das Donat M. sei. 13
ner verstorbenen Schwester Gerrauden Mannes Tochter Christinen/ welche er wie seinem andern Eheweib Annen gezeiget/ zu eheligen wol besugt. V.R.W.)

It: † ad requisitionem M. Venceslai Kölers Pastoris in Reichstadt die 12. Ian. An. 1608. (Verba 14
Sentent. Dieweil wenn keine eigenliche Schwägerschafft vorhanden/ die Ehe zu recht verstatet wird; So mag Christoff F. mit seines Vaters Brudern Tochter Stieff.
Tochter in ein christliches Ehegöbniss sich wol einlassen/ und dasselbe durch gewöhnliche copulation und beywohnung vollziehen/ V.R.W.)

It: † M. Georgii Land voiges Superintendentu Haynenis die 30. Ianuar. Anno 1608. (Verba 15
Sentent. Dieweil die Ehe/ wo keine rechte Schwägerschafft noch Blutsfreundschaft vorhanden/ zu recht verstatet wird; So ist auch Dietrich T. zu Glaubiz seines verstorbenen Weibes Schwester Stieff Tochter/ wosfern sie Wolff von M. mit einem andern Witbeerzeugt hat/ zu eheligen wol besugt/ V.R.W.)

Et † ad consultationem Michael L. zu Dresden die 25. Novembr. Anno 1608. (Verba Sentent. 16
Als ihr uns berichtet/ daß ihr vorhabens weret/ Jungfrau Marien Lucas M. Bürgers und Kupferschmieds allhier nachgelassene Tochter zur Ehe zum hmen/ welche auch dieser gestalt verwandt sey/ daß gedachter M. zwar eure Großmutter Lucien zur Ehe gehabt/ die Tochter Marien aber nicht mit ihr sondern in der andern Ehe gezeiget: und weil der Jungfrauen an verwandte diese heurath dem Geblüte zu nahe zu seyn erachteten/ unsern rechtlischen ausspruch End hierinnen wiedersfahren zu lassen gebeten; Demnach erkennen und sprechen wir vor recht/ daß wosfern es sich enern anziehen gemeh verhälte/ die Maria euch weder/ nur/ Blutsfreundschaft/ noch Schwägerschafft verwandt/ und dahero mit derselben die Ehe auszuschließen und zu vollziehen billich verstatet und nachgelassen wird/ V.R.W.)


DEFINIT. CV.

Privignus quoque & privigna matrimonio jungi possunt.

S V M M A R I A.

- | | |
|--|---|
| 1. <i>Licito junguntur matrimonio comprivigni.</i> | <i>ria Evangelicorum.</i> |
| num. 4. | |
| 2. <i>Quia inter eos nec consanguinitas, nec affinitas intercedit.</i> | 7. <i>Litter dissensiat Anton. Matthai.</i> |
| 3. <i>Quinam proprie dicantur affines.</i> | 8. <i>Cuius opinio rejicitur.</i> |
| 5. <i>Sententia hac in jure expresse fundata.</i> | 9. <i>Explicatio Levit. 18. vers. II.</i> |
| 6. <i>Quam in pronunciando sequuntur Confisto-</i> | 10. <i>Confirmatur autoritate B. Lutheri.</i> |
| | 11. <i>Removetur objectio n. 12. 13.</i> |
| | 14. <i>Sententia Consistorii Supremi...</i> |

- I** Hinc porrò judicare licet, privignum h. e. mariti filium ex aliâ uxore, & privignum h. e. uxoris filiam ex alio marito, zusammen gebrachte Rindere ! legitimo iugum matrimonio.



- 2** Quia † scilicet inter comprivignos nulla intercedit consanguinitas, nec affinitas, si quidem affines tantummodo comparatione conjugum dicuntur, ita ut cognati seu consanguinei mariti sint affines uxoris, & contra ipsi † verò utriusq; conjugis cognati inter se affines non habeantur, *Defin. præced. n. 2. & 3. l. non facilè. 4. §. sed quoniam 3. vers. affines ff. de gradib. & affinib. cap. quod super. 5. ext. de consang. & affin. Quid ergo obstat, † quò minus comprivignis connubiu inire licet?* Matth. V. *V* *Vel* *emb. in Inst. de nupt. ad §. mariti tamen. 8. & ibidem Johan. Harppr. n. 1. nec non Johan. Schneidvvin. Rubr. de arbor. affin. n. 9. Joh. Gerhard. in loco de coniug. §. 357. pag. 530. Casp. Erasm. Brochmand. in art. de coniug. cap. 4. quæst. 48. Paul. Cypræus de matrimon. cap. 6. §. 2. num. 3. pag. 692. Quin † & sententia hæc disertè est fundata in jure civili: ita enim inquit Justinianus: Mariti filius ex aliâ uxore, & uxoris filia ex alio marito, vel contrà, matrimonium rectè contrahunt: licet habeant fratrem sororem vè ex matrimonio postea contracto natos, in §. mariti tamen 8. *Inst. de nupt. l. generali. 34. §. inter privignos. 2. ff. de rit. nupt. l. Titia. quæ. 134. in pr. ff. de verb. obligat.* Ex quo etiam † in Consistoriis Principum ac Magistratum Evangelicorum conjugia hæc permittuntur, Gerh. *dict. loc.**

Nec est quod † Ant. Matihæi in *Disput de fundam. quibusdam jur. aliter jaciendis disput. 12. th. 18. sententiam hanc juri divino contrariam, adeoq; nævum juris Justinianei notet ex Lev. 18. vers. 11. ubi prohibetur revelare nuditatem filiæ uxoris patris, idq; quia est cognata patris, id est, patti tuo cognata redditæ est per conjugium matris tuæ, rectè propterea reprehensus † à Broch. mand. & Gerhard. *dict. locis.* Reinh. Bachov. *in not. ad Treutler. vol. 2. disput. 6. th. 3. lit. b. verb.* Et mariti filius ex uxore aliâ, quia † in allegato vers. 11. Levit. 18. nomine filiæ noverçæ, cuius nuptiæ interdicuntur, intelligitur filia non è priore marito nata; sed quam noverca patri in secundo matrimonio peperit; quem verborum intellectum ex Fagio & paraphraste Chaldæo probat Bachov. idemque † placet B. Luthero in versione germanica: Du sollst der Tochter deines Vaters Welches / die deinem Vater gehohren ist / und deine Schwester ist. Objicitione quidem, quod hæc ratione manifesta videatur committi, ita tautologia, si quidem vers. *præced. 9. eiusdem cap. agitur de* sorore, sive ex parte tantummodo, sive ex matre nata. At facilis est responso, † si dicamus, vers. 9. esse generalem, vers. verò 11. specialem; vel saltem loqui de alumna, aut adoptivâ, vel quæ ex matre stupratâ, aut aliâ illegitimâ uxore sit nata, cum Bachov. *dict. loco.* Vel repeti *dict. vers. 11. † Jean-* dem legem ob pronitatem hominum in conjugiam cum sororibus uterinis, Corn. à Lapid. *ibidem*, & Gerhard. *citat. loco.* Tantumque abest, inquit Brochmand. *dict. quæst. 48.* quod nova sit, aut insolens eiusmodi reperitio, ut disertè perscripta inventiatur Deut. 27. vers. 22. & quidem hac verborum formâ: Maledictus qui dormit cum sororesuâ, filiâ patris sui, vel matris suæ, & dicit omnis populus Amen.*

Ita †

*Ita † Confessorium Supremum ad consultationem Victorini Rhotens, Pastoris in Saido, die 12. Iulij, 14
Anno 1608. (Verba Sentent. Als ihr uns schriflichen berichtet, daß Nicol L. ältester
Sohn/ auch Nicol genant/ seiner Stieffmutter Tochter/ welche sie seinem Vatern
benebens andern Kindern zugebracht / zur Ehe nehmen w. lte/ und gebeten / euch
Rechtes/ ob sie ohne verlegung ihres Gewissens diese Ehe zu wercke stellen können/ zu
berichten. Demnach erkennen und sprechen wir vor recht : Dieweil ermette beide
Personen einander weder dem Gebüt/ noch der Schwägerschafft nach zu gehan ;
So wird ihnen durch austrückliche zulassung der Rechte die Ehe miteinander zu voll-
ziehen billig verstatet und nach gelassen; V. R. W.)*

DEFINIT. CVI.

Nec pater & filius matrem & filiam, vel duas sorores : nec duo
fratres personas illas ducere uxores prohibentur.

S V M M A R I A:

1. *Varia proponuntur questiones circa nuptias contrahendas de similibus eiusdem generis personis. n. 2.*
2. *Decisio illarum questionum facilis; & quamnam?*
3. *Quinam propriè sint affines?*
4. *Permissa ha nuptia omni jure.*
5. *Ab aliis tamen disuadentur.*

6. *Et quibus ex rationibus, ad fundamentis? numer. 8. 11.*
7. *Eliam species mali debet vitari. (nia.*
8. *Infelicia quandoq; sunt eiusmodi matrimo-*
9. *Quid hoc in casu firmiter statuendum?*
10. *Sub distinctione res deciditur. n. 14.*
11. *Sententia Confessorii Supremi. n. 16. 17. 19*
12. *Eiusdem Rescriptum.*

Variæ hoc in genere personarum circa nuptias contrahendas moveri solent quæstiones, nempe : An pater & filius duas sorores ducere, & vicissim duæ sorores patri & filio nubere; An mater & filia duobus fratribus nubere, & vicissim duo fratres matrem & filiam ducere; An pater & filius matrem & filiam ducere, & vicissim mater & filia patri & filio nubere; An pater & filia sororem & fratrem, & vicissim soror & frater patrem & filiam matrimonio sibi jungere; † An mater & filius fratrem & sororem, ac vicissim frater & soror matrem & filium sibi sociare; An duo fratres duas sorores ducere, & vicissim duæ sorores duobus fratrib⁹ nubere, An frater & soror sororem & fratrem diversæ cognationis sibi jungere queant ? Hæc quæstiones conjungit Joh. Gerh. in loco de conjug. §. 358. † quarum decisio facilis, si

fundamento inhaeremus generali, quod neque cognatio, neque propriè affinitas in prædictis personis intercedat : Licet enim consanguinei omnes viri sint affines uxoris, & omnes consanguinei uxoris sint viri affines, inter † consanguineos tamen uxoris & viri, ex eorundem scilicet viri & uxoris conjugio nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos matrimoniu debeat impediri. Sunt hæc verba Pontificis Innocentii III. in c. quod super his: §. extr. de consang. & affin. † tantu abest, ut iuris vel divini vel humani extethisce de nuptiis prohibitio, sed plena ac plana ubique est concessio, Panorm. in dict. c. 5. n. 1. Did. Cov. tom. 1. de matrim. part. 2. cap. 6. & 7. n. 6. Gerh. dict. loco. Basil. Moñer. in tract. de matr. part. 4. cap. 2. n. 9. Christ. Besold. in discurs. de nupt. c. 10. n. 9. pag. 55. Casp. Erasm. Brochm. in art. de conj. cap. 4. quæst. 49. Joh. Harppr. ad §.

ad §. mariti tamen. 8. nu. 4. Inst. de nupt. Frider.
Pruckman. vol. 2. consil. 11. n. 14.

6 Sancti nihilominus qui nuptias hasce
dissuadent, non modò ob vitandam co-
gnationis & nominum confusionem, ne
qui pater est, idem quasi gener & filius fi-
at: & vicissim si qui filius est, siac quasi pa-
ter & sacer: aut ex duobus fratribus unus
fiat pater, alter filius, vel ambo affines, &
7 sic deinceps; sed etiam propter renitio-
nen scandali, quod per eiusmodi coniubia
infirmioribus ac crudioribus datur, quippe
qui ex ignorantia propriæ affinitatis facile
8 inde turbantur, † quin & ex hoc incestu-
rum nuptiarum occasionem arcipiunt,
Beza in tract. de repud. & divort. pag. 59. Au-
gust. decivit. Dei cap. 16. Gerhard. dict. loco.
Huppr. in alleg. §. 8. nu. 5. Inst. de nupt. ut non
9 in iheritò heic locum obtineat illud Apo-
stoli ad Thessal. 5. vers. 22. ab † omni specie
mali abstinet; item Apostolicae admoni-
tiones de scandalio in rebus alioqui etiam
licitis vitando. Rom. 14. vers. 19. 1. Corinth 8.
10 vers. 7. Addit porro Gerh. dict. loco pag. 533. †
experiencia testimonio multiplici consta-
re, istiusmodi matrimonia raro fuisse felici-
ta, sed eadem consecuta esse vel sterilita-
tem, vel orbitatem vel prematurum al-
terutrius conjugum obitum, vel sobolem
degenerem, vel continuos alterutrius
morbos, vel tei familiaris angustiam, alia-
11 ve mala & incommoda. Ac certè † post-
quam genus humanum longè latèque est

hodie propagatum, ac multiplicatum, &
nulla omnino necesse sit urget consanguineos, ut in iis dem familiis querant uxores, sed magna ubique suppetit feminaru copia, ex quibus sponsam sibi deligere, &
hac ratione amicitias, affinitates & cognationes latius spargere possunt; quas alias que rationes congesit Gerhard. citat. loco.

Quid ergo est: Nimirum si nondum in-
tercesserit promissio vel despensatio effi-
cax, nec dum at &issimo amoris vinculo e-
iusmodi personarum animi fuerint con-
glutinati; non male facere existimaverim
eos, qui nupturientes à proposito suo ab-
ducunt, vel saltem ex aurea illâ Modestini
Jcti Regulâ: Semper scilicet in conjunc-
tionibus nō solùm quid licet, sed etiam
quid honestum sit, considerari debere, l.
semper. ff de rit. nupt. † Sin verò admonitione
istâ posthabitu in sententiâ suâ nupturien-
tes finiter persistant vel etiam sponsalia
jam fuerint contracta, cū nec jure divino
nec positivo sint prohibita, prætensaq; ho-
nestas publica magis facti habeatur quam
juris, contrahentes in licto & legitimo
proposito turbandi nō sunt, † nec gravan-
da conscientia, ubi nullum est peccatum,
Hafenroff. in loc. comm. lib. 3. loc. 10. de conjug.
vers. ubi tamen &c. Joach. à Beust. de matrim.
part. 1. cap. 55. vers. ne autem per hoc. Gerh. citat.
§. 358. in fin. pag. 534 Huppr. in dict. § 8. n. 5.
Inst. de nupt. Joh. Kitzelin synops. matrim. cap. 3.
theor. 12. sub tit. b. ad fin. pag. 53.

Ita † Consistorium Supremum ad petitionem Christophori VV. zu Auma die 22. Iulij Anno 1609. 15

(Verba Sentent. Hat ewer Schwager Hans Ottman nachdem sein ander Weib mit
tode abgangen/ sich mit Jungfrau Amalien L. hinwiederumb vereheligt/ Derselbe
aber hat in der ersten Ehe einen Sohn erzeuget / welcher auch zu seinen manbaren
Jahren kommen und verzehdachter Jungfrauen Amalien Mutter-Frauen Marien
L. zu huren haben vorhabens. Wenn nun gleich esliche desz ortis in denen Gedanken
schezen/ ob were solche Ehe vor unzulässlich zu halten. Dieweil aber diese Personen eine
beständige affection gegen einander tragen/ und weder in heiliger Schrift noch walt-
lichen Rech' endergleichen Ehe verbotten; So wol der erwähnien beyden Personen die
Ehe zu schliessen und zu vollziehen billich verstaunet/ D.R.W.)

It: † ad

Tit. VI. De Propinq. Affinit. matrimon adversâ.

513

- 16 It: † ad requisitionem Annen M. zur Stute die 2. Iunii. Anno 1614. (Verba Sentent. Hat Melchior St. ein Weiber umlängsten ewre Schwester Jungfrau Saaren gehellet: Es hat aber derselbe in seiner vorigen Ehe einen Sohn auch Melchiorn genant: gezeuget welcher nachdem er zu seinen mäculichen Jahren kommen / auch als seiner Stieffmutter Schwester zur Ehe begehret. Do ihr nun gute beständige Beliebung und affection zu ihm trage; So seyd ihr euch mit ihm zuverheurathen wol besugt/ und es mag selbige Ehe nicht gehindert werden V. R. W.)
- 17 It: † ad consultationem Superattendentis Ostiensis die 2. Martii Anno 1617. (Verba Sentent. Hat Oswald A. vorwaltig wochen bey Anna Marien L. freyens vorgeben: es ist auch damit so weit kommen/ daß mit beider Eltern verwilligung öffentliche Verlobniss angestellet. Dann nun gleich bemeltes Oswald A. Bruder Georgius vor etlichen Jahren der Marien Schwester Sabina zur Ehe gehabt; Somag doch dahero zwischen vorbenimben Oswalden und der Anna Marien L. das Eheverlobniss nicht verboten werden/ sondern es wird ihnen solches nicht unbillig nachgelassen und nachmals die Ehe durch die priesterliche copulation vollzogen/ V. R. W.)
- 18 Nec † non Superattendentii Annebergensi & Praefecto V. Volckensteiniensi die 17. April. Anno 1635. (Verba Rescript: Wir haben ewern des Superintendantens eingeschickten bericht wegen der von Elia R. an Annen / Martin P. Tochter seiner Stieffmutter lethlichen Schwester verüpten Unzucht verlesen hören und ihr der Schösser habe solche hierbei zubefinden. Begehrten hierauf an stat Ihrer Churfürst. Durchl. Ihr der Sup. intendens wollte die gesuchte copulation anordnen/ auch mit der öffentlichen Kirchenbusse / wenn sie des ortis bräuchlichen / wieder sie verfahren / Ihr der Schösser aber wegen verübter Unzucht / das Weib mit Gehorsam/ und ihn R. mit Gefängniss straffe belegen/ ic.)
- 19 Et † ad requisitionem Iohannis Ruta, Archidiaconi Bischoffsverdensis die 29. Augusti, Anno 1626. (Verba Sentent. Dass Michael R. und Balthasar F. Schwäher und Eidamb nach ihrer vorigen beiden Weiber ab sterben mit zweyen Schwestern / nemlich Jacob s. beiden Töchtern in Ehelebniss sich einzulassen wol besugt/ V. R. W.)

DEFINIT. CVII.

Abstinendum est à matrimonio cum sponsa fratri defuncti
& sponsæ defunctæ sorore,

S V M M A R I A.

1. Ex nudâ despensatione non oritur perfecta affinitas.
2. Sed tantummodo ex congressu maritali.
3. Sponsus & sponsa nondum sunt una caro.
4. Sententia Augustini hac de re.
5. Contrabenda non sunt nuptia cum sponsâ fratris aut sponsâ sorore. n. 9.
6. Fundamenta & rationes huius assertio-nis.
7. Ex sponsalibus oritur affinitas inchoata.
8. Sponsus iudicio Dei maritus censetur, & sponsa uxor.
10. Honestas publica matrimonium hoc im-pedit.
11. In matrimonio quid decet & honestum est,

1. est. spectari debet. num. 12.
 12. Probatur haec sententia textibus iuris n. 14.
 15. Allegatur iudicium Facultatis Theologicae
Rostochiensis.

16. Quid si Magistratus dispensare velit?
 17. Sententia Confistorii supremi. n. 18.
 19. Eiusdem Rescriptum.

Non ausim affirmare, ex nudis sponsalibus quantumvis publicè contractis propriam & absolutam oriri affinitatem matrimonium impedientem: Nullibi enim in verbo Dei Conjugium cum consanguineis sponsi vel sponsæ contractum improbat, quin potius ad affinitatem per copulam carnalem contractam prohibitio restringitur hoc ipso, quo jus divinum vetat, quemquam ad carnem carnis suæ accedere ad revelandum nuditatem ejus. Atqui sponsus & sponsa per conjugalem copulam nondum sunt facti una caro. Joh. Gerh. in loco de coniug. §. 361. pag. 537. Hinc verè dixit Augustinus: Non dubium est, illam mulierem haut pertinere ad matrimonium, cum quā commixtio sexus non docetur sive esse, allegatus à Gratiano in can. non est dubium. 27. quest. 2. Balth. Mentzer. de coniug. pag. 131.

Nec tamen propterea cum sponsa fratri defuncti, sponsæ defunctæ sorore nuptias contrahi svasor esse vellem, quin potius ab hoc matrimonio abstinentum existimaverim cum Mentzer. dict. loco. Joh. Gerhard. citat. §. 362. Paulo Cypriano de matrim. cap. 6. §. 2. n. 3. vers. Wenn die The durchein öffentlich/ rr. Jo. Harppr. & Dd. comm. ad §. siuxor tua. 9. Inst. de nupt. Caspar. Eras. Brochmand. in art. de coniug. cap. 4. quest. 42. (1.) tibi enim per solum congressum maritalem perfecta & consummata dicitur affinitas, per nudam gamen & desponsationem jam est inchoata, fidesque conjugalis data, quæ & ipsa aliquam reverentiam implicat, ob quam à nuptiis sponsi sponsæ consanguineorum sibi meritò quis temperat, Joh. Gerhard. dict. §. 362. Reinh. Bachov. in notis ad

Treutler. volum. 2. disput. 6. tb. 3. lit. C. & D. Mentzer. cit. loco.

(2) tibi Atque hinc sponsus judicio Dei maritus censetur, ac sponsa pro uxore habetur, Deuter. 22. vers. 24. Matth. 1. vers. 19. & 20. sponsaque violans fidem datam adultera judicatur, eademque afficitur pœna, quæ in adulteras animadvertisit, Deuter. 22. vers. 24. Hos. 4. vers. 13. ac tibi ea propter sequi videtur, inquit Brochman. dict. quest. 42, non licere, ut quisquam ducat fratris defuncti sponsam, cum fratram ducere non sit permisum, Levit. 18. vers. 16.

(3.) tibi Porro si non prohibito expressa, attamen honestas saltem publica nuptiis hisce impedimento est, Mentz. & Bachov. locis cit. Harppr. dict. §. siuxor. n. 1. Inst. de nupt. in matrimonii siquidem non solum exquisita juris ratio est attendenda; tibi sed & in super adverbendum, an deceat quod agitur, Harm. lib. 4. tit. 6. nec tibi solum quod licet, l. semper in coniunctionibus. 42. ff. de rit. nupt. l. semper. 197. ff. de Reg. Iur. Alber. Gen. tit. lib. 5. de nupt. cap. 13.

(4.) tibi Accedit sanctio manifesta Justini niani Imperatoris in §. siuxor. Inst. de nupt. ubi hæc leguntur verba: Constat nec sponsam filii nrum esse, nec patris sponsam novercam esse, relictus tamen & iure facturos esse, qui ab huiusmodi nuptiis abstinerint. tibi Quod & facit Rescriptum Zenonis: Licet quidam Aegyptiorum idcirco mortuorum fratum sibi conjuges matrimonio copulaverint, quod post illorum mortem mansisse virgines dicebantur, arbitri scilicet, quod certis legum conditoribus placuit, cum corpore non convenerint, nuptias non videtire esse contractas, & hujusmodi connu-

connubia tunc temporis celebrata , firmata sunt: tamen præsentilege sanctimus, si quæ huiusmodi nuptia contracta fuerint, eas earumque contractores, & ex his progenitos antiquarum legū tenori subjacere, nec ad exemplum Ægyptiorum (de quibus supra dictum est) eas videri fuisse firmas, vel firmandas, int. 8. C. de iust. & iust. nupt.

15 (5.) † Et notabilia sunt tandem verba Facultatis Theologicae Rostochiensis Consilio super quæstione: an quo defundit: fratris sponsam ducere queat? Ita namque ajunt: Ob wol Gottes Wort intermis terminant: biu diesen casum, des versterkhen Bruders Braut betreffende nicht ebener massen mit aussdrücklichem Verbot decidiret, wie wegen des selben hinterlassenen Frauen zumyden/ Levit. 18. vers. 16. geschicht / dass dennoch in demselbigen dermassen von der verlobten Jungfräwen Ehe geredet wird / dass wir quoad essentiam matrimonii (davon der usus in copula carnali, und cheliger Beywohnung ist/ unterschieden) bedes gleich halten / und derowegen was in coniugio consummato verboten wegen der Sippschafft/ solches verstecken wir auch nicht unbillich von dem rato & inchoato per sponsalia matrimonio. Diese

unsere Meynung denistlichen zuvernehmen/ achten wir vor nötig, dass mit Fleißerwogen werden die örier/ und sprüche der Schriftt in welchen entweder die verlobte Braut des Bräutigams Fraue wird genennt/ welches geschicht Deut. 22. vers. 24. Matth. 1. vers. 20. Oder der Bräutigamb der Braut Mann / wie zu sehen. Matth. 1. vers. 19. oder auch die Braut/ wenn sie sich untreu gegen hren Bräutigamb bezelget / und mit andern in fleischlicher Eitänniß veruntreinigt: vor eine Ehebrecherin gehalten wird / Deut. 22. vers. 24. Hof. 4. vers. 1. Aus welchen/ als des heiligen Geistes urtheils, sprüchen / wir es dasfür halten / dass für Gott kein unterscheid sey/ so viel die Natur / Wesen und Eigenschaft des Ehestandes betrifft / inter inboatum sive ratum. & inter consummatum, matrimonium. Und schlessen demnach: Was in dem einen außrücklichen verboten / solches sey in dem andern nicht nachgegeben/ ic apud Georg. Dedeckenn. volum. 3. consil. theol. lib. 3. sect. 2. tit. 2. num. 4. fol. 351. ubi & Consistorium decisa adducit. † Quid juris verò hoc in 16 casu quoad dispensationem Magistratus, dicam infra Defin. : 21.

Ita † Consistorium Supremum ad requisitionem Nicolai Rhoffens/ Superintendentis Chemnicien 17 sis die 27. Martii, Anno 1610. (Verba Sentent. Hat der verstorbenen Georg F. zu Erdmannsdorff sich mit Marien/ Valentin F. auch zu Erdmannsdorff Tochter in ein verbindliches Eheverlöbniss eingelassen; So kan desselben Bruder Jacob F. gemelte Marien nicht zur Ehen schmen/ V.R.W.)

It: † ad consultationem Paul N. zu Lommassch die 15. Ian. Anno 1619. (Verba Sent. Die weil 18 aus eingezogener erkündigung so vil erscheinet / dass euch von Annen/ George F. in Seehausen verstorbenen Tochter und ihren Eltern eine zusagung der Ehe geschein; So wird euch zu erhaltung Zucht und Erbarkeit ohne unsers gnädigsten Herrn dispensation derselben Schwester zuehlgten nicht verstatitet/ V.R.W.)

Ei † Superattendanti Annabergensi die 5. Martii Anno 1628. (Verba Rescripti: Wir haben ewern eingeschickten Bericht / die vom Pfarrer zum Grünhain M. Bartholomao F. mit George P. daselbst / und seiner verstorbenen Braut Schwester verrichte, te copulation betreffende / verlesen hören. Begehren hierauf an stat ihrer Churf. Durchl. ihr wollet bemelten P. und den Pfarrer vor euch bescheiden/ j.nem/ dass er

seiner verstorbenen Tochter verlobniss dem Pfarrer verschwiegen/diesem aber/ daß er vor der proclamation nicht besser nachgefraget/ ernstliche Verweisung ihm darneben von P. s. Thaler Straße absordern und anhero übersenden / dem Pfarrer aber/ daß er in den gleichen Fällen sich hinsühro fleißiger erkundigen solle/ außerlegen/ &c.)

DEFINIT. CIX.

Nec matrem sponsæ defunctæ in uxorem ducere licet.

S V M M A R I A.

1. Nec filiam sponsæ defunctæ, nec eiusdem matrem in uxorem ducere licet.
 2. Non quidem ob prohibitionem, vel autoritatem Papalem.
 3. Sed propter publicam honestatem. n. 4.
 4. Fidemq; conjugalem per sponsalia datam.
 5. **E**ademque ratio facit, ut nec filiam sponsæ defunctæ, nec eiusdem matrem ducere liceat: non quidem ob prohibitionem juris pontificii, quâ Pontifex Romanus hoc impedimentum tanquam absolutè necessarium, ac non modò ut matrimonium contrahendū impediens, verùm etiam ut contractum dissolvens
 6. † papali suâ autoritate Ecclesiis obtrudere, & conscientiis laqueos injicere parat; Nec enim sacra pagina ullibi talia matrimonia contrahi vetat, multò minus jam contracta dissolvi jubet. Hemming. de tonug. pag. 123. Sed (1.) † ob publicam honestatem & scandalie evitatem, cuius in nuptiis contrahendis nunquam non ratio est habenda, maximèq; ad laborandū, ut servetur honestas, ac verecundia castis moribus perseveret, l. un. C. de maium. lib. 11.
 7. 4. & † ne magis considerando quid fiat, quā quid fieri beat, l. 12. ff. de offic. pref. materia peccandi malis præbeatur moribus, l. 1. in pr. ff. ad Sctum Macedon. † Quin & ob fidem conjugalem jam datam, ac vim mutui consensus, qui nuptias facit, l. nuptias ff. de Reg. Iur. (2.) † Idq; cōminus, quia jus civile nuptias hasce detestatur. Ita namque scribit Paulus Ictus: Item eius marrem,
 8. 6. Accedit prohibitio juris civilis. n. 7.
 9. Et iuris municipalis Saxonici.
 10. Impedit etiam respectus parentum hasce nuptias. n. 10.
 11. Dispensatio tamen hoc casu locum habet.
 12. Sententia Consistorii supremi.
- quam sponsam habui, non posse me uxorem ducere, Augustus interpretatus est, fuisse enim eam socrum, in l. adoptivus filius. 14. §. ult. ff. de rit. nupt. Et Ulpianus: † Inter me & sponsam patris meinuptia contrahi non possunt, quanquam noverca mea non propriè dicatur. Sed & per contrarium, sponsa mea patri meo nubere non poterit, quamvis nurus non propriè dicatur, in l. si qua mibi. 12. §. 1. & 2. ff. eod it. (3.) Parilis † exeat prohibitio in iure municipalis, Constit. provincial de An. 1557. pag. 188. fac. 2. sub rubr. Vom Bräutigam und der Braut: das ist die sich miteinander öffentlichen verloben/ und doch das elte verlobet/che die Hochzeit oder Beyslager gehalten. ibi: Der Sohn soll nicht nehmen seiner Braut Mutter. lt. Er soll nicht nehmen seines Vaters Braut oder Vertrawete/ welche seine Stieffmutter sollte worden seyn. Et sub Rubr. Also ist auch von der Tochter zusagen / nemblischen. ibi: Die Tochter soll nicht nehmen ihrer Mutter Bräutigamb oder Vertrawten / welcher ihr Stieffvater sollte geworden seyn. Item: Sie soll nicht nehmen ihres Bräutigambs Vater/ das ist der mit welches Sohne sie sich zuvor verlobet/ und doch mit ihm nicht Hochzeit gehalten. Der Vater soll nicht nehmen seines Sohns verlobte Braut. Die Mutter

Mutter soll nie nemen ihrer Tochter versobten Bräutigam. (4.) Cumque sponsæ mater, patrisq; sponsa loco sit matri, dict. l. adoptivus filius 14. §. ult. in fin. ibi fuisse enim eam sacerum. fieri haur potest, ut non reverentia ei debeat, quæ vel sola nuptias hasce impedit, §. ergo non omnes. 1. & §. item ami-

tam. 5. Inst. de nupt. † Quid enim in tantâ 10 personarum copiâ, cum ea inire matrimonium necesse esset, quæ filia vel mater vulgò putetur, inquit Eginarius Baro ad §. siuxor. 9. Inst. de nupt. Sed † nec hec di- 11 spensationem Serenissimi Electoris exclusam velim, vid. infra Defin. 122.

Ita † Consistorium Supremum ad consultationem Marci 8. zu Dittmarsdorff die 25. Iulii 12 Anno 1617. (Verba Sentent: Habt ihr euch unlängsten mit Adam G. hinterlassenen Tochter Jungfränen Marten mit ihrer Mutter Annen Verwiltzung und consens in ein Ehegelöbnis eingelassen und öffentliche sponsalia mit ihr gehalten / Als aber unlängsten dieselbe an der gefährlichen Seuche der Pest noch vor gehaltener Hochzeit verstorben / seyd ihr gemeinet / mit derselben Mutter Annen G. euch zu verehren / wie ihh denn bei ihr dieses Werck durch Mittelsversohnen allbereit anbringen lassen. Wann sie nun gleich auch ihres Theils zu frieden / und ihr Jawort von sich geben möchte; So were doch diese Verehrlung nicht zulässlich/ V.R.W.)

T I T. VII.

De

Dispensatione matrimonii in gradibus prohibitis.

DEFINIT. CIX.

*Dispensare non potest Magistratus, nec veniam nubendi dare
in gradibus iure divina prohibitis.*

S V M M A R I A.

1. Dispensandi jus pontificiū nimium extendunt.
 2. Etiam ad gradus jure divino prohibitos.
 3. Quod declaratur exemplū.
 4. Reij. itur hac sententia à nostratis Theologis.
 5. Non potest dispensare Magistratus in gradibus iure divino prohibitis.
 6. Quibus ex rationibus & fundamentis n. 7. 13.
 8. Creatura non dispensei contra mandatum Creatoris.
 9. Nec Papa in gratiam Imperatoris contra
10. Nulla natura lex ab homine est dispensabilis.
 11. Leges divinae de prohibitis gradibus in conjugio sunt etiam leges naturae.
 12. Quod ratione probatur,
 14. Omnis dispensatio circa divina mandata est prohibita. n. 15. 16.
 17. Sententia Consistorii Supremi. n. 18.
 19. Ejusdem Rescripta. n. 20.

NI num jus dispensandi, h.e. dandi veniam nubendi in gradibus prohibitis exten- dunt Pontifici, adeo ut ex- cepto gradu consanguinitatis primo in linea tam directa, quam transversa, & pri-

mo gradu affinitatis in linea directa in re- liquis gradibus † etiam jure divino prohibitis eidem locū, ut legere est apud Bellar. lib. de matrim. cap. 27. Gregor. de Valentia tom. 4. d. p. 10 quest. 5 punct. 3. & Lorin. comm. in cap. 18. Levit. Factum inde, † quod Ema- nuel

Trr 3

nuel Rex Portugallie duas sorores successivè duxerit uxores in dultu Pontificis. Rex itidem Angliae Henricus IX. Arturi fratri defuncti uxorem ex dispensatione Pontificum Julii II. Leonis XI. Adriani VI. Clementis VII. Et Rex Siciliae Ferdinandus sororem patris sui Joannam in uxorem duxit, dispensante Alexandro VI. Sed respuunt † hanc extensionem nostrates Theologi, nec unquam contra prohibitionem divinam sive in gradibus à Jehovâ veritis, Magistratui quantumvis summo † facultatem dispensandi competere statuunt, Bernhard. de præc. & disp. cap. 5. Johan. Gerhard. in loco de conjug. §. 346. pag. 510. Casp. Etasm. Brochmand. in art. de conjug. cap. 4. quest. 50. loach. à Beust. de sponsal. & matrimon. part. 2. cap. 56.

6 Rechè omnino: (1) Quia Iesus est solvere, cuius est ligare, necnulla lex, quam supremus promulgavit Magistratus, à subditis remitti, vel contra eam dispensari potest; Quare quod non ab homine traditum, sed divinitus promulgatum est, nullam admittit dispensationem humanaam, Gerhard. dict. loco. Nam † dilerta Deivox est Deut. 4. vers. 2. Non addetis ad verbum, quod ego loquor vobis, nec auferetis ab eo. Custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis.

7 8 Nec † creatura contra mandatum Creatoris dispensare potest, nec Papa contra præceptum divinum, Oldrad. Laudens. in consil. matrimon. conf. 1. num. 5. notabiliter hinc scripsit Felin. † Si Imperator vel Rex Romanus haberet uxorem sterilem, Papam non posse dispensare, ut aliam ducat, in cap. qua in Ecclesiarum. num. 23. extr. de confit.

9 10 (2.) Nec † ibunt inficias Pontificii, nullam naturæ legem ab homine dispensabilem esse; Sunt autem leges de prohibi-

11 bitis conjugii gradibus enumeratae Levit. 18. & 20. † leges naturæ, ac ea propter tales, quæ dispensationem humanam non admittant. Quod si de assumptione dubitare velis, producimus verba Iehovæ: Ne polluamini in omnibus iis, quibus contaminata sunt universa gentes, quas ego ejiciam ante conspectum vestrum, & quibus polluta est terra, cuius ego scelera visitabo, Levit. 18. vers. 24. 26. 27. † Etenim gentes non dedissent poenas violatorum conjugii graduum, nisi ipsa lex naturæ d' Ållset, qui essent conjugii gradus prohibiti, ut benè inferunt nostros Theologi, Caspar. Erasm. Brochmand. in art. de conjug. cap. 4. pag. 39. & latissime Johan. Gerhard. in loco de conjug. §. 294. & multis seqq.

(3.) † Eòque faciunt dicta scripturæ: 13 Quisquis solverit unum ex mandatis hisce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in Regno cœlorum, Matib. 5. vers. 14. Quisquis transgreditur in uno, factus est omnium reus Iacob. 2. vers. 10. Quibus minima † etiam circa divina mandata dispensatio excluditur; Loquuntur enim dicta illa de mandatis & præceptis moralibus, inter quæ etiam prohibitionem graduum matrimonialium divinam referri ex Lutheranis nemo dubitat, vel saltē inde convictus, quod transgressoribus hujus prohibitio- nis imponatur poena capitalis, Levit. 20. vers. 11. 12. 14. 17. 19. 20. 21. † atque hinc in 15 publicâ maledictione, quam totus populus pronunciabat adversus peccantes, legum quoque matrimonialium transgres- siones inclusæ fuerunt hisce verbis: Ma- ledictus qui dormit cum uxore patris sui; Maledictus qui dormit cum sorore suâ; Maledictus qui dormit cum locru sua, Deut. 27. vers. 20. 22. 23. † Idemque in- 16 nuit clausula legibus de prohibitis gradi- bus

bus adjecta generalis: Custodite leges meas ac judicia, quæ faciens homo, vivet in eis, Levit. 18. vers. 5. Johan. Gerhard.

dict. loco de conjug. §. 297. Brochmand. dict. cap. 4. quæst. 50.

- 17 Ita † Consistorium Supremum ad consultationem Harsen VV. zu Wien die 19. Decembr. Anno 1632. (Verba Sentent. Dass dieser Fall in Gottes Wort aufrücklichen verboten / und ihr dahero Churfürstl. Durchl. zu Sachsen dispensation euch nicht zugetroffen D. R. W.)
- 18 It: † Martini F. zu L. die 20. Iunii Anno 1614. (Verba Sentent. So wird selbige Ehe weder in Göttlicher heiliger Schrift noch in beschriebenen Rechten verstauet / kan auch hierinnen nicht dispensaret werden/ D. R. W.)
- 19 Et † Superintendenti Ostiensi die 23. Februar. Anno 1627. (Verba Rescripti: In welchem fall aber weil vermöge Göttlicher heiliger Schrift die Ehe verbotten; So kan auch da wider keine dispensatio statthaben/ rc.)
- 20 Nec † 1.04 Praefecto in Tharand die 12. Jun. Anno 1615. (Verba Rescripti: Was massen uns I.S. umb dispensation N.N. zu eheligen supplicando unterthängst angelanger / solches habe ihr inliegende zu befinden. Wann aber diese Ehe in Göttlicher heiliger Schrift verbitten; Alß begehren wir hiermit jhr wollet ihn von seinem suchen abweisen/ rc.)

DEFINIT. CX.

At bene in gradibus prohibitis de jure municipali, quo nec
ipsi Magistratus & Principes tenentur.

S. V M M A R I A.

1. Diversa est ratio graduum de jure provinciali prohibitorum.
 2. Quibus in gradibus illustres personæ licitas contrahunt nuptias.
 3. Iudicium Hemmingy hisce de nuptiis. num. 4.
 5. Rationes hujus singularitatis in personis illustribus. n. 6.
 7. Dispensare etiam possunt Principes. & veniam nubendi hisce in gradibus dare alio personis
- A Lia vero est ratio graduum jure tantummodo provinciali seu positivo prohibitorum ipsa notante vocula. Nam positivum propterē dicitur, quod in Principis voluntate positum sit: Vnde recepta inter illustres † personas consuetudine modernâ, de quâ Hænon. *in disp. pandect. 6. lib. 4. lit. b. matrimonia hisce in gradibus contrahi videmus.* Quâ de re notabiliter scriptis Hemmingius hisce † verbis: *Iudicio recte discerni inter illu-*
- inferioribꝫ. num. 9.
8: Quibus ex fundamētis & rationibꝫ?
10. Principes in suis territoriis idem possunt, quod Imperator in Imperio.
11. Dispensatio refertur inter jura Principis.
12. Sanctio de dispensatione Elector alius manifesta. num. 13.
14. Sententia Consistorii Supremi. n. 15.

stes personas, præsertim eas, penes quas est rerum summa & potestas. Est enim planè indignum, communibus legibus Principes constringere, ut nullis in rebus eis quicquam, quod tamen fieri possit sine ostensione Dei & injuriâ subditorum, cōcedatur, nisi quod infimis cordonibus ex lege communi conceditur, cūm tamen multis privatis propter singularia in Rem publicâ & Ecclesiâ merita justè concedantur privilegia: Inter illustres igitur personas nupiæ

- nuptiæ concedi justè possunt in omnibus gradibus divinitus non prohibitis, potissimum cùm inde bonum publicum speratur. ¶ Nam si idem finis monstrari poterit concessionis nuptiarum in illustribus personis, qui est prohibitionis in aliis, poterit & concessio & prohibitio simul stare sine ulla legis communis injurya. Nam ut concessio non pugnans cum verbo Dei vergit saepe in publicum bonum in illustribus personis, ita prohibitio humana in aliis ad bonum publicum refertur. Hattenus Hemming. Nimirum † quum mortales variis Deus distinxerit donis, certisque regionibus, nationibus & familiis peculiares quosdam affectus insitos cernere liceat, Machiavell. lib. 3. de Republ. cap. 43. recte Principibus curæ est, ob pacem salutem, conservationem regionum, propagacionem familiarum illustrium, & bonum publicum cautè agere & qua ex gente ducent uxores, circumspicere. Ut † hinc non possint, nec debeant illegitima pronunciari matrimonia Regum ac Principum in gradibus jure municipaliter prohibitis contracta, cùm ipsimet sint jure illo positivo superiores, nec ob æqualium paucitatem facile conjugia genere & splendore suo digna invenire queant, Joh. Gerhard. in loco deconjug. § 346. pag. 510.
- ¶ Ex quo etiam jus dispensandi ipsis competit, ut inferioris sortis homines in gradibus jure municipaliter prohibitis eorum permitti nuptias contrahere valeant, Joh. Gerhard. dict. loco. Joach. à Beust. de sponsal. & matrimon. part. 2. cap. 56. pag. 217.
- (1.) † ex Novell. Leonis 109. in verb: Atque hoc quidem, quantum ad communem publicumque Reipublica usum attinet ita vetitum sit. Verum si Imperator (ut saxe accidit) novam familiam consciens & sponsalia, & consecratione peragendam conjunctionem intra prestitutos annos de sponsandis decreto permittat, id nihil legi adver-
- sabitur. Licitum enim est, ut quibus Deus universi terrarum orbis tanquam familia cuiuspiam administrationem demandavit, hi secu quam lex, qua subdutos devicit, prescribat, familias cogant. (2.) ¶ Nec est quod de solo Imperatore hoc dictum existimes, postquam hodie Principes Imperij eandem in provinciis & districtibus suis habeant potestatem, quam † Imperator in Imperio universalis, Jacob. Menoch. vol. 1. consil. 75. num. 36. Matth. de Afflict. deuif. 305. num. 7. Modest. Pistor. vol. 1. consil. 24. num. 1. Waremund. ab Erenberg. de subsid. Regni. cap. 15. num. 5. Frider Pruckman. in §. solutapotestas. cap. 4. membr. 3. effect. 10. num. 22. Ventur. de Valent. in parthen litigios. lib. 1. cap. 2. num. 6. Thom. Michael de juridict. conclus. 45. Bornit. de majest. cap. 14. (3.) Atque hinc dispensatio contra leges positivas inter jura Principis referitur, Theodor. Reinking. deregim. secul. & eccl. lib. 1. cl. 2. cap. 12. num. 49. quare † 12 & Serenissimus Saxon. Elector in provinciis sui Electoratus eam sibi soli vendicavit in Ordinat. Ecclesiast. sub Rubr. Von beyden Consistoriis zu Leipzig und Wittenberg. num. 8. in fin. Wann auch im Ehefachen bei den Consistorien umb dispensation angeseuchet würde / sollen sich die Consistorialen derselben nicht mächtigen / sondern solches jederzeit an uns gelangen lassen / und unsers fernern Bescheidis darauff erwarteten. (4.) ¶ Et verbis clarioribus in Edictio speciali sub dato Dresden 31. May Anno 1625. in calce der Eheordnung. §. und ob zwar vers. So soll derselbe sich im wenigsten nichts verblüftisches einlassen / sondern zuvor uns sein Vorhaben / und was ihn darzu sonderlich verursacht/ unterthängst zu erkennen geben/ und darauff / ob und wie wir gnädigst dispensiren wolten/ unser resolution erwarteten.

Ita † Consistorium Supremum ad consultationem Adami Idenecks Madosa von Salopische auff 14^o Skafot die 8. Aprilis. Anno 1609. (Verba Sement. Das vermöge göttlicher heiliger Schrift / auch gemeiner Räyserlichen Rechte beteilte Person ohne verlegung ewers Gewissens zur Ehe zunehmen euch unverboten. Wie auch ingleichen da das Väb. stiche Recht; welche s die Ehe bis auf den vierten grad inclusive verbietet / bey euch in üblichen Branch / oder sonst zu erhaltung mehrer Zucht und Erbarkete in diesem grad der Blutsfreundschaft die Ehe nicht verstatter würdet ihr bey der Obrigkeit umb dispensation und nachlassung diffalls füglichen ansuchen könnet/ V.R.W.)

Et † ad requisitionem Iohannis H. zu Wernshausen / die 7. Junii, Anno 1626. (Verba Sement. Das ewer Sohn Hans mit setius Grossvatters bruders Tochter Tochter vermö. ge heiliger göttlicher Schrifft / auch Räyserlichen Rechtes und der Thurfürst.ischen Sachsischen Theordnung sich in Ehegebniß einzulassen wol besugt: Do aber in der Fürstlichen Graffschafft Henneberg einanders verordnet oder hergebraucht ist; So muß von euch zuvor umb dispensation der Landesfürstlichen Obrigkeit unterhā. nigste ansuchung geschehen/ V.R.W.)

DEFINIT. CXI.

Non ergò dispensare valet Princeps ac Magistratus in gradu secundo consanguinitatis linea inæqualis, ut quis fratri aut sororis filiam ducat, & viceversa.

S V M M A R I A.

1. *Contra gradus jure divino prohibitos licita non est dispensatio. n. 3.*
2. *Ne quidem à Papâ & Imperatore.*
3. *At bene dispensari potest in gradibus jure positivo prohibitis.*
4. *Ergo nunquam in linea recta.*
5. *Nec inter fratres & sorores.*
6. *At num in gradu secundo linea inæqualis?*

1. **R**egula ergò stat firma, quod contra gradus jure divino prohibitos, ac Levit. c. 18. & 20. enumeratos licita haui sit dispensatio Magistratus, † adeò ut nec Papa nec Imperator hisce casibus potestatē dispensandi arrogate sibi queant. Oldstad.
2. **L**audens. in consil. matrim. consil. I. n. 5. † Non etenim ratione humana permitti possunt ea, quæ jure divino sunt prohibita, ut in simili dixit Bald. in auth. adhac. C. de usur. n. 2.
3. **S**ed bene valet dispensatio in gradibus de solo jure civili aut municipalí prohibitis, Defin. preced. loach à Beust. de sponsal. & matrim. part. 2. cap. 56 pag. 217.

8. *Gradus hic non modò de jure civili prohibitus.*
9. *Et jure pontificio.*
10. *Sed etiam de jure divino. n. 11.*
12. *Non ergò locum hic habet dispensatio. n. 13.*
14. *Princeps non est solitus à dictamine rectoris.*
15. *Decretum Consistorii Supremi.*
16. *Ejusdem Rescriptum.*

Ex quo jam nullo negotio manifestum est, quibus in casibus dispensationi sit locus. Sanè † cum de jure divino in linea recta inter ascendentēs & descendētes in infinitum, Lev. 18. & 20. Deut. 22. in fin. supr. Def. 73. † nec non in linea transversali æquali in gradu primo inter fratres & sorores connubium est prohibitum, Levit. 18. vers. 9. supr. Defin. 78. n. 2. procul dubio non erit, qui dispensationem hisce casibus petere audeat, multò minus veniam dari facultatem sibi sumat.

Quid verò juris † in gradu secundo linea inæqualis, si quis fratri vel sororis fi-

Vvv lium

lium filiam vè , aut vice versa patrum , amitam , avunculum vel materteram petat in matrimonium . Non t̄ saltē de jure civili , § fratri verò . 3. & §. iuem amitam . 5. Inst. de nupt. l. 2. C. si nupt. ex rescript. pet. l. ult. C. de incest. & inut. nupt. & t̄ pontificio , c. non debet. extr. de consanguin. & affinit. can. de consanguinitate. can. quodam . 30. quæst. 5. sed etiam t̄ jure divino nuptiæ hæ prohibentur , Levit. 18. vers. 12. Nuditatem amitæ tuae ne retegito , v. 13. Nuditatē materteræ tuae ne retegito , propinqua matris tuae est . Ex quo t̄ etiam matrimonium cum filio fratris sororisque prohibitum esse nemo ambigit , postquam nostrorum Theologorū veritati exactissimè conformis est sententia , non tantum prohibeti Levit. 18. conjugi istarum personarum , quæ nominatum ibi exprimuntur , sed etiam omnium , quæ in eodem , pari seu æquali aut vicinore sunt gradu supr. Desin. 76. n. 4. & seqq. Casp. Erasm. Brochmand. in artic. de conjug cap. 2. sed. 7. Ioh. Gerhard. in loco de conjug. 9. 275.

Ita t̄ Consistorium Supremum in causâ Sigismundi K. contra Marien S. die 20. Febr. Anno 1616. (Verba Decreti : Wiewol nun Kläger anff solchem seinem vorgeben und beschreibener Zusage nochmals standhaftig beruhet / Beklagte auch sich endlich hierzu erkläret. Dierweil aber gleichwohl auf eingenommener Erfundigung sich so viel besundernd ; daß beklagte klägers leiblicher Schwester Tochter ist / in welchem fall weder nach weltlichem noch göttlichen Rechten die Ehe zulässlich / also daß auch in keinerley wege hierinnen dispensirer werden mag ; So wird beklagte von klägers Ansprüchen billich entbunden / und ihnen benden mit ernst untersage / hinfüro von dergleichen unverantwortlichen vornehmen abzustehen / V. R. W.)

Et t̄ Superintendentii Ossuensi die 23. Februar. Anno 1627. (Verba Rescripti : Wir haben erwennt eingeschickten bericht in Ehe und schwangerungs sachen Margarethen / Peter W. Tochter und Hansen K. betreffende / verlesen hören / und darauf besunden / daß beklagter der klägerin bryden puncten an ihrer klage nichts geständig seyn wollen / der gleichen auch vor uns geschehen. Wann dann der klägerin Vatter darneben bekannt dazher und des beklagten voriges Weib eine Mutter gehabt / dahero die klägerin und beklagtere in andern grad ungleicher linie der Schwägerschaft nach verwandt seyn / In welchem fall aber vermöge göttlicher heiliger Schrifft die verbotten / auch dawider keine dispensation stat hat ; Als ist an statt Seiner Charfurstl. Durchl. unser begehren / Ihr wollet hinfüro zwischen den parteyen / wann sie schwerst im ersten gleicher / und im andern grad ungleicher einien von ganzer oder halber geburth / sic seyn .

Martin Chemnit. part. 3. locor. de conjug. pag. 549. Beust. de sp. nsal. & matrim. part. 2. c. 51. t̄ Consequitur hinc ergo , Magistratuine. 12. quaquam fas esse , hoc in gradu dispensate , veniamque nubendi concedere . Idq; tantò minus , quia hocce connubium censetur veritum ex respectu paterno ; t̄ quod patruus , amita , avunculus & materterae sint loco parentum , dict. 5. item amitam . 5. Inst. de nupt. Ordin. Eccles. sub tit. Von Ehesachen. Rubr. Welchen Personen sich in Ehe gelobnūß / c. 5. Die Personen welche seihaben / c. infin. ibi : Weil dieselbe der Eltern statt halten qui respectus in jure naturali & divino est fundatus , cuius Princeps con- 14 travenire haut potest , quippe qui naturā subditam non habet , nec solitus est à dictamine restat rationis , Enenckel de privit. c. 8. n. 50. & seqq. Bald. in l. 2. C. deservit. & aquā Ioh. Bodin lib. 1. de Republ. c. 8. Theodor. Reinking. de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 3. cap. 12. n. 7.

seyn gleich nach der Blutsfreundschaft oder schwägerschafft etnander verwandt keine verhör anstellen / noch pro matrimonio handeln / auch die parcheyen zu erlangung der dispensation nicht an uns remitteren, sondern wann das flagende theil auss ewere erinnerung von seiner flagen nicht abscheiden wil dasselbe an des beflagten weltliche Obrigkeit wiesen / welche inhalts der Publicirten Kirchenordnung der verwirckten straffe halber auf bekernung der Schöppenstüle alsdann wieder die verbrechere zuversfahren wissen wird / V. X. W.)

DEFINIT. CXII.

Nec in affinitate locum habet dispensatio Principis aut Magistratus secundo in gradu lineæ inæqualis , si quis nempe uxoris prædefunctæ sororis filiam, parilivè modo sibi junctam affinem ducere velit.

S V M M A R T A.

1. *Decisio parili in affinitatis gradu secundo linea in æquali.*
2. *Rationes & fundamenta decisionis n. 6.*
3. *In hiscè etiā personis obtinet respectus paternus.*
4. *Qui respectus matrimonium impedit.*
5. *Magistratus haut est solutus à dictamine juris naturalis.*
6. *Eadem prohibitus connubii in consanguinitate & affinitate.*
7. *Identitas rationis idem jus facit.*
8. *Sententia Confessorii Supremi. n. 10.*
9. *Ejusdem Rescriptum.*
10. *obtinet respectus paternus connubium impediens, l. non facile. 4. §. hositag. 7. ff. de gradib. quemadmodum & ergo hujus intuitu cum fratri sororis vè filiâ permittere matrimonium nefas est. Defin. præced. ita nec in eodem gradu & casu affinitatis dispensatio potest obtainere, scilicet, quia & magistratus à dictamine juris naturalis, in quo respectus ille fundatur, absolutus haut est, Bodin. li. 1. de Repub. c. 8. Reinking. de regim. secul. & eccl. lib. 1. claf. 3. c. 12. nn. 7. (3.) & Et cur admittetur dispensatio in affinitate, quæ improbatur in consanguinitate, & postquam in utrâq; eadem est computatio graduu n., eademq; prohibicio conjugii, suprà Defin. 88. cap. de propinquis. 35. quaest. 2. Balth. Mentzer. de coniug. pag. 72. Ioh. Shneidvvin. ad tit. Inst. de nupt. Rubr. de arbore affin. n. 9. Ioh. Gerh. in loco de coniug. §. 336. ut non immerito heic locus sit Regulae vulgatae: & eadem ratio idem jus facit, illud quæsumus est. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quedam. 9. §. numularios 2. ff. de edendo. l. hu solē. 7. C. de revocand. donat.*
11. *Sed etiam quia hiscè in personis*

Ita † Consistorium Supremum ad consultationem Martini F. illi L. die 20. Iunij 1614. (Verba: 9)
*Sentent. Ist die Weibes person / welche ihr zuehlichen begehret / ewers verstorbenen
 Weibes leiblichen bruders nachgelassene Tochter / und euch also im andern Grad der
 Schwägerschaft ungleicher Einten verwand ; So wird euch dieselbe zu heurathen wei-
 der in göttlicher heiliger Schrift / noch in beschriebenen Rechten verstaettet, kan auch
 hierinnen nicht dispensaret werden / D. R. W.)*

*ii: † Hansen W. illi P. die 29. Decembr. Anno 1632. (Verba Sentent. Auf ewer an uns ge- 10
 thanes schreiben und angeheffte frage / ob ihr euch auf zulassung göttlicher heiliger
 Schrift mit ewers verstorbenen Weibes schwester Tochter Jungfrauen Marthchen/
 Martin P. nachgelassenen Tochter ehelichen verloben / und Churfürstl. Durchl. di-
 spensation erheben möget / erkennen und sprechen wir / ic. vor recht : Dass dieser fall in
 Gottes wort ausdrücklichen verbotten / und ihr dahero Churfürstl. Durchl. zu Sach-
 sen dispensation euch nicht zugetroffen habt / D. R. W.)*

*Et † Praefecto in Tharant die 12. Iunij, Anno 1615. (Verba Rescripti: Was massen uns Jacob 11
 S. von C. umb dispensation, damiter seines vorigen Weibes Schwester Tochter Christi-
 finen Simon. Di. totube ehetigen möge / supplicando angelanget / solches habt ihr in lie-
 gende zubefinden. Wann aber diese Ehe in göttlicher heiliger Schrift verboten ; Als
 begeren wir hiermit / Ihr werdet ihn von seinem suchen abweisen / ic.)*

DEFINIT. CXIII.

Ex dispensatione Magistratus in provinciis quoque Electoratus, & Du-
 catuum Saxoniorum duorum fratrum ac sororum liberi, consobrini.
 ac patruelos matrimonio juri pollunt.

S V M M A R I A.

1. Consobrinis invicem interdictum est matri-
monium.
 2. Non saltem in provinciis Electoratus.
 3. Sed etiam alius in Ducatis Saxonici.
 4. Aliorumq; in Principatum districtibus.
 5. Quin & in omnibus penè reformatis Augustia-
na Confessionis regionibus.
 6. Dispensationi tamen hoc casu est locus.
- D**iximus supra Defin. 78. in gradu secun-
 do consanguinitatis linea æqualis, à
 consobrinis nempe h. e. duabus ex sorori-
 bus prognatis, patruelibus, sive duorum
 fratrum liberis & amitinis h. e. ex fratre
 & sorore progenitis licitas non contahiri
 nuptias ex prohibitione † speciali in pro-
 vinciis Electoratus Saxonici. Ordinat. Eccles.
 sub tit. Von Ehesachen. Rubr. Welchen Per-
 sonen sich in. Eheg. lövñß. §. Die Perso-
 nen / welche seithalben. & Ordinat. matrim.
 de anno 1624. punct. 2. §. 2. quæ † prohibi-
 tio obtinet etiam in Ducatis reliquo-
 rum Cellissimorum Saxonie Ducum, teste
 Basilio Monnero de matr. part. 4. 6. 1. n. 14.
 Matth. Coler. part. 2. decis. 2. n. 2. quin &
 alibi † connubium id esse interdictum, ex
 aliis retulimus citata Defin. 78 & in omni-
 bus reformatis Augustinæ Confessionis
 regionibus prohibitas † reperiri hasce nu-
 ptias

ptias attestatur Tilemannus Heshusius in libello Von Ehegelebnissen und verbotenen gradibus, Reg. 4. Besold. in disc. de nupt. cap. 10. nu. 6 pag. 52.

- 6 Attamen quia † prohibitio hæc in solo jure positivo & municipali est fundata, dispensationi datur locus, supr. Def. 110. Non enim nulla juris divini sanctio, † nec sententia vel ratio Lerv. 18. & 20. matrimonio consobrinorum vel patruelium obstat; quin potius permissionem eius probant exempla in sacris haud pauca, adducta à me supr. Defin. 86. Beza de repud. & divort pag. 36. & seqq. Joach. à Beust. de spons. & matrim. part. 2. cap. 51. vers. in secundo vero gradu. Quidni ergo dispensatio admittetur? præsertim cum per † hanc res ad jus commune redigatur, quo duorum fratrū vel sororū liberos matrimonio jungi expresse per-

missum novimus, §. duoru autem Inst. de nupt. l. non solum. 67. §. i ff. deriu nupt. l. uter. 23. ff. de condit. Inst. l. Lucius. 78. §. filia ff. ad SCtum Trebell l. celebrandis. 19. C. de nupt. Et † quod minus de hoc relinquatur dubium, verbis sat manifestis hanc dispensationem sibi reservat Serenissimus Saxoniae Elector in Edictio specialis sub dato Dresdeni 31. Maij. Anno 1625. quod extat in calce Ordin. matrim. §. Und ob zwar vers. † wosfern aber ja jemand vermeinere, daß Ihn sein Herz und Gemüthe aller dinges in einer solchen Person trüge / die ihm im andern grad gleicher Einten besreundet / c. So soll derselbige sich im wenigsten nichis verbindliches einlassen / sondern zuvor unssein vorhaben / und was ihn darzu sonderlich verursacht unterthänigst zu erkennen geben / und darauff ob und wie wir gnädigst dispensiren wollen / unsere resolution erwarten.

Ita † Consistorium Supremum in causā E. ab H. & A. C. von B. die 24. Decemb. Anno 1613. (Verba 11 Decret. Ruff des Churfürsten zu Sachsen und Burggraffens zu Magdeburg gnädigstes begehren / in dispensation sachen E. ab H. und Jungfrauen A. C. von B. bedenkten Seiner Churfürstl. Gnaden verordnete President und Räthe im Ober Consistorio Die, weil bemalte beede Personen einander im andern Glied gleicher Einten der Blinfreundschaft verwandt und also Geschwister Kinder seyn / in welchem grad die Ehe in Göttlicher heiliger Schrift und Kaiserlichen Rechten nicht verboten / sondern vielmehr nachgelassen; So mögen Seine Churfürstl. Gnaden auff geschehenes unterthänigst ansuchen gegen erlegung 100. fl. zu milden sachen disfals woldispensiren. &c.)

II: † ad requisitionem Hansen E. in G. die 12. Octobr. Anno 1617. (Verba Sententie: Seht ihr euch nach absterben eures vorigen Eheweibes anderweit zuvereheligen vorhabens / und demnach ihr zu Jungfrauen A. M. Henrich L. Tochter eine gute affection trage; sehe ihr dieselbe zuerfreuen getmettet. Ob nun wol bemalte A. M. euch mit Blinfreundschaft verwandt / in deme ihre Mutter eures Vatens Schwester / und ihr also miteinander Geschwister Kind seyt / in welchem fall bey diesem Churfürstenthumb die Ehe verboten: Dieweil aber so wol in heiliger Schrift als Kaiserlichen Rechten der gleichen heurathin zulässlichen; So seyt bey dem Churfürsten zu Sachsen u. d Burggraffen zu Magdeburg unsfern gnädigsten Herren / ihr gnädigste dispensation in diesem fall unterthänigst anzusuchen wol befugt/ D. R. W.)

III † ad consultationem Superintendentu Haymer, für die 17. Iunii Anno 1609. (Verba Sententie: Ob wol Anna Jacob L. des jüngern Sohnes von Peter S. geschwängere / und dahero Morbus R. von il rloß gesprochen worden: Dieweil sie aber doch gedachten Peter S. mit Blinfreundschaft im andern Glied gleicher Einten verwandt / und mit ihm Geschwister:

Schwäster Kinder ist; So mögen sie ohne vorgehende unsers gnädigsten Herrn dispensation und nachlassung in diesen Landen nicht getraut/ noch darinnen wesentlich geduldet werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CXIV.

Idemque obtinet in affinitatis gradu secundo linea æqualis, quoad matrimonium cum patruelum vel consobrinorum viduo viduâ-
que contrahendu n.

S V M M A R I A.

1. Eadem graduum computatio, & prohibitio matrimonii in consanguinitate & affinitate.
 2. Dispensationi locus est in gradu secundo affinitatis linea æqualis.
 3. Inter consobrinos & patruelos matrimonium
- E**X quo in affinitate pariter & consanguinitate una eademque est graduum computatio, unaque & eadem prohibitio matrimonii, supr. Defin. 88. Joh. Gerhard. in loco de conjug. §. 336. Joh. Schneidvvin. ad tit. Inst. de nupt. Rubr. de arbore affinit. n. 9. non potest † non firmiter inferri ex dictis Defin. præced. in gradu quoq; affinitatis secundo linea æqualis dispensationi locum fore dandum, & annuendum contrahere volentibus sponsalia cum patruelum, vel consobrinoru viduo viduâque vel cum defuncti conjugis patruelibus aut consobrinis. Etsi † enim hisce in provinciis & Ducatibus Saxoniciis, nec no plerisq; in districtibus Principum ac Ma-

Ita Consistorium Supremum ad requisitionem McCoel VV. zu Z. die 20. April. Anno 1607. (Ver-

ba Sentent. Ist Peter K. Mutter eners Vaters leibliche Schwester gewesen; So wird auch desselben nachgelassene Witwe/ weil sie auch im andern Glied gleicher Linien der Schwägerschaft verwandt ist/ ohne sonderbare des Churfürsten zu Sachsen und Burggraffen zu Magdeburg/ unsers gnädigsten Herrn vorgehende gnädigste dispensation und nachlassung (darumb auch denn unerhönt anzusuchen unbekommen) zu behalten in Seiner Churfürstl. Gnaden Landen nicht verstauet/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Günther von Bünauens zum Lewen und Hirschstein die 9 Sept. Anno 1613. (Verba Sentent. Mit Wenzel Schmieden aber ihres vorigen Mannes Mutter Schwester Sohn mag sie ohne vorgehende dispensation der Evangelischen Stände im Königreich Böhmen sich verbindlich nicht einlassen noch die Ehe bestehen/ V. R. W.)

Nec † non Superintendentis Dresdensi, & VVolffgango Theodorico à Grünrad zu Seiffersdorff die 18.

die 18. Febr. Anno 1619. (Verba Rescripti: Demnach wir auff anderweit George S. deo-
münig suppliciren, dispensiren und geschehen lassen/ daß er mit seines Vaters Brüder
Sohnes Wirthen/ welche er stetschlichen erkant/nun mehr ehelichen getrauet werden
möchte; Als ist an stat Seiner Churfürstlichen Gnaden unser begehrten / Ihr der
Superintendent wöllet erweten Personen/weil sie geringes vermögens seyn sollen/
ernstliche verwelsung ihun / nachmals gegen erlegung und ins Ober Consistorium für
verschickung der dispensation gebühr die copulation ohne gepränge anordnen/ &c.)

DEFINIT. CXV.

Admittitur quoque dispensatio in gradu tertio consanguinitatis linea
inæqualis: modò non interveniat respectus paternus:

S V M M A R I A.

1. Quo remotores personæ in gradu, èd facilitior est dispensatio in nuptiis.
2. Obtinet ergò dispensatio in gradu etiam tertio consanguinitatis linea inæqualis.
3. Quia hoc in gradu saltem jure provinciali nuptiae sunt prohibite.
4. Dispensatio reservanda hoc casu Serenissimo Saxonia Electori.
5. Notabilis limitatio huius assertionis.
6. Veluti in matrimonio cum patruo, amitâ & materterâ &c. magnis.
7. Quo in gradu ha personæ constituta.
8. Nuptias hoc casu impedit respectus paternus.
9. Qui non solum in jure civili & provinciali fundatur.
10. Sed etiam in jure divino.
11. Responsum Consistorii Supremi.
12. Eiusdem Sententia, n. 13. 14.

Quod in remoto consanguinitatis gradu nupturientes sunt constituti, èd faciliter procul dubio dispensationem impetrare poterunt, quia in gradu remoto tanta non est proximitas sanguinis, quæ in gradu propinquiore. Postquam t ergò dispensatio obtinet in gradu consanguinitatis secundo linea æqualis, Defn. 113. quidni etiam admitteretur in gradu tertio linea inæqualis si scilicet cum parentum consobrinis vel patrue libus quis nuptias contrahere velit, t quæ solo jure provinciali sunt prohibitæ, supr. Defn. 79. ut hinc prohibitio juris divini dispensationi impedimento haut sit; edque minus, t quod verbis expressis à Serenissimo Saxoniæ Electore fuerit sibi reservata in Edicto speciali sub dato Dresden 21. Maij, Anno 1625. §. Und zwar verb. Die ihm im dritten grad ungleicher Linien befreundet. juct. verb. final. Daran ob und wie wir gnädigst dispensiren wollen, unserer resolution erwarten...

Limitatam tamen velim hanc assertiō-
nem t eo casu, quo respectus magis pater-
nus, quam propinquitas ipsa in gradu ter-
tio linea inæqualis matrimonium impe-
dit, puta t si quis patruum, avunculum, a-
mitam & materteram magnos, h. e. avi a-
viæq; fratrem vel sororem connubio sibi
jungi petat. Etsi enim t ha personæ non
minus sint constitutæ in gradu tertio li-
nea inæqualis secundum computationes
juris canonici, quæ in causis attendit
matrimonialibus, supr. Defn. 75. attamen
alia adhuc causa matrimonii impeditiva
hic accedit, t nempe honor & respectus
paternus, qui & in gradu quarto ac remo-
tiori impedimento est nuptiis: siquidem
uno qui distant gradu à stipite in linea
collaterali, inferioribus ex altero latere
existentibus, loco parentum sunt haben-
di, t non solum de jure civili & provin-
ciali, §. item amitam. §. Inst. de nupt. l. 17. §.
ult. l. 39. ff. de rit. nupt. l. 17. C. de nupt. Ordinat.

Eccles.

Eccles. & marim. tit. Von Ehesachen Rubr.
Welchen Personen sich in Ehe gelobt haue/
9. die Personen welche seithalber ibi: Weil
10. dieselbe der Eltern stat halten. sed etiam in de
jure divino. Levit. 18. vers. 12. 13. 14. Genes.
37. vers. 27. ut probatum dedimus supra

Defin. 80. nu. 7. & 8. Quod si ergo contra
jus divinum nulla est admittenda dispensa
tio. supr. Defin. 109. non certe indulgen
dum ius, qui casu hoc veniam nuptiarum
perunt. Quâ de re plenius dict. Defin. 80.

Ita † Consistorium Supremum ad consultationem V Vilhelmi Leidels, die 10. Ianuar. Anno 1620. 11
(Verba R. spissi: Auf eure an uns gehane frage/ ob einer seiner Mutter Schwester
Tochter Tochter zur Ehe nehmen und haben könne/ und wie es in dergleichen fällen in
höchstgedächtnis unsers gnädigsten Churfürsten und Herrn Landen gehalten werde/
mögen wir euch zum begehrten bedenken nicht verhalten. Ob wol in berührtien fall
in Gotts heiliger Schrift und Kaiserlichen Rechten die Ehe nicht verboten;
So wird doch ohne sonderbare unsers gnädigsten Herrn dispensation solche vereheli
gung in diesen Landen niemand verstatet. Es wird aber auß vorgehendes eines oder
beider theil unerhängstes suppliciren dergleich in dispensation gemeinglich bewilligt/
und seyn euch zu willfahren erbötlg.)

It. † ad requisitionem Hansen V. zu B. die 5. Novermbr. Anno 1628. (Verba Sentent. Ob gleich 12
die Ehe zwischen eu h und eurer Mutter halbbrüder Bruders Tochter Tochter den
Götterlichen und natürlichen Rechten nicht zuwieder ist. Dieweil aber doch solchein
der bey diesen Landen publicirten Ehe und Kirchenordnung verboten; So wird auch
ohne der Landesfürstlichen Obrigkeit dispensation dergleichen verlöbnis und trauung
nicht verstatet und nachgelassen/ V. R. W.)

Et † Georgii Langenvirths Superintendentis Haynenis die 29 April. Anno 1607. (Verba Sentent. 13
Dieweil die Ehe im dritten Glied ungleicher Linien der Blutsfreundschaft in diesem
Chur- und Fürstenthumb verboten; So wird Hansen R. das mit seines Vaters
Schwester Tochter Tochter gehaltene Ehegelöbnis ohne vorgehende des Churfür
sten zu Sachsen und Burggraff zu Magdeburg gnädigste dispensation durch den
Kirchgang zu vollziehen nicht verstatet/ V. R. W.)

Ne et non ad petitionem D. Pauli Laurentii Superintendenti Dresdensis, Menso Augusto, Anno 1610. 14
(Verba Sentent. Dieweil in Götlicher heiliger Schrift und Kaiserlichen Rechten
die Ehe im dritten grad ungleicher Linien dem Geblüte nach nicht verboten/ und aber
Elsa H. Gregor B. als dessen Mutter Bruders Sohnes Tochter in solchem gradu
verwand; Sollt der Churfürst zu Sachsen und Burggraff zu Magdeburg unser
gnädigster Herz auß der Parthenen unerhängstes suppliciren dafs zu dispensiren
wol besugt/ V. R. W.)

D E F I N I T. C X V I .

Neque in affinitatis gradu tertio linea inæqualis de dispen
satione dubitandum.

S V M M A R I A .

- | | |
|--|--|
| 1. Locum quoque habet dispensatio in gradu ter
tio affinitatis linea inæqualis. | 3. Eadem ratio prohibiti matrimonii in consan
guinitate & affinitate. |
| 2. Quibus ex rationibus & fundamentis? | |

4. Hoc

4. *Hoc in gradu affinitatis solo jure prōvinciali matrimonium est prohibitum.*
5. *Contra solam juris divini prohibitionem non habet dispensatio.*
6. *Adducitur iunctio manus Electoralis hacten.*
7. *Cessat hoc in gradu dispensatio, quando intervenit respectus paternus, num. 10.*
8. *Quando hoc sit. n. 9.*
11. *Rescripta Electoralia. n. 12.*
13. *Sententia Consistorii Supremi.*

Quod de dispensatione dictum Defin. praecepit. quoad consanguinitatem in gradu tertio linea inæqualis, id est quoque ratione affinitatis intellectum cupio, nempe ut locus ei sit in gradu tertio affinitatis linea inæqualis, si quis cum patris vel matris suis consobrini aut parvulis viduâ, vel cum conjugi sive partui, amitæ, avunculi & materteræ neptibus nuptias celebrare velit. ¶ (1.) ob idem itatem rationis in consanguinitate & affinitate, quia, ut sapientius monui, utriusque eadem graduum est computatio, eademque matrimonii prohibicio. can. porro. 5. quest. 5. suprà Defin. 88 Joh. Gerhard. in loco de conjug. §. 336. Johan. Schneidewin. ad tit. Inst. de nupt. Rubr. de arbore affinit. num. 9. Quod tamen ergo in gradu hoc tertio consanguinitatis obtinet dispensatio, utique nec illa in gradu affinitatis eodem est Magistraturi deneganda. (2)

¶ Quin & iolo jure municipali vel provinciali hoc in gradu affinitatis prohibitum esse matrimonium, dedimus probatum suprà Defin. 95. ut nec hinc ambigendum de jure dispensationis, quod à sola tamen juris divini prohibitione excluditur, supr. Defin. 109. Joach. à Beust de sponsal. & matrim. part. 2 cap. 56 Joh. Gerhard. dicto loco de conjugio. §. 346 pag. 510. Casp. Erasm. Brochmand. in art. de conjug. cap. 4. quest. 50. (3.)

¶ Quod & facit Edictum Serenissimi Saxonizæ

Ita tamen Serenissimus Saxonie Elector Consistorio supremo die 20. April. Anno 1611. (Verba Rescripti: 11) Aris angehörter verlesung evers eingeschickten Bedenckens haben wir verstanden/ dass weder in heiliger Schrift noch Kaiserlichen Rechten verboten/ die Ehe in tertio gradu affinitatis linea inæqualis zwischen Personen zuwolzihen / und dahero Christian von S. zu S. mit Jungfräuen Marien von S. seines verstorbenen Weibes Vater halben Bruders Tochter Tochter eine Ehe zuwolzihen bey uns einzig und allein zu

dissensuren und zu bewilligung stehē. Wenn wir dann solches ewer Bedenken un-
gesallen lassen; So begehrēn wir /c. Ihr wollet nummehr ermelten von s. jedoch ge-
gen Erlegung 100. f. mit seiner Vertrauten die Ehe vollziehen zu lassen verstatut
auch was sich dissals gebühret anordnen. Daran vollbringen ihr unsre meining/
wolten wir euch/ denen wir sonst mit Gnaden gewogen /zu gnädigster resolution nit
bergen /c.)

12. Et : † Superintendenti & Praefecto Freiburgicis die 2. Iunii, Anno 1613. (Verba Rescripti: Was
behuns Sigismund R. zu H. seiner mit Georgen R. seines Grossvattern Brüdern
Sohnes hinterlassener Wittben vorhabende vereheligung betreffende/ ante weit in
unterthänigkeit sich erkläret und suchet solches habt ihr auf der Inlage zu vernemmen.
Wann wir dann gestalten sachen nach/ und gedachter Personen gewissen zu hülffe
zukommen/ die Vollziehung solcher Ehe können geschehen lassen; Als begehrēn wirre.
Ihr wollet ihrer proclamation und ehelicher Trauung halber gebührliche Veror-
thun. Damit aber gleichwohl von andern zur nachfolge dergleichen nicht mehr ge-
schehen möge/ vor der proclamation sie 50. f. zur dispensation gebühr erlegen lassen/ und
dieselben anhero in unser Ober Consistorium einschicken /c.)
13. Et † Consistorium Supremum ad consultationem Bernhard S. zu Dresden die 24. Maij, Anno
1608. (Verba Sentent: Habt ihr nach ewers andern Weibes tödlichen abgang/ unwis-
sende der Churfürstl. Sächs. publicien Kriegenordnung und auf Unbedachte mit-
ewers ersten Weibes Mutter Schwester Tochter Tochter/ welche auch seithalben im
dritten Glied ungleicher Linien der Schwägerschaft nach verwandt ist/ ein öffentli-
ches Ehegelübniß vollzogen; So wird dieser Fall auf Zulassung göttlicher heiliger
Schrift und Kaiserlichen Rechtes vor dispensitlich billich gehalten/ D.R.W.)

DEFINIT. CXVII.

Circa dispensationem matrimonii in gradibus prohibitis nihil
refert, an personæ nupturientes ab utroque, vel uno saltē
latere sint conjunctæ.

S V M M A R I A.

1. Distinguunt jura Saxonica inter proximitatem ex uno: & utroq; latere.
 2. Illa gradum facit remotiorem.
 3. At numeriam circa dispensationem matrimonii in gradibus prohibitis?
 4. Dispositio illa Saxonica obtinet saltē in materia successionis.
 5. In matrimonio proximitas sanguinis potissimum attenditur. n.6.
 6. **Q**uem jura Saxonica accuratam faciant distinctionem inter proximitatem ab uno, & utroque latere, illamque ad gradum remotiorem unum extendant,
 7. Et ratio habetur computationis graduum saxonica, non civilis.
 8. Decisio negativa.
 9. Quæ in provinciis Electoratus Saxonici dubio caret.
 10. Lege non distinguente, nec nostrum est distingueri.
 11. Rescriptum Electorale.
 12. Sententia Consistorii Supremi.
- ita ut frater ex alterutro saltē parents conjunctus uno gradu remotior habeatur † fratre utrinque juncto. Landrecht 2 lib. 2. art. 20. ubigloss. & lib. 1. Landrecht art. ibi 3.

ibidem; denn der halbe Bruder tritt in ein glied weiter/denn der vollbürtige Bruder/vix fieri posse dixeris, ut hinc non ambigua redatur † dispensatio in gradibus prohibitibus, & quandoque non necessaria videatur, præsertim in casu quo cum parentū consobrinis vel patruelibus ex uno duntaxat latere matrimonium est contrahendum, siquidem hi ex prædictâ juris Saxonici dispensatione in quarto reperiuntur gradu hanc prohibito.

Sed † quod *suprà* Defin. 81. à nobis dictum, id hec repetitum volumus restrin-
gendarum nimirum esse sanctionem illam
juris Saxonici ad materiā successionis, ne-
quaquam vero trahendam ad causas marri-
moniales, propriea † quoddiniis non tam
graduum numerus, quam sanguinis proximi-
mitas attendatur, §. inter eas quoque 2. vers.
sane. in verb. sive ab eodem patre, eademq. matre
nati fuerint, sive ex altero eorum, &c. † Conſt. E-
lect. 22 ibi: Einander blutschalber verwandt/
eine Blutschande begangen wurd. & Conſt.
23 in verb. Mit verbotenen grad der Blut.

freundſchafft part. 4. quin nec computa-
tionis graduum Saxonice, vel civilis, sed
ſ canonica ratio habeatur, Joh. Schneld.
Win. ad tit. Inſt. de nupt. Rubr. an inter jus
comm. & Saxon quoad computationem graduum
ſit differentia, ibid. Matth. Weseſbec. in
not. lit. c.

Non itaque † petitione dispensationis
exemptæ sunt perlongæ, quæ vel consan-
guinitatis vel affinitatis ratione in gradu
prohibito reperiuntur constitutæ, quan-
tumvis in uno tantum parente proximi-
tas sit fundata: quare & Edictum † Eleſto-
rale de dispensatione verba ponit generalia: die
ihme in andern Grad gleicher, oder im drit-
ten Grad ungleicher Linien entweder be-
ſtrendet oder verſtwägert / &c. nec ullam
facit distinctionem consanguinitatis &
affinitatis ex uno vel utroque latere, ut
hinc nec nostrum sit distinguere, l. depre-
tioff. de public. in rem action. l. 1. §. generaliter. 1.
ff. de legat. praef. Bald. lib. 1. conf. 35. Virgil.
Pingitz. quaſt. 3. num. 4.

Ita † Serenissimus Saxonia Elector Conſistorio Supremo Dresdensi die 15. Auguft. Anno 1612. 11
(Verba Reſcript: Mit der Inſlage hat uns Gabriel von S. zu S. unterthänigſt erſü-
cht und angelanget dieweil er sich anderweit zu verehelichen gemeinet/ die Jungfrau
aber ſeines verſtorbenen Weibes Vatern halben Bruders Tochterkind were/dah wir
hierunter ihm unsre gnädigſte dispensation wiederfahren loſſen möchten. Damit wir
uns nun mit gebührenden Bescheid zu bezeugen haben; So begehrten wir/&c. gnä-
digſt / Ihr wollet uns/ ob in ſolchem fall die dispensation zuläßlich / ewer Gutachten
förderlichſt nebans dem Inſchluss überſenden/daran vollbringet ihr unsre Meinung/
und wir ſind euch ſonſen mit Gnaden gewogen/ &c.)

Et † Conſistorium Supremum ad requisitionem Andrea K. zu D. die 25. Februarij, Anno 1616. 12
(Verba Sentent. Seyd ihr nach Abſterben ewers Eheweibs euch anderweit zu verehe-
lichen vorhabens/ und nachdem ihr ewers Großvaters Schwester Tochter Jung-
frau Anna Marien T. ſo euch im dritten Grad ungleicher Linien verwandt ſt/ ſieb
gewonnen/ habt ihr dieſelbe umb die Ehe ansprechen laſſen/ welche ſich hierzu willig
erſindet laſſen. Ob nun gleich dero Mutter ewern Großvater nur alleine von halber
Geburt verwandt/ und daffen halbürtige Schwester ist: So mag euch doch dahero
ohne ſonderbare Churfürſtliche gnädigſte dispensation die Ehe mit
hemelter Anna Marien T. nicht zugelassen werden.
den V. X. V.)

DEFINIT. CXIX.

Non minus in consanguinitate & affinitate ex fornicatione, quam legitimo matrimonio ortâ, contrahentes in gradibus prohibitis nuptias, dispensatione opus habent.

S V M M A R I A.

1. Proximitas ex fornicatione nuptiis obest.
2. In matrimonio jus sanguinis & pudor naturalis attenditur.
3. A matrimonio vulgo quæstæ abstinentum.
4. Etiam de jure divino.
5. Maximè in provincia Electoratus Saxonici.
6. Opus ergo hoc casu est dispensatione in gradibus prohibitibus.
7. Sententia Consistorii Supremi n. 8.

- 1 **V**ix dubium est, quin consanguineis pariter & affinibus ex fornicatione etiam procreatis nuptias in gradibus prohibitis contrahere haut fas sit,
- 2 postquam † in matrimonio ineundo pudor naturalis & jus sanguinis insipi debat, l. adoptivus. 14 §. 2. ff. derit. nupt. l. non omnes. 144. ff. de Reg. Iur. Andr. Rauchbar. part. 2. quæst. 13. n. 7. † ex quo à matrimonio etiam vulgo quæstæ abstinentum, l. 14. §. 2. l. 44. §. 3. l. nihil. 54. ff. de rit. nupt. l. liberi concubinas. 4. C. de nupt. Joh. Gerhard. in loco de conjug. §. 282. Alber. Gentil. lib. 5. de nupt. cap. 9. Quod non modò juri civili, sed etiam sacræ scripturæ conveniens.

Ita † Consistorium Supremum ad consultationem Ernesti S. zu D. die 22. Jun. Anno 1609. (Verba 7) Sententia: Ist ewer Schwager Nicol B. sich mit Jungfrauen Gertrauden/ Hansen W. Tochter in ein Ehegelöbniss einzulassen vorhabens. Es wird aber berichtet/ daß dieselbe von gedachtes Nicols Grossvatern Bruder in der Ehe gezeuget worden/ und also der Bursfreund schwaffen nach ihm in tertio gradulinea in aqualis verwandt. Döfern sich nun also verheit: So mag diese Ehe ohne sonderbahre unsers gnädigsten Herrn dispensation u. d. zugelassung nicht verstattet werden. (V. R. W.)

Et † ad petitionem Hansen G. zu E. die 8. Februar. Anno 1618. (Verba 8) Sententia: Die weil ihr selbsten berichtet/ daß bemalte Anna S. von ewers Grossvatern Schwester Sohn beschlossen und zu Halle bracht worden/ daß sie auch dergestalt im dritten Grad ungleicher Linien der Schwägerschafft nach verwandt ist; So mag auch die Verhebung mit ihr ohne Thun fürstl. gnädigste dispensation nicht nachgelassen werden. (V. R. W.)

esse in consanguinitate pariter & affinitate, dem onstratum dedimus supra Defin. 82. & 97. † Et minus hac de re dubium est in provinciis Electoratus Saxonici, ob expressam sanctionem in Constitutione provinciali de Anno 1580. in fin. pag. 192. in verb. Ja auch welche etwa ausserhalb der Ehe gezeugte / und deshalb gebüttshalben durch das natürliche Recht miteinander verwant seyn/ unter welchen Personen keine Ehe verbindung noch Vermischung gesch. hen solle. ic † Prohibitibus ergo hoc casu nuptiis, opus utique habebunt contrahentes dispensatione, si proximitas consanguinitatis vel affinitatis connubio obster.

DEFINIT. CXIX.

Ex dispensatione Magistratus in secundo affinitatis genere privignus
vitrici sui viduam, & vitricus viduam defuncti privigni in
uxorem ducere potest.

S V M M A R I A.

- 1. In secundo genere affinitatis conjugium in linea rectâ est prohibitum.
 - 2. Non solum ex causâ honestatis.
 - 3. Sed etiam ob sanctionem juris c. v. l.
 - 4. Quæ ab Electore Saxonia est repetita.
 - 5. Annū hoc casū locum habeat dispensatio Magistratus.
 - 6. Negativam quidam tueruntur sententiam.
 - 1. Dlximus suprà Defin. 101. in secundo etiam genere affinitatis eas inter personas, quæ parentum liberorum vè loco sibi sunt, nupias esse vetitas: Ex quo privignus à vitrici, & hic ruisus à privigni vidua, item privigna à novere; & hæc turus à privignæ viduo abstineret debeat.
 - 2. non solum ob rationem honestatis, t̄ quæ in matrimonio multū attenditur, l. semper ff. de reg. iur. Joh. Schneidvvin. ad tit. Inst. denupt. Rubr. de arbor. affinit. num. 14.
 - 3. sed etiam t̄ propriet expressam juris civilis prohibitionem in l. uxorem. ff. de rit. nupt. l. non facile. 4. §. hoc itaque 7 ff. eod. tit. quæ sanctione t̄ Electorali manifestis verbis legitur reperita in Confir. provinciali de Anno 1557. sub Rubr. Folget nun von Persohnen und Graden so von wegen der Schwäger, schafft zu eheligen verbotten / pag. 185. 186. & 187.
 - 5. At t̄ nonn̄ Magistratus vel Princeps hoc casu saltem dispensare, & prædictis personis veniam ac potestatem contrahendi matrimonium dare poterit? Negativa t̄ opinio videtur placuisse Joh. Gerhardo in loco de coniug. §. 353. Joh. Majotii in disp. de nupt. c. 13, quast. 2. Zehner. de grad. pag. 110. Casp. Erasm. Brochmand. in art.
 - 7. Quo ex fundamento quæque ex ratione?
 - 8. Refellitur id fundamentum. n. 9.
 - 10. Affirmativa sententia verior; & querer.
 - 11. Consistoria in nostris Ecclesiis affirmativam amplectuntur.
 - 12. Consentit Facultas theologica Rostochiensis.
 - 13. Et Facultas theologica Ienensis.
 - 14. Sententia Consistorii Supremi.
- de coniug. c. 4. quast. 45. non sine fundamento: Quia t̄ personæ hæ sunt invicem loco parentum ac liberorum, ut hinc respectus & reverentia paterna obstare videatur dispensationi: Cūmque jus divinum novitcam privigno, & privignam vitrico jungi matrimonio prohibeat, Levit. 18. vers. 8. eaque prohibitio propter unitatem carnis ad viduam vitrici & privigni extendatur, satis hinc manifestè exclusa videtur dispensatio, quæ contra jus divinum locum non habet, suprà Defin. 109. t̄ Sed vereor, respectum paternum & prohibitionem divinam nimium extendi; quod si concederetur, non malè forsitan ex rationis identitate, unione scilicet carnis inter coniuges, & quartum ac quintum affinitatis genu singi posset, & sic t̄ in infinitum usque prohibitio divina extenderetur; quod absurdum pariter esset, & favori nuptiarum adversaretur.
- Negamus ergo, matrimonium t̄ prædictis personis ita esse interdictum, ut locus haut sit dispensationi, quam in Ecclesiis Augustanæ Confessionis Consistoria hoc casu admittunt, Joach. à Beust. deponsal. & matrimon. part. 2. quast. 13. t̄ Ejusque rei fidem facit consilium Consistorii VVittenberg

super hac questione, in verb. Der ander Fall aber/ob einer seines Stieffsohns Weib zur Ehenahmen möge/ ist noch zweifelhaft. ger. iunct. verb. Dad weil dann hierinnen die canones à civili jure diserepiren; So were diesen Sachen mit einer Constitution oder gewissen Ordnung zu helszen. Das ist aber gewiß/ daß solche prohibito, welche ratione honestatis publica geschehen/ per dispensationem kan erlassen werden. Derowegen haben wir ob publicam honestatem die Eheverlöbniss anderer Gestalt nicht/ denn mit Zulassung der hohen Obrigkeit für kräftig erkandt. apud Georg. Dedekenn. vol. 3. consil. theo-

log. lib. 3. sect. 6. num. 3. fol. 397. † Cui ad-sentitur Facultas Theologica Rostochiensis in consilio. Ob man seines verstorbenen Stieffvatters Weib eheligen/ und wann solches geschehen/ behalten möge? in verb. final. Doch were hierbey unser Rath/ daß

gedachter Heinrich N. auch bei unsrer gnädigsten Landesfürsten oder dem general Superintendenten umb dispensation diffals mehrer Versicherung halben Ansuchung thäte. apud Georg. Dedekenn. dict. sect. 6 n. 10 fol. 399. † Nec non Facultas Theologi. 13 ca Jenaensis in consilio. Ob einer seiner verstorb. henn Mutter Stieffvatters hinterlassene Witwe freyen möge in verb. Das demnach einiges Verlohn in Gottes Wort aufgedruckt/ uns nicht bewußt/ dadurch dergleichen verschwágerte Personen sich mir ein. ander zuverehlichen abgeschrückt werde/ wir zwar der Meynung seyn/ wosfern das Ehegeröbniss und Aufsichtung nicht auf sonderbarer Gefährung und in prejudicium Magistratus bescheiden/ daß die hohe Obrigkeit hierinnen zu dispensiren befuget sey/ re. apud eundem dict. fol. 399. n. 9.

Ka † Consistorium supremum ad requisitionem Pauli S. in B. die 27. Iulii Anno 1616. 14
(Verba sentent. Nach deme aber bemeltes einer Eheweis Anna gleichesfalls mit Todte abgangen/ seyd ihr mit Sabinen s. einer Witwen/ derer Mann ewer leibliche Mutter zuvor zur Ehe gehabt/ und also ewers Stieffvatters Witub ist/ anderweit zuverehligen vorhabens. Wiewol nun selbige Person sezerwuhter trassen euch nur in secundo genere affinitatis verwandt. Dieweil sie aber gleichwohl ewern Stieffvatter zur Ehe gehabt/ dahero zwischen eu h solche Heirath nicht wol ohne sonderbahres ärgerlich vollbracht werden mag; So seyd ihr demnach euch dieses Verlöbniss zu erhalten und davon abzustehen schuldig. Es were denn/ daß der Churfürst in Sachsen und Burggraff in Magdeburg ic unser gnädigster Herr auf ewer unterthänigstes ansuchen hierinnen gnädigst dispensiren und diese Ehe versattan wolle/ solches heritet ihr euch diffals zu ersperren. D. R. W.)

D E F I N I T. C X X .

Dispensationi quoque locus est in nuptiis cum conjugiis de-natæ fratri viduâ contrahendis.

S V M M A R I A .

1. Casus hic refertur ad secundum genus affinitatis.
2. In quo nuptiae haut prohibentur.
3. Veitæ tamen sunt nuptiae cum conjugiis denata

- fratris viduâ.
4. Ex quibus ex causis remisive?
5. Dispensari nihilominus potest hoc casu à Magistratu.
6. Ex

6. Ex observantiâ Consistoriorum Evangelicorū.

7. Probatâ à Theologis & Icti VVittebergensi-

bus. num. 8.

9. Nec non Consistorio Dresdeni.

10. Rescripta Consistorii Supremi. n. 11. 12.

- E**TG calus hic matrimonii ad secundum affinitatis genus refertur, quod explosâ juris pontificii sanctione in c. & hoc quoque 35. quest. 2. & 3. impedimento hodie nuptiis t̄ haut est, cap. quod super extr. de consanguin. & affin. Didac. Covarr. de matrimon. part. 2. cap. 6. §. 7. n. 2. Johan. Schneidvñ. ad tit. Inst. de nupt. Rubr. de arbore affin. num. 11. vers. sed hodie t̄ attamen cum conjugis denatae fratri viduâ matrimonium iaire haut licet, Balthas. Menz. intr. de coniug. pag. 80 & 81. Ioh. Gerhard. in loco de coniug. §. 356. Ioh. Major. in diss. de nupt. cap. 13. quest. 3. num. 59 & seqq. Caspar. Erasm. Brochmand. in art. de coniug. cap. 4. quest. 47. Albert. Gentil. lib. 5. de nupt. cap. 13. in fin. t̄ Causas hujus prohibitionis recensuimus supr. Defin. 102. quas h̄c repetere supersedemus.
- Dispensari autem benè potest t̄ in casu hoc matrimonii, siquidem nulla ex ea prohibitio expressa ejusmodi nuptiarum in jure divino, quid ergo obstat, quod minus facultatem dispensandi tribuamus.
- Magistratus? supr. Defin. 110. accedente t̄ observantiâ Consistoriorum Evangelicorum. Idque ed magis, quia jam facta promissione efficacie quidem matrimonium hoc dissuadendum existimaverunt.
- t̄ Theologi & Icti VVittebergenses, attestante loach. à Beust. de spons. & matrim. part. 2. cap. 55. ubi ait: Ne autem per hoc detur hominibus imperitis occasio committendi incestum, iudex debet in casu

suprà dicto, quando res est integra, has personas graviter admonere, ut à talim matrimonio abstineant propter scandalum. Si verò res non esset integra, sed celebrata jam fuissent sponsalia, vel alias efficax promissio inter has personas facta, tunc eis sine dehortatione & admonitione posset hoc matrimonium permitti. Et ita t̄ re deliberata concluserunt Theologi & Inrisperiti VVittebergenses Anno 1553. secundum quam deliberationem postea in casu de facto contingente responsum fuit. Hactenus Beust. Quo cum convenit plane Consistorium Dresdense in Responso super t̄ eiusmodi casu: das: dissals die Ehe unter diesen Persohnen / so in secundo genere affinitatis einander verwandt / nichē verboten / sondern zulässlich. Weil aber der gemeine Mann sich hierinnen ärgern / und zur Blutschande Anleitung nehmen möcht, se; So seyd ihr schuldig / wann die obgedachte Persohnen noch zur Zeit sich ehelich und verbündlich nichē versprochen hetten/ sie mit allerley ernstlicher Vermahnung von solchen ihren Vornehmen abzuhalten. Wosfern sie aber sich miteinander allbereit verbunden / so würde ihnen die Vollziehung anss vorgehende der Kirchen Aufgebot durch Christlichen Richter und eheliche Bewohnung billich erlaubet gesattet / und nachgelassen apud Georg. Dedekenn. vol. 3. consil. theol. lib. 3. sect. 6. num. 29. fol. 409.

Ita t̄ Consistorium supremum Superintendenti Dresdensi die 19. Septembris Anno 1618. (Verba 10
Rescripti: Auf George N. Bürger zu Dresden supplication, wegen seiner Verehelichung mit seines verstorbenen Weibes Bruders Witben Annen S. wird dieser Beschluß gegeben: Da weil Supplicant die dispensation Gebühr allbereit entrichtet; Als wird der Herr Superintendent allhier seiner proclamation und copulation halber Verorzung zu thun wiffen.)

11. Et: † Superintendenti & Senatu Osseensi die 12. Septembr. Anno 1614. (Verba Rescripti: Uns ist ewiger eingeschickter Bericht in Ehesachen Barthel s. und Annen s. seines vorigen Welbes Brudern Wittbe bey euch betreffende / gebührlichen vorgetragen worden. Wann dann diese Personnen albereit sich öffentlich verlobet; Als lassen wir es dar, bey bewenden/und ihr der Superintendenten werdet gegen entrichtung s. thaler dispensation gebühr uns Ober Consistorium die Gebühr anzuordnen wissen/ rc.)
12. Et Superintendenti Pirnensi die 1. Novemb. Anno 1620. (Verba Rescripti: Wir haben ewern ein, geschickten Bericht die Verheiligung zwischen Christoff N. und seines verstorbenen Weibes Bruders Wittben betreffende/ verlesen hören. Wann wir dann gestalten Sachen nach solche Verheiligungz permittiret und zugelassen; Als ist an statt des Churfürsten zu Sachsen und Burggraffens zu Magdeburg ic. unser Begehrn/ ihr wollet auf der Suppli anten ansuchen / die begehrte proclamation und copulation gebührlichen anordnen rc.)

DEFINIT. CXXI.

Sponsam fratris defuncti, & sponsæ denatæ sororem ut quis
ducatur, Magistratus dispensare potest.

S V M M A R I A.

1. Sponsam fratris, & sponsæ sororem ducere haut licet.
2. Persona desponsata vocantur coniuges.
3. In nuptiis ratio honestatis publica habenda.
4. Num hoc in casu liceat Magistrati dispensare?
5. Negariv aplacet Facultati theologica Rostochiensi & quibusdam aliis. n. 6.
7. Sed & alij affirmativam amplectuntur sententiam.
8. Quæ & verior: & quibus ex fundamentis? sum. II.
9. De sponsata persona propriè non sunt coniuges.
10. Quod probatur ex autoribus.
12. In quam sententiam etiam transit D. Iohan Gerhard. n. 13.
14. Et amplectuntur eam Consistoria Electoralia Saxonica. n. 15.
16. Sententia Consistorii Supremi.

A Bltinendum esse à matrimonio cum sponsa fratris defuncti, Sponsæque defunctæ sorore, diximus supra Defin. 107. non solum quod per nudam desponsationem affinitas si non sit consummata, attamen jam inchoata, † unde sponsus judicio Dei maritus censetur, & sponsa pro uxore habetur, Deut. 22. vers. 24. Matth. 1. vers. 19. & 20. sed etiam quia honestas publica nuptiis hisce obstat, cuius † ratio maximo perte hic est habenda, 1. semper. in coniunctionibus. 42. ff. derit. nupt. 1. semper. 197. ff. de Reg. jur. Alber. Gentil. lib. 5. de nupt. cap. 13.

4. † Quid verò si nupturientes dispensationem petant, num iis venia à Magistratu

vel principe danda erit? Potestatem dispensandi hoc calu non competere respondit † Fa. ultas theologica Rostochiensis in decisione questionis: Ob einer seines verstorbenen Bruders Braut zur Ehen schmen könnte, sub dato 16. Febr. Anno 1616. hisce verbis: sollte aber Magistratus politicus hierüber zu dispensiren unerhänglich ersucht werden/ müste man zuvor im Gewissen ver sichert seyn / daß diese Meinung / von dess Brudern Braut nicht zu eheligen / nur schlecht iuris positivis were/ welches viel anders auf der heiligen Schrifft / wie zuvor erwiesen ist abzurüchnen. Auch mögen endlichen keine exempla wie scheinlich auch dieselben seyn

- seyn fōnten / in contrarium gelten / wie un-
zweifelhaftig war / Non exemplis, sed legibus
esse judicandum, apud Georg. Dedekenum
vol. 3. consil. theolog. lib. 3. sect. 2. tit. 2. nu. 4. fol.
6 352. † quam in sententiam etiam inclinat
Balthas. Menz. in tract. de coniug. p. 131. &
Casp. Erasm. Brochim, in art. de coniug. cap.
4. quest. 42.
- 7 Econtra † verò, quod dispensationi
Magistratus hoc casu sit locus, tueruntur
Joach. à Beust de sponsal. & matrim. part. 2.
c. 54. circafin. Ioh. Gerhard. in loco de coniug.
§. 363. in fin. Bezade repud. p. 82. Hem. in tract.
de coniug pag. 125. Quæ opinio verisimilior
8 videtur Consistoriis Evangelicis (1) † Ut
maxime enim in sacrâ scripturâ sponsus
promarito, & sponsa pro uxore habeatur.
Deut. 22. vers. 24. Matth. 1. v. 19. & 20. quin
& sponsa fidem violans adultera dicatur
pœnaque adulterii afficiatur, dict. cap. 22.
Deut. Hos. 4. vers. 13. intuitu tamen matri-
monii mox consummandi hoc sit; nec e-
9 nim despontatae personæ † sunt verè con-
juges, vir & uxor, nec sponsalia (solo in-
dissolubilitatis casu excepto) pro vero ha-
bentur matrimonio, scilicet perfecto &
consummato ut multis dedit Balthas.
Menz. in dissertationula singulari super qua-
stione: Num sponsis ante solennem in Ecclesiâ copu-
lationem & benedictione concubentibus publica
penitentia iuste imponatur, Paul. Cypræ. de
sponsal. cap. 5. & Iohan. Harppr. ad rubr. Inst.
10 de nupt. n. 180. & seqq. † Et verè hinc scri-
bit Gregorius: Divinæ legis est mos,
sponsas appellare conjuges; non quod
jam sint uxores, sed quod à parentibꝫ uxo-
res fieri debeant, in tan. qui despontam. 27.
quest. 2. Nec non Augustinus: Angelus
Mariam conjugem nominavit, quia futu-
ra erat uxor. Et Beda super Levit. Sponsam
Moses dixit uxorem, non quæ tunc erat,
sed quæ futura erat uxor, Harppr. dicto lo-
11 co. n. 180. † Tantum scilicet abest, expres-
- sam juris divini prohibitionē dispensatio-
ni magistratus hoc casu obstat, ut ne per
verā consequentiam inducere eam liceat.
(2.) Eandemque † sententiam compla-
cuisse Dn Ioh. Gerhardo, patescit ex ipsius
literis, sub dato Calend. Decembr. Anno 1635.
ad virum quandam magni nominis perscriptis, in
quibus haec habentur verba: Sponsa in scriptu-
ris voca ut uxor, scilicet promissa, spera-
ta, pacta; & eruditè explicat Cypræus,
cuius sententiam in tomis locorum sum
securus, & ex Theologicis fundamentis
declaravi. Si absolutè & in omnibus spō-
sa esset uxor, sponsus etiam ante nuptias
ei cohabitari posset, esse etiam sponsæ
defunctæ hæres, nec propter alias causas
dissolutiones sponsaliorum fieri possent,
quam ipsius conjugij † Cum nostro Ordin-
ario D. Arumæ hac de re sermones con-
tuli, is præjudicia quædam tetulit, quod
Magistrati in hoc passu permissa sit dis-
pensatio; Vocatur justitia publicæ honestatis:
Ergo non est impedimentum ma-
trimonii contrahendi simpliciter necessari-
um, sed pertinet ad regulam Modestini:
In nuptiis non solum quid licitum, sed etiam
quid honestum, respiciendum. Qua R.V. M. polle prudenter planè singulari,
eligit, quod videbitur commodius, ne
scandala oriuntur, nec tamen bene con-
cordantia sponsalia temerè dissolvantur.
Hacenus Gerhard.
- (3.) † Cùm quo planè conveniunt Cō. 14
sistoria Electoralia Saxon. In der Berath-
schlagung: Ob einer seltnes verstorbenen
Bruders Braut zur Ehe nehmen könne/
quando inquirunt: Diese Frage wird auch eili-
che mahlt in die Consistoria gebracht/die dann
ob publicam honestatem solche Eheverlobnüs
nicht zugelassen/noch vorbeständig in Rech-
ten erkennen/weisen auch die dispensation an
hohe Obligkeit/et c. jundis verbis final. Nach-
dem aber die prohibition allein iuris positivi,

ſe und nicht divinisſt † So hat es keinen zweifel / daß die hohe Obrigkeit (welches die Canones dem Kirchenregiment zulassen) hier innen zu dispensiren berechtigt. apud Georg. Dedeckenn. dict. lib. 3. ſect. 2. tit. 2. num. 6. fol. 352. & 353.

Ita † Consistorium Supremum ad consultationem Pauli N. in L. die 15. Ianuar. Anno 1619. ¹⁶

Verba Sentent. Dieweil aus eingezogener erkundigung ſoviel erschinet / daß euch von Annen/ George F. in s. verſtorbenen Tochter/ und ihren Eltern eine Zusagung der Ehe geschehen; So wird euch zu erhaltenzucht und Erbarkteit/ ohne unsers gnädigſten Herrens dispensation, derselben Schwester zu ehelichen nicht verſtattet. (D. R. W.)

DEFINIT. CXXII.

Ex dispensatione Principis sponsæ quoque defunctæ matrem: ejusvè filiam in uxorem ducere licet; & quæ conditione?

S V M M A R I A.

1. Num dispensatio locum habeat in matrimonio cum matre aut filia sponsa defuncta?
2. Quibus personis nuptia sunt interdicta de jure civili.
3. Et provinciali seu municipal.
4. Accedit etiam respectu paternus. (n. 6.
5. Qui tamen respectus hoc casu redditur dubius.
7. Decisio affirmativa pro dispensatione; & quæ rationes decidendi? n. 13. 14. 15.
8. Quam tuentur Theologi orthodoxæ Religionis celeberrimi.
9. Iudicium D. Hoë hac de quaſione.

Difficilior aliquo modo videtur quaſtio: Num Magistratiſas sit dispensare, ut quis matrem vel filiam sponsa defuncta ducat in uxorem? propter respectum paternum, qui hic intercedit. Præterquam enim quod matrimonii hujus prohibito † expreſſa reperiatur in iure pariter civili, l. ſi qua mihi. 12. §. 1. & 2. & l. adoptivus filius. 14. §. ult. ſ. derit. nupt. † & provinciali in Cons. Electorali de Anno 1557. pag. 188. fac. 2. sub Rubr. Von d. in Brütingam und der Brant / die ſich mit einander öffentlichen verlobet/ re: † vel ſolus ille respectus coniubium impedit cum ſponsa defunctæ matre vel filia quia fuit ſocrus & privigna, dict. l. adoptivus filius. §. ult. verb. finalibus: fuisse enim eam

10. Litera & ſententia D. Höpffneri.
11. Profertur ab Höpffnero objectio.
12. Qua rurſus ab eo diluitur.
16. Iudicium Consistorij Dresdenſis.
17. Sententia Consistorij Lipsiensis hac de re.
18. Cautela dispensationi hoc caſu adhibenda num. 20.
19. Ex coitu etiam illegitimo oritur affinitas.
21. Cautela probata a Dn. D. Hoë.
22. Nec non à Consistorio Dresdenſi.
23. Reſcriptum Consistorij Supremi.
24. Ejudem Sententia.

socrum. ſupr. Defin. 108. Verū enim vero † quemadmodum desponsatio ſola verū, perfectum ac consummatum haud efficit matrimonium, ut diximus, Defin. præced. n. 9. & 10. ita nec verus heic ſub eſt respectus paternus matrimonii impeditivus, quippe † qui non ex desponsatione, ſed mixtione ſanguinis demum oritur.

Hac Ita quæ ratione non obſtante, di- ſpensationi hoc caſu omnino † locum eſſe existimaverim, propriea quod per ſolam desponsationem nec vera affinitas, nec matrimonium fuerit contractum ſecundū tradita Defin. præced. adeoque nec ulla obſtet prohibito divina, quæ diſpensatione temorari queat; Sola enim juris civilis aut muni-

municipalis interdictio vel honestas publica impedimento dispensationi haud est, *suprà Defin. 109. & 110.* Cumq; † quæstio ea in Consistorio Supremo Electorali multum aliquando fuerit agitata, pro dispensatione respôdere haud dubitaverūt orthodoxæ Religionis Theologilongè celeberrimi Dn. D. Matthias Höe ab Höe-negg, D. Joh. Gerhardus & D. Henricus Höpfnerus, omnes piæ memorie & cùm in vivis essent, fautores mei singulares. Ita † namque verba habent D. Höe in consilio desuper dato die 16. Febr. Anno 1636. Ausserinnerung des Eydes / den ich vor 32. Jahren in promotione öffentlich geschworen / daß ich in wichtigen sachen nicht precipitanter und für mich alleine etwas thun wollte / habe ich auch nicht unterlassen / zweyer berühmpter gewissenhaffter und fürireflicher Doctorum Theologie, als Herrn D. Heinrichi Hopffneri zu Leipzig / und Herrn D. Iohannis Gerhardi zu Jihna judicium subbiten / welche dann beede dahin schlossen / daß dieselbe vereheligung wider Gottes Wort und das gewissen nicht sey / sondern von der hohen Obrigkeit könne dispensaret werden. Et rursus. Wann nun extra controveriam, daß dergleichen vereheligung in Gottes wort nicht verbotten / und daß aus unsern Collegio eben in terminis terminantibus die dispensation vor diesem erfolget; So erwartet ich billich / was bey fernrer deliberation das conclusum seyn möchte / sc. Et † quia literæ D. Höpfneri multum declarationis huic rei addunt, verbotenus eas inserere hinc luber, quarum tenor est: Idem casus, quem M. V. mihi expendendum proposuit, heri 27. Nov. ad Consistorium Lipsiense fuit delatus sub nominibus fictitiis, nempe Martini Schäffers Dresdensis, & foeminæ, cuius filia Anna Spieß / vidua viro illi despontata, sed ante nuptias defuncta fuerat. Responsum

est, Magistratus summi dispensationem posse locum habere, quia interdicti divini de non ducendâ locru, ratio desit, quæ est mixtio sanguinis. Nondum enim sponsus cum suâ sponsâ factus fuerat una caro: proinde & mater sponsæ nondum sponsus fuit caro carnis ejus. † Nec obstat ratio, quæ in contrarium afferri potest: Nemo debet socrum suam ducere; At mater defunctæ est socrus sponsi; Ergo matrem sponsæ defunctæ sponsus non debet duce-re. Ut enim sponsalia efficiunt tantum inchoatum matrimonium: † Ita etiam affinitatem tantum inchoatam: Siquidem sponsa nomen uxoris habet, *Deut. 22. v. 23.* & *Matth. 1. v. 20.* ob consensum in matrimonium, non propter usum matrimonii. Et quando *Deut. 22.* sponsa ab alio compresa dicitur esse mortis rea, hoc sit ob violatam fidem, quam sponso dedit, ac servare potuisset, non assentiendo in alienum concubitum. Hic autem sponsus fidem datam servaret sponsæ, si ea in vivis esset, ac matrimonium promissum consumaret. Hinc itaq; concludo: † In quo facto locum non habet ratio interdicti divini, id quoq; hactenus à Deo non est interdictum; Sed cùm quis suæ sponsæ ante matrimonii consummationem obeuntis matrem ducit, locum non habet ratio, propter quam interdictum divinum *Levit. 18* factum est. Ergo cum quis suæ sponsæ, ante matrimonii consummationem defunctæ, matrem ducit, hoc non est à Deo interdictum. Unde proclivis est consequentia: Si hoc non est à Deo interdictum, de illo etiam summus Magistratus dispensare potest. Quamvis enim non immixtus sollicitus sit, ne tale quid facturis promiscue concedat, ac legibus etiam interdic-tat, ob meliorem sanguinis reverentiam; tamen † quia jure potest, interdum di-spensare utile fuerit, ad ostendendam tñm

4 **T**er est siquidem homicidium voluntariè perpetratum grave, atroc, horribile ac detestabile crimen, Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium. § famos. n. 62. ff. de pœn. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 9. n. 4. Prosp. Farinac. lib. 4. tit. 14. in præct. criminal. quest. 119. n. 1. Anton. Gomez tom. 3. y. 111. var. resolut. cap. 3. impr. Tiber. Decian. intrad. de criminal. lib. 9. cap. 17. ¶ quippe quo homo ad imaginem Dei creatus ē medio tollitur, cap. 2. extr. de homicid. & Republica, cuius multum interest homines conservari, iis privatur, l. cum ratio. ff. de bon. damnat. Decian. dict. cap. 17. n. 4. Petr. à Plach. dict. lib. 1. cap. 11. num. 2. in fin. & seqq. Didac. Covarr. var. resolut. lib. 2. cap. 9. ¶ quare & pri- mū habetur in sacris hoc delictum, cui mortis pœna legitur præfinita, Genes. 9. additā ratione, ne terra polluantur, Gen.; 5. Hippol. de Matri. in l. 1. n. 3. ff. ad Leg. Cornel. descar. Didac. Covarr. dict. cap. 9. n. 1. & 2. Et hinc quoque gentes, quæ sapientiæ laude claruerunt, ut Græci, homicidas detestabiles & hominum consortio indignos existimaverunt, quod non tantum terram, sed & eos, qui cum illis commercium haberent, pollui putarent, Xenophon in Hierone. ¶ Quidnisi ergo gravissima judicaretur causa repudii crimen hoc, si præsertim ob id sponsa toto pectore ab homicidâ abhorret, nulloque pacto adduci posset, ut in ejus complexum venia? Cypræ. dict. §. 79. n. 1. in fin. (2.) ¶ Verendum porro, ne si sponsa cogeretur ejusmodi homicide, quem odio prosequitur, cohabitare, matrimonium inquietetur, ac difficilem sortiatur exitum, quod tamen omnibus modis præcavendum, cap. requirit. 17. extr. de sponsalib. ut profecto non possit non justa ac sufficiens causa repudiū hæc judicari, ut talis, ob quam sponsalia rescindantur, cap. ex literis 10. extr. de sponsal. (3.) ¶ Nec quemquam fugit infamia, quæ homicidas comitatur, l. 1. ff. de huius qui notant infam. Atqui expeditum fere est, quod ex delictis, quibus infamia irrogatur, dislovi queant sponsalia, Paul Cypræ. dict. ca. 13. §. 78. Caspar. Erasm. Brochmand. tom. 2. art. de conjug. quest. 32. pag. 1001. Johan. Gerhard. dict. loc. §. 166. pag. 249. (4.) ¶ Addimus & hoc, si Magistratus faciat suum officium, & pœnam mortis in homicidias jure pariter divino & civili statutam exequatur, omne tolli dubium ac impedimentum, quominus sponsa à vinculo matrimonii liberetur. Attamen si vel gratia ex circumstantiis pœnam mitigantibus fiat delinquenti, ita ut in exilium mittatur, vel ipsemet sit fugitus, cui pœna irrogari nequeat, ¶ non certè sponsa injungendum, ut absenti cohabitetur, à quo propter absentiam diuturnam separari potest mediante repudio cap. de illis. extr. de sponsal.

sponsal l. 2. C. tod. tit. Panorm. in dict. cap. de illis. Didac Covarr. in epitom. de sponsal. cap. 5. n. 7. Andr. Fachin. lib. 3. controvers. cap 39. 13. Cumque exilium, in quod quis ob infame factum & facinus mittitur, jure justis-

simo æquatur desertioni malitiosa, utiq^v
vel propterea etiam locus erit repudio,
quia † desertio justa est divorii causa, i. 14
Corinth. 7. vers. 15. Caspar. Eras. Broch-
mand. dict. art. de conjug. quest. 65.

Ha † Consistorium Supremum ad consultationem Superintendens Annabergensis M. Theodori Albini 15
¶ Archidiaconi Michaelis Günthers die 26. Ianuar. Anno 1611. (Verba Sentent. Hat Mit-
tel 8 vor dreyen Jahren sich mit Barbarae/Balthasar B. Tochter in ein öffentlich
Eheverlöbniss eingelassen/bald aber hernach seinen Schmiedgesellen/so ihm freund-
lich im Beite liegende wegen seiner Trunkenheit zugesprochen/ aus lauter Frevel
mit einem Rappier durchs Beite erstochen/dass er alsbald tod liegen blieben darauff
er dann flüchtig/ und von dem Ambe einzuziehen befohlen worden/hat auch vor des-
sen unverschuldeten sachen die Jungfrau und den Vater geschlagen/ und seither in
wehrender Flucht der Jungfrauen nichts zuentbieten lassen/noch sie der versproche-
nen Ehe erinnert; So ist zwar gemelte Barbara gestalten sachen nach ihrem flüchtigen
Bräutgamb außerhalb Landes nachzuforschen/ oder auf sein begehrn ihme
dahin zu folgen/ und die Ehe mit ihme zu vollziehen wieder ihren Willen nicht schul-
dig. Dieweil er aber mit seiner Gegennoturff auch billich zuvernehmen; So wer-
den der Barbara auf ihr ansuchen wieder ihn des verübten Todesfalls und deser-
tionhalber auf dem Obern Consistorio öffentlich edicta und Ladungen billich mitgetheo-
le/ und wosfern er außenbleibet/ oder eines frevelhaftigen mutwilligen Todesfalls
überführt wird/das Eheverlöbniss zwischen ihme und der Barbarae durch fernere er-
kündniss billich wiederumb casaret und aufgehoben/ D.R.W.)

DEFINIT. CLXXIX.

Ob furtum à sposo commissum, quod extraordinariam duntaxat
meretur pœnam, hanc dissolvenda sunt sponsalia.

SUMMA.

1. Non solum homicidium, sed alia etiam cri-
mina causam prebent dissolutioni sponsaliorū.
2. Nisi Reis gratia fiat, vel extraordinaria sal-
tem infligatur pena.
3. Ut in casu culposi homicidii. n. 4.
4. Propter furtum etiam sponsi repudium conce-
ditur.
5. Nisi ob modicum furtum extraordinaria in-
dicatur pena.
6. Quo casu infamia hanc irrogatur.
7. Prohibitio divorciū hoc casu facta à Pontifice
Alexandro III.
8. Nec non ab Impp. n. 10.
9. Sponsalia & nuptie quandoq^v confunduntur.
10. Et promiscua appellatio sponsa & uxoris spon-
si ac mariti.
11. Quod de nuptiis dispositum. id etiam in spon-
salibus obtinet.
12. Sponsalia non minus vinculata quam nuptie.
13. Sententia Consistorii Supremi.

fationis perentem; id † de omnibus aliis
criminibus gravioribus & quibus infamia
pariter & pœna capitalis irrogatur,
accipi volumus, qualia sunt Veneficium,
Parric.

Q uod de homicidio diximus Defin.
preced. propter hoc scilicet à sposo
commisum audiendam fore sponsam, re-
pudium ac dissolutionem factæ despone-

- Parricidium, Larrocinium, Falsum, Robboria, Plagium, &c. quorum rei ultime supplicio vel quandoque fustigatio ne plebuntur. *l. consensu.* 8. C. de repud. Paul. Cypræus de sponsalib. cap. 13. §. 79. num. 3. Johan. Gerhard. in loco de conjug. §. 166. Johan. Harppr. ad Rubr. Inst. de nupt. n. 55. Caspar. Etat. Brochmand in art. de conjug. 2. *quest. 65.* † Nisi ex causâ aliquâ gratia eis fiat, vel saltē ob qualitatem criminis pœna extraordianaria, quæ infamiam hanc conjunctam habet, infligatur; ex quo non indifferenter homicidium à sposo perpetratum causam repudii præbet. Quid enim † si casu cædes commissa fuerit, vel per imprudentiam & culpam absque dolo quis aliquem occidisset, ferro è capulo elaplo, ut Moses Deut. 19, statuit, vel in necessariâ defensione moderamen excessisset, quibus in casibus extraordianis tantummodo pœnæ veniunt irrogandas; ut multis demonstravimus in Præt. criminal. part. 1. *quest. 27. 28. 29. & 30.* Non 4. † certè tum locus dabitur repudio, Cypræus dict. §. 79. n. 2. *in fin.*
- Djudicare hinc quoque licet, quid de furti crimen habendum? Sanè † quia & hoc infamiam infert, *l. i. ff. de bù qui not. infam. l. non poterit 63. ff. de furt. ac mortis pœnam meretur ex Confit. Frider.* & in tit. de pacetenend. 27. §. ult. lib. 2. FF. Ordin. Caroli V. Imp. criminal. art. 159. ubi Matth. Stephan. dabitandum non est, quin causa hinc suppetat repudii. Sed aliud dicendū, 6. † si sposo furi pœna saltē carceris vel relegationis temporalis extraordinaria infligatur, quo in casu à dissolutione sponsaliorum abstinendum erit, ut probatum dedimus *Respons. Electoral.* 115. lib. 5. Nempe quod ratio & causa repudii tum cesset, ultimum scilicet suppliciū & infamia sponsi. Prius tamen expeditum est: posterius inde clarum redditur, quod † judex inde-

listis levioribus arbitriam & extraordinariam decernens pœnam censeatur infamiam remisisse, secundū tradita Matth. Wesembec. in parat. ff. de bù qui not. infam. n. 6. Hartm. Pistor. observat. 177. num. 13. Quis ergo in casu modici furti Reum arbitriariè multam pro infami habendum affereret?

Quam ob causam etiam † Pontifex Alexander III. ob furtū commissum divorcium ac separationē prohibet, quando ait: *Non itaq. taliter respondemus, quod mulier proferto vel alio crimine viri sui ab eo separari non debet. extr. de divorc. † Quò & respexit Alexander Imp. in l. i. verb. matrimonium quidem deportatione vel aqua & ignis interdictione non solvitur. C. de repud. Nec nō Imp. Constanti. in l. res uxoris 24. vers. sī autem aqua & igni interdicendum erit vel deportatio illata, non tamen mers ex pœnâ subsecutā, &c. junct. verb. quia nec matrimonium in huiusmodi casibus dissolvit. C. de donat. int. vir. & uxor. † & Justinian. Imperat. Deportatio tamen, in quam migravit & antiqua ignis & aqua interdictio, quam aqua & igni interdictiōrem vocant nostra leges, non solvit matrimonia, in Novell. 22. cap. 13. Licet enim textus hi non expreſſe de sponsalibus, sed de matrimonio loquantur, neminem tamen latet, contractum sponsaliorum cum matrimonio non raro confundi, & † sub uno alterum quoque comprehendit: nec inepte, quia sponsalia sunt matrimonii inchoatum, licet nondum consummatum, suprà Defin. 130. n. 4. Balth. Mentzer. in libello de conjug. pag. 170. & seqq. Joh. Gerhard. dict. loco de conjug. §. 168. Ex quo etiam † promiscua quandoq; est appellatio 12 sponsæ & uxoris vel conjugis, sponsiq; & mariti, Deut. 22. vers. 24. Matth. 1. vers. 20. Gen. 19. vers. 8. & 14. l. si sponsa. ff. de fundo dotali. l. assidus. §. 1. C. qui potior, in pign. hab. † Et quod disponitur de nuptiis, id etiam in sponsalibus 13 dicitur*

dicitur locum obtinere, l. tutor. §. I. l. oratio. ff. de sponsal. l. cui fuerit ff. de condit. & demonstr. Bartol. in l. cum pater ff. ad Leg. Pompej. de paricid. Albert. Gentil. de nupt. lib. 2. cap. 23. Anton. Natta consil. 282. n. 1. & seqq. Domin. Cardin. Tusch. tom. 7. pract. conclus. lit. S. con- 14 clus. 5. 11. n. 58. † imprimis autem hoc casu, quo agitur de firmitate sponsaliorum, quæ vinculata æquè novimus effato illo di-

vino: Quos Deus conjunxit homo ne se- pararet, Matth. 1. vers. 16. can. quos Deus, 33. quæst. 3. de quo pluribus dixi in citat. Respons. Elect. 115. lib. 5. vid. Balt. Mentzer. in Disput. quæ habuit Giß. super quæst. Num sponsis ante solen- nem in Ecclesia copulationem & benedictionem concubentibus publica penitentia justè impona- tur? Mens. Mart. Anno 1624. th. 4. 5. cuius verba fuerunt adducta dict. Resp. 115. n. 16.

15 Ita † Consistorium Supremum ad requisitionem Michael Kunds Pastoris Waldheimensis, die 25. Novembr. Anno 1608. (Verba Sentent. Hat Thomas N. vor den Gerichten zu Wald- heim nach erlittener zweihäufiger Gefängniss bekant und aufgesagt/dass er daselbst im Bierhause einen Wanderhgesellen/ namens Hans B. welcher allda gezechet und sein blindlein neben sich gehabt/ bestolen/ solcher gestalte/ dass er das blindlein aufge- schnitten/ und daraus strümpfje und anders mehr dieblichen entwendet/ und in einen garten versteckt/ inmassen solches im nachsuchen daselbst gefunden/ und der thäter Thomas N. auf befchlich aus dem Amt Kochitz seiner miss-handlung wegen mit drey wochen Gefängniss und erstattung der Gerichtskosten gestrafft/ und seiner Jugend wegen also losgelassen worden/ Darauff er seiner Braut Christina/ David M. zur Hareha Tochter/ mit welcher er zuvor öffentliche Ehegelöbniss gehalten/ unbegründet sich von dannen weg gewendet/ dass man nicht wissen kan/ wo er hinkommen. Ob nun wol die Jungfrau und ihr Vater ihme die verspochene Ehe nunmehr nit halten wol- len/ sondern der Vater sie Thomas R. anderweit vereheligt/ und allbereit einmahl aussbieten lassen; So ist doch das zwischen Thomas N. und gemeiter Christinen ge- schlossene Eheverlöbniss/ angezogener ursachen und umbstände aller ungeachtet/ noch zur zeit nicht aufzuheben/ sondern es wird dasselbe durch öffentliche trawung und ehe- liche beywohnung billich vollzogen: Do aber N. nicht zur stelle und nirgend anzutref- fen/ mag ihn die Braut Christina durch öffentliche edicta citiren lassen/ und ergehet als denn wegen des intervenienten Thomæ R. serner was recht ist/ V. R. W.)

DEFINIT. CLXXIX.

Annuendum tamen quandoq; dissolutionem sponsaliorum peten-
tibus, si sponsus ex culpa soâ alid migrare, & peregrinum
querere domicilium necesse habeat.

S V M M A R I A.

3. Propter furtum ante sponsalia perpetratum dissolvi sponsalia. improbat Beuf.
2. Error qualitatis non rescindit matrimonium.
3. Quid si dolus accesserit?
4. Dissolutio sponsaliorum iudicii ecclesiastico committenda.
5. Facti species.
6. Decisio Consistorii Supremi. n. 10:
7. Non indulgendum est dolo.
8. Semper exceptus intelligitur dolus.
9. Commoratio in loco peregrino valde difficultus.
11. Sponsalia facilius dissolvuntur quam nu-
ptie.
12. Rescripta Consistorii supremi.

Rigo-

- 1 R igorosus nimirum videtur Joach. à
Beust, qui assertionem nostram Defin.
preced. traditam edextendit, ut nec propter
fatum ante sponsalia perpetratum ea dis-
solvenda existimet, in tract. de iur. connub. par.
1. cap. 10. pag. 12. vers. circa hanc questionem.
- 2 propterea quod † error qualitatis non re-
scindat matrimonium, veluti quando ali-
quis putatur bonus, quitamen est pver-
sus & malus. Quin & ulterius progre-
3 ditur, † & licet dolus aliquo modo inter-
venisset, specialiter tamen ex favore ma-
trimonii contractum sponsaliorum non
rescindi, ait Beust citat. loco.

Nimis rigorosè profectò id dictum,
quo arbitrium judicis ecclesiastici valde
4 restringitur & limitatur, cui tamen † pro-
ratione cause ac circumstantiarum manus
constringendæ haut sunt, quo minus se-
parationem sponsaliorū decernere queat:
Idque ob causam etiam culpæ ac criminis
5 alterius extra casum furti, † Finge enim:
Sponsum delicti alicujus ante sponsalia
perpetrati inculpari, eique propterea re-
ceptionem in Collegium opificum dene-
gari, ita ut aliò migrare & domicilium pro-
exercendo suo opificio peregrinum quæ-
rere necessum habeat; an num sponsa
6 consensu & pace sponsi repudium petens
repulsam feret? Non certe † existimat
Consistorium Supremum, omnes circum-
stantias probè advertens, inter quas mini-
mæ haut sunt (1) dissensus utriusq; partis,
quo casu judex ad dissolutionem semper
est propensor, ac si iavitâ parte alterâ se-

paratio petatur, arg. cap. praterea 2. extr. de
spons. (2) † dolus interveniens, si nempe 7
sponsus culpm , quæ in contrahendis
sponsalibus sibi impedimento esse vide-
batur, celaverit; nec enim indulgendum
est dolo, † qui semper & ubique exceptus
intelligitur, quia consensum excludit, l.
& eleganter 7. in pr. ff. de dolo. cap. quamvis. 2.
extr. de paci. in 6to. cap. cum contingat. 2.8. extr.
de iurejur. Joh. Schneidvvin. in pr. Instit. de
action. num. 25. Fab. de Anna consil. 24. num.
10. (3). Et † emigratio ac peregrino in lo-
co perpetua commoratio, quæ certè diffi-
cillima est conditio, cujus si sponsa noti-
tiam habuisset, nunquam fortè in despon-
sationem consensisset, ut hinc locum in-
veniat Régula illa vulgata: quories acci-
dit casus, qui si tempore sponsaliorū affu-
isset, sponsus vel sponsa procul dubio ma-
trimonium renuisset, toties judicem ad
dissolutionem propensiorem reperiri. Joh.
Gerhard. in loco de conjug. §. 167. pag. 251.
Joh. Harppr. ad rubr. de sponsal. num. 138.
† Quin ergo prædicto in casu dissolutio 10
sponsaliorum rectissimè fuerit concessa,
ambigendum non est, si præsertim & hoc
addamus, † quod sponsalia facilius & plu-
ribus ex causis per repudium, difficultius 11
autem nuptiæ per divortium dissolvan-
tur, Balth. Mentzer. in Dissert. singul. Num
sponsis ante solenn. in Eccles. copulationem &
benedictionem concubentibus publica pœnitentia
justè imponatur? num. 51. Joh. Harppr. ad dict.
rubr. Inst. de nupt. n. 121.

Ita † Consistorium Superiore & Consuli Misnensi die 13. April. Anno 1614. 12
(Verba Rescripti: Wir haben ewern des Superiore Tendenienten eingeschickten Bericht in
Ehfsachen Georg R. eines S. blossergesellens von Pirna/ und Marthu/ Andreæ B.
nach gelassene Tochter bey euch verlesen hören. Wann dann daraus zu befinden/ daß
gemarter R. wegen einer heil. Brüting auf dem Handwerck nicht befördere wer-
den kan und sich außerhalb Landes zuwenden müllens / daher sie beyderseits der
Ehe halben einander los geschllet. Als begehran an statt ic. Ihr wollen die Parochien
förderlichst vor euch bescheiden/ und wosfern sie die Losloehlung der Ehe vor euch beyden
nieder.

wiederholen würden/ So können wir den so gestaltten Sachen geschehen lassen wann
gedachter R. sich von Meisen und außerhalb Landes begeben wi d/ daß die Martha
in andere wege sich christlich wiederumb verehligten möge und jhi werdet darauf die
Parthenen zugescheiden wissen re.)

DEFINIT. CLXXX.

Dissolvi poslunt sponsalia propter epilepsiam, paralyсин, ali-
umvè morbum contagiosum alterius partis super-
venientem.

S V M M A R I A.

1. Propter lepram & paralyсин conjugium per nuptias consummatum haud dissolvi debet.
 2. Quæ causæ prohibitionis?
 3. Conjuges infirmi & casuum fortuitorum sunt participes.
 4. Sponsalia ob lepram supervenientem dissolvi posunt. num. 5.
 5. Licet sanus cum parte agrotante conjugium velit consummare.
 6. Eadem decisio in epilepsia & aliis morbis con-
 1. Expediit juris est, quod propter lepram, paralyсин, aliosque morbos contagiosos matrimonium per nuptias jam consummatum dissolvi nequeat, nec locus sit divortio, cap. 1. & 2. extr. de conjug. leprosor.
 2. ubi Panormitan. quia multa † eveniunt, propter quæ conjuges coguntur abstine-re, licet absque culpa, non tamen absque causâ, Joach. à Beust. de matrimon. part. 2.
 3. cap. 9. & nihil † est humanius fideique conjugii individuæ convenientiùs, quam ad veræ fortunæ casuumque fortuitorum conjuges ex æquo esse participes, l. si cum dotem §. si maritus ff. solut. matr. l. in patrefus-
tioso. 8. ff. de his quisunt sui vel alien. jur. Beza de a. v. r. pag. 90. & 225. Hemming. in lib. de coniug. Melanchth. in loco de coniug. Henn. Arnst. de jur. connub. cap. 6. sect. 9. num. 1. & 2. Albert. Gentil. de nupt. lib. 6. cap. 18. & 19.
 4. Sed † alia est ratio sponsaliorum, quæ ob lepram supervenientem dissolvi permittit Pontifex in cap. literas. ult. in verb. V-
 - tagiosis.
 8. Fundamenta & rationes hujus assertionis. n. 12.
 9. Vitandi sunt morbi hereditarii, n. 10.
 12. Non facile sponsalia cum agrotantibus contra-buntur.
 13. Circumstantiae ante dissolutionem sponsalia-
rum hoc casu probè sunt ponderande.
 14. Difficile etiam, an morbus sit incurabi-
lis,
 15. Decretum Consistorii Supremi.
- trum si alter eorum lepra morbum incurrat, attinet ad consummandam copulam maritalem compelli debet, respondemus, quod ad eam accipiendam cogi non debet, cum nondum inter eos matrimonium fuerit consummatum extr. de conjug. lepros. † Et si verò textus ille loquitur saltem de sponsalibus de futuro; ex ratione tamen apposita, quod matrimonium ante nuptias consummatum haui sit, ad sponsalia de præsenti bene extenditur à Panormitan. in dict. cap. ult. Joach. à Beust. de matrimon. part. 1. cap. 10. pag. mibi. 15. Paul. Cypræ. de sponsal. cap. 13. §. 65. Beza de repud. pag. 90. usque ad eum † ut si vel maxima è sanus cum leprolo matrimonium, nullà lepræ ratione habitâ consummare velit, à Magistratu tamen id permittendum non sit, ne contagium latius serpat ac propagetur, Joh. Gerhard. in loco de coniug. §. 167. pag. 250 Cypræ. dict. loco.
- † Nec aliter res sece habet in epilepsia; paralyсинue gallicâ, aliosque morbis conta-giosis

giosis gravioribus & insanabilibus, qui si post contrafacta sponsalia supervenerint, pars altera sana ad cohabitationem & matrimonii consummationem compelli non debet, Paul. Cypræ dict. cap. 13. §. 66. Durand. lib. 4. dist. 27. quest. 3. Hemming de coniug. fol. 165. Joach. à Beust. dict. cap. 26. Balth. Mentzer. de coniug. pag. 177. & 178. Johan. Schneidvvin. ad tit. Inst. de nupt. Rubr. de divort. num. 52. Joh. Hatpprecht. ad rubr. Inst. de nupt. num. 55. Casp. Erasm. Brochmand. in artic. de coniug. quest. 37. Idque (1.)

8 † ob rationis identitatem, cum idem fere periculum ex morbis illis contagiosis, quod ex lepra immineat, ut nempe in liberos deriventur; quæ vel unica causa sufficit, ut ejusmodi conjugia interdicantur, ne malum universæ Reipublicæ damno maximo latius serpat, Brochmand. dict. quest. 37

9 † Magis enim est providendum, inquit Vives, ne quo laborent morbo, ex iis, quos Medici hereditarios vocant, qui à parentibus in libero transfundantur, inter quos foedi nonnulli, & qui officia vita impedunt. Errursums † Quam enim dulcissimum est genuisse, tam est acerbissimum ridere liberos gravi morbo afflictos, quem saepe optemus si fieri posset, in nos translatum potius, quam in illis tanto cum dolore nostro aspicerem &c. in libello de offic. marisi. (2.) † Cumque easit morborum illorum turpitudo & ve-

hementia, ut alter alterius congressum refugiat & exhorrescat, merito audiendus est is, qui à pronissione dicitur cedere cupie, siquidem nulla corporum communicatio accederit, ut hinc rationem dict. cap. ult. extr. de coniug. lepros. benè ad morbos contagiosos alios præter lepram extende re liceat, Cypr. dict. §. 66. impr. (3.) † Quis etiam dubitet, si ante sponsalia epileptia vel alias ejusmodi morbus unum ex contrahentibus invasisset, sanum ut ea cum ægroto contraheret, sibi persuaderi haud passum fuisset; quare non ergo ob morbum illum post sponsalia supervenientem rursus illa dissolverentur? vel saltem ex regulâ, quæ hoc casu repudium admittit, de quibus Desin. præced. num. 9.

† Sed licet hæc ita se habeant nunquam tamen judex ad dissolutionem sponsaliorum accedit, priusquam prudenter consideraverit circumstantias ac si utraq; pars in matrimonii consummationem sponte consentiat, nequaquam ea prohibenda erit. † Est portò tutissimum, ante dissolutionem sponsaliorum ob quosdam morbos contagiosos & abominabiles tempus aliquod curationis præstire, ut certò constet, morbum illum esse insanabilem, & ex tali conjugio tristes metuendos exitus, Ioh. Gerhard. in loco de coniug. §. 167.

II. † Consistorium Supremum in causâ Heinrich R. zu Z. an einem / Künigunden / Daniel 15
 E. Tochter daselbst andertheils betreffend die 27. April. Anno 1621. (Verba Decret. Auf Bericht und Fürbitungen in Ehesachen Heinrich R. zu Z. an einem / Künigunden Daniel E. Tochter daselbst am andern theil / geben Präfident, Räthe und Assessores im Obern Consistorio zum Bescheid: Dieweil auf des Superintendanten zu Chemnitz / und dess Schössers zur Augsburg eingeschickten Bericht zu befinden, daß gedachte Künigunda wegen der hinfallenden Sache zum Ehestande unsüchtig worden, daher beyde Theile von ihrem Ehegelebniß hinwieder abzusehen, ihr in zu erläuben instan dig gebeten. So wird bey gestalten Sachen ihrem suchen nicht unbillig statt gegeben/ darnach Sie sich machen; V. R. W.)

DEFINIT. CLXXXI.

Nec non ob vitium corporis, mutilationem & clauditatem
membri post sponsalia supervenientem.

S V M M A R I A.

1. Morbi curabiles non prabent causam repudio sufficientem.
2. Quid de mūlitatione membra & vitio corporis habendum?
3. Nullum hic metuendum est contagium.
4. Concedenda tamen quandoq; dissolutionis sponsaliorum.
5. Quibus ex causis & fundamentis? n. 8.
6. Adducitur sanctio Pontificis ex jure canonico, num. 7.

MOrbi itaque contagiosi causam præbent repudio ac dissolutioni sponsaliorum sufficientem, *Desin. preced.* † Secus te se habet in aliis morbis, qui facile curari possunt, *Paul. Cypræus de sponsal. cap. 13. §. 67.* Quid verò † si quis post contracta sponsalia claudus, surdus vel mutus fiat aut in corporis vitium incidat tale, quod non modo deformitatem insignem afferat, sed etiam impedimento sit operis ac laboribus, quibus alimenta comparari possunt?

3. † Non equidem hoc casu à contagio quid metuendum, quin & claudi ad conjugalem consuetudinem idonei sunt ac neminem inficiant? Attamen si petatur separatio, nec sana pars ad consummationem matrimonii ullis persuasionibus adiungi queat, † dissolutionem sponsaliorum non denegandam existimaverim cum *Paul. Cypræ. dict. cap. 13. §. 68. Joh. Harppr. ad rubr. Inst. de nupt. n. 55. Joh. Schneidvvin. ad tit. Inst. de nupt. Rubr. de divorc. n. 51. vers. idē intelligitur de qualibet aliâ enormi deformitate.*

5. (1.) † Semper enim providendum, ne matrimonium difficilem sortiatur exicum, *cap. requisivit 17. extr. de sponsal. Joh Harppr. dict. rubr. Inst. de nupt. m. 135.* & aevitan-

9. *Clausula (Rebus sic stantibus) inest omnibus actibus. num. 10.*
11. *Clausula hujus vis & effectus quinam?*
12. *Ponderande tamen sunt circumstantie, & cautè procedendum in dissolutione sponsaliorum.*
13. *Facilius permittitur repudium, in quod utraque pars consentit.*
14. *Sententia Consistorii Supremi.*
15. *Ejusdem Decretum.*

dum majus malum toleranda potius est fideli datæ violatio, quam matrimonii coactio. At fieri vix potest, ut non metuendus sit exitus conjugij tristis, si quis eam ducere compellatur, à qua ob insignem ejus deformitatem abhorret. (2.) † *Quò & facit Rescriptum Innocentii III. Pontificis in cap. quemadmodum si vir. 25. vers. Quod si post hujusmodi juramentum mulier fieret non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos, vel nasum amitteret, vel quicquam ei turpis eveniret: numquid vir teneretur eam ducere in uxorem?* *Profecto ductam non posset dimittere. Sed numquid non ductam admittere teneretur? Quamvis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum exir. de jurejur.* † Ex quo perspicuum, dissolutionem sponsaliorum hoc casu Pontifici adeò videri licitam, ut nec juramentum super desponsatione præstitum eam impedire posse, arbitratus fuerit: Multò magis igitur hoc afferendū erit de sponsalibus non juratis. (3.) † Nec deficit ratio dissolutionis, quia sponsalia sub hac conditione censentur celebrata, si res & conditio personæ in eodem permanerit statu, *Paul. Cypræ. dict. cap. 13. §. 67.* veluti etiam aliás omnibus inest clausula † *(Rebus sic stantibus) l. cum quis. 38. ff. de*

ff. de solut. lason in l. quod Servius. 8. ff. de conduct. caus. dat. caus. non securā n. 18. Octav. Cacheran. decisi. 9. n. 2. Andr. Tiraquell. in l. si unquam, in præsat. n. 130. & 167. C. de revoc.
 10 donat. † Nec quicquam adeo firmum constat, adeoque immobile aut præcimum est, quin semper cum ista clausula (Rebus sic stantibus) intelligatur, Andr. Tiraquell.
 11 dict. loc. n. 169. Cuius clausulæ † hæc vis est, ut etiam alterò contrahente invitò ob causam aliquam noviter obortam à contractu recedere licet, l. quero. 54. §. inter locatorem. 1. ff. locat. dict. l. quod Servius. 8. ff. de conduct. caus. dat. l. si convenerit 14. in fin. ff. pro socio. l. cum quis. 38 in pr. ff. de solut. l. qui ser. vum.

Ita † Consistorium Supremum ad requisitionem Superattendentis Misnensis die 22. Ianuar. Anno 14

1614. (Verba Sentent: Hat Christoff A. vor 5. Jahren in gegenwart zweyer Zeugen mitt Marien Caspar S. hinterlassener Tochte; sich verlobet / welche bald darauff an einem Schenkel sol die beschwertung bekommen / daß sie ieso weder hinter noch vor sich kan / und derowegen in dem Hospital zu Waldheim aufgenommen und unterhalten werden muß / auch ihres heils zu frieden / daß erwehnter A. von ihr los gezehet / und ihme seiner gelegenheit nach sich anderweit zuverheirathen erlaubet werde. Wofern nun Christoff A. ohne verlezung seines gewissens außer dem Ehestande länger nichts bleiben könnte / und die Maria auf ihrer bewilligung verharren / und also vor dem Rath und Diacono zu Waldheim beide Personen aufz. fragung sich dessen erklären würden; So were nach gelegenheit dieses falles offtgedachter A. vor der Marten dieser Ehe halber zu absolviren. und ihme in andere wege sich Christlich zu verehlligen / und die Ehe iedoch ohne gepränge / zu vollziehen verstatut/ V. R. W.)

Et † in causa Ann. n. Mathes A. Tochter Klägerin an einem Christoff N. beklagten an. 1
 des heils die 5. Octobr. Anno 1621. (Verba Decreti: Würde beklagter auf seine eigene kosten von dem Collegio der geschworenen Barbierer und Stadt Medico schriftlichen schein einbringen / wie ihm von dato binnien 14. tagen zuhun oblicher / daß er an seinem Leid erlitt / und mit seinem gefährlichen schaden beh. stet sey: So erginge daraufhin der sachen ferner was rechtest: In dessen verbleibung wird Klägerin der Ehe wegen von beklagten billich absolviert und entbunden / und ist er hierüber auf vorgehende liquidation und moderation hr die verursachten schäden und unkosten zuerstten schuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. CLXXXII.

Causam repudii sponsaliorum dissolvendorum sufficientem præbet furor vehemens, usumque rationis exterminans.

S V M M A R I A.

1. Furor sponsalibus impedimento est.

2. Quia furiosi nullū est judicium, nulla voluntas.

M m m m

3. At

96. ff. de P. O. Andr. Alciat. de presump. Reg. 2. pres. 16. n. 6. Tiber Decian lib. 3. consil. 19. n. 89. Quod si ergo tanta deformitas personæ & mutatio supervenerit, quidni à sponsalibus rursus recederetur? † Tenetā nihilominus est prius reconciliatio, ac ponderandæ circumstantiæ quæque, ne ausu temerario ad dissolutionem sponsaliorum properetur, ac cum damno & injuria partis alterius hat separatio, Iohan. Gerhard. dict. loco. 9. 167. † Ex quo patet, concedendum hoc casu facilius esse repudium, si utraque pars in id consentiat, quæ si altera invita hoc peratur.

3. At num etiam furor supervenienti sponsalia dissolvat?
4. Ratio dubitandi ex texibus iuris.
5. Decisio affirmativa. n. 14.
6. Fundamenta & rationes decidendi. n. 7. 12. 13.
8. Furor adversatur societati coniugali.
9. Cum infante matrimonium contrahi & consummari nequit.
10. Furiosus pro infante habetur.
11. Quin & pro absente & mortuo.
15. Refellitur ratio dubitandi, & respondetur ad texum contrarios. n. 16.
17. Ob furorem mitiorem non rescindenda sunt sponsalia. n. 18.
19. Decretum Consistorij Supremi.

Furor quin sponsalibus impedimento sit, plus quam manifestū est, dicit Gajus in l. furor. 8. ff. de spons. & benē dicit, quia furiosus cōsensum, qui in sponsalibus requiritur, præstare haud potest, t̄cūm neq; judicium, neque voluntatem habere presumatur, prout tutò infert Paulus in l. oratione. 16. §. furor. 2. ff. de rit. nupt. t̄ Quid autem si post sponsalia à sano contracta furor intervenerit? Ea haud dissolvenda es se furerque concludit; Ille hisce verbis: Sed poslea furor interveniens sponsalia non infirmas dict. l. 8. Hic autem: Sed rectè contractum non impedit, dict. l. oratione. 16. §. 2. forsitan quia firmitas sponsaliorum estimatur ex articulo temporis, quo contrahebantur, vel quodd casuum foruitorum conjuges debeant esse participes, l. 2. 2. §. 7. ff. solut. mair. Henning. Arnis. de iur. connub. c. 6. sect. 9. n. 6. & 7.
 t̄ Annuendum nihilominus sano dissolutionem sponsaliorum petenti, prudenter existimaveris, (1.) t̄ Quis enim non abhorreat ab eius consuetudine, qui fure re cœpit, cūm nunquam ad sanam mentem redire præsumatur, arg. cap. ult. extr. de success ab intest. l. 2. & 3. l. sive possidetis. 16. C. de probat. l. non ignorabit. 4. C. ad exhib. lason. in l. furiosum. 9. C. quicquid fac. pos. Nicol. Reusner. lib. 1. decis. 17. n. 26. Et quantum eā ex re malis pœnitentia sit, exempla tragica eorum, qui furore correpti uxores vel liberos interemerunt post nuptias, satis ostendunt, quorum aliquot ex actis ad Seabinatum Lipsiensem titans missis percipere licuit, tristia & horrenda: t̄ ut proinde

si unquam ob majus incommodum & futurum infelicem eventum toleranda sit sponsaliorum dissolutio, cap. requisit. 17. extr. de sponsal. id maximè hoc casu fieri debat. Ex quo (2.) t̄ porrò perspicuum est, furorem, quirationis usum exterminat, societatem conjugalem, quæ non modò corporum, sed etiam animorum est conjunctio, miserabilem pariter & calamitosam reddere, quin & ei planè adversari. Nec enim furiosus ad conjugalem conjunctionem est idoneus, cūm prorsus nihil intelligat, ac propterea interferas connumerandus videatur. Unde namq; propagatio generis speratur, cūm furor spectaculum solo aspectu. horrendum mittere uxori miseriorem maritū, ne dum cum ipso consuetudinem habere permittit, ex Leone Paul. Cypræ de sponsal. cap. 13. §. 59. (3.) t̄ Et quis nescit, cūm infante matrimonium consummari haud posse. Quare nec cum furioso, t̄ quippe qui pro infante habetur, l. infans. ff. ad Leg. Cornel. desicariis. Ordinat criminis Carol. artic. 179. uterq; enim voluntate distituitur, nullumque potest gerere negotium, l. furiosi. 40. ff. de Reg. iur. l. 5. ff. eod. tit. (4.) t̄ Quin & pro absente & ignorantie, immo planè mortuo habetur furiosus, §. furiosus. instit. de inut. stipulat. l. 2. §. furiosus. ff. de procurat. l. ubinon rocer. 14. §. 1. ff. de Reg. iur. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. cap. 1. n. 70. Nicol. Reusner. lib. 2. decis. 16. n. 8. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæst. 69. n. 7. Andr. Tiraquell. de pen. temper. caus. 2. Andr. Gail. lib. 2. observat. 110. n. 20. Perabantiam

sentiam verò diuturniorem & motrem alterutrius contrahentis sponsalia dissolvi
 expeditum est. (5.) † In quam sententiam descendit etiam Ulpianus JCtus hisce ver-
 bis: Sin autem tantus furor est ita ferox, ita per-
 niciosus, ut sanitatis nulla spes super sit, circa mi-
 nistros terribilis, & forsitan altera persona vel
 propter savitiam furoris, vel quia liberos non ha-
 bet, procreanda sibolis cupidine tenta est, licentia
 erit compotis mentis persona furenti nuncium mit-
 tere, ut nullius culpa videatur esse matrimonium
 dissolutum, neque in damnum altera pars incidat
 in l. si cum dotem. 22. §. si maritus. 7. vers. sin au-
 tem ff solut. matr. † Quod si ergo de matri-
 monio per nuptias consummato ita sen-
 serit Paulus, quare non idein habendum
 esset de matrimonio per sponsalia dunta-
 xat inchoato? † Manifestum sanè hæc
 reddunt, furori causam præbere suffi-
 centem dissolvendis sponsalibus, nec co-
 gendum fore sanum, ut ab alterâ parte
 morbo ejusmodi horrendo superveniente,
 consummet matrimonium, Ioh. Gerh.
 in loco de coniug. § 167. Paul. Cypræ. dict. c.
 13. §. 59. Henn. Arnil. dict. sect. 9. n. 8. Hem-
 ming. in lib. de coniug. tit. de caus. repud. Casp.
 Eras. Brochmand. de coniug. quæst. 36.
 Balt. Mentzer. in tract de coniug pag. 171.

† Nec est, quod Caium & Paulum dict. 1. §
 1. 8. desponsalib. & dict. l. 16. §. 2. ff. derit. nupt.
 repudium hoc calu improbare arbitre-
 mur, quia neuter matrimonium consum-
 mare præcipit, sed saltem quod infecta
 habeantur sponsalia, negat. † Furor siqui-
 dem interveniens, inquit Alber. Gentil.
 sponsalia nō infirmat, h.e. non tollit, quasi
 non facta sint, ut infecta reddit furor præ-
 cedens, manebunt enim affecta eorum,
 at verò ut promissum matrimonium con-
 sumari debeat vel possit, hoc lex non di-
 cit nec dicere potest, quia furor non finit
 matrimonium contrahere, l. 6. de nupt.
 cap. 18. † Vel quod magis placet, loquitur 17
 uterq; JCtus dict. l. 8. & dict. l. 16. de eo fu-
 rore, qui mirior est & intervalla habet, ut
 bene limitant. Ioh. Gerhard. Arnil. Cypræ.
 dict. locū. Ex quo superius dicta sunt re-
 stringenda † ad furorem vehementem & 18
 intractabilem, ut furioso sine vita discri-
 mine cohabitari planè non possit; quod
 clarissimè probant verba Ulpiani suprà re-
 lata in dict. l. si cum dotem. 22. §. si maritus. 7.
 vers. sin autem iunct. verb. preced. ff. solut. matr.
 ubi Alexand. & Didic. Covarr. part. 2. de
 matrimon cap. 7. §. 5 num. 6. Arnil. dict. sect. 9.
 num. 8.

11. † Consistorium Supremum in causâ Michael R. nachgelassener Tochter / klägerin an ei. 19
 nem / Hansen L. beflagten anders heils / die 18. Septembr. Anno 1617. (Verba Decreti :
 Die weil in eingemüner erkündigung besunden / daß bey beflagtem ketne besserung
 zuhoffen sey / vielmehr aber die unsinnigkeit überhand nimbt / klägerin auch ihme all.
 bereit nahe drey ganzer Jahr nach gewarriet / ihres alters das 24. Jahr erreicher / und
 ketne frist weiter bewilligen wollen / sondern rescissionem sponsaliorum inständig gebeten;
 Als wird nunmehr das zwischen der klägerin und Hansen L. gehaltene öffentliche
 Eheverlöbnuß hinwider billich cassirer und aufgehoben / Jamassen wir solches hier
 mit cassiren und aufheben / und der klägerin ihrer gelegenheit nach ander,
 weit Christlich sich zu verehelichen verstatten und naß.
 lassen / V. R. W.)

DEFINIT. CLXXXIII.

Differenda tamen est dissolutio sponsaliorum, usque dum appareat de-
curā furoris desperatā; nisi agrotus ante sponsaliū morbo hoc periculus
illum celaverit.

S. V. M. M. A. P. R. I. A.

1. Ob furorem dantur certe vehementem dissolutio sponsaliorum est concedenda.
2. Gradus dantur certi furoris.
3. Quin & medi existunt inter prudentes & dementes.
3. Quo & referunt melancholicos, qui tamen furiosi non sunt n.s.
6. Iudex ideoque in gradum furoris inquirere debet priusquam decernat dissolutionem sponsaliorum.
7. Furor quomodo probandus?
8. Medici iudicio fides habenda.
9. Quandoque furor sua habet intervalla.
10. Quin & furiosus curari ac restituiri potest.
11. Expectandum itaque annos aliquos, priusquam repudio l. cui detur n. 12.
13. Nisi agrotus furorem dolose celaverit.
14. Dolus consensum excludit.
15. Sententia Consistorii Supremi...

1. Non ergo dissolvi poterunt sponsalia ob furorem, l. furor. 8 ff de sponsal. l. oratione. 16. § furor. 2. ff. de rit. nupt. nisi talis sit, cuius curatio difficultis ac vix speranda, quin & vehemens, ita ut furioso sine discrimine vita cohabitari non possit, l. sicutum docem. 23. §. si maritus 7. vers. sin autem. ff. solut. matrim. Desin. praecl. Henn. Arnul. de iure connub. cap. 6. sect. 7. n. 8. Ioh. Gerhard, in loco de conjugal. §. 67. † Sunt namque gradus furoris atq; demenitiae, alisque vehementioribus afflictionibus, quam alii, captivi quasi tenentur: Nec omnes fatui intellectu carent, licet quandoque obtusior & stupidor aliquantò mens existat, quos grossos & grossolanos Intelipp. appellant, † sunt q; planè medii interprudentes & de mentes, hoc est, qui nec tota mente praediti, nec tota rursus sunt privati, sed aliquem prudentiæ modum capiunt, de quorum differentiâ videatur Jason in l. furiosum. nu. 2. C. qui testam. facer. p. ff. ubi & Dec. n. 1. & 2. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 43. n. 1. & seqq. Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 45 n. 2. & seqq. † Eō quoq; referunt vulgo melacholicos, quos tamenter mente privatos, tantum abest; ut

etiam melancholiā quidam cotem ingeniorm excellentium credant, Petr. Heig. part. 2. quest. 38. nu. 32 & 33. † Licet quandoque accidat, ut melancholicus humor salubriter humano corpori datus in atrabilem & venenum pestiferum degeneret, indeque morbus, quem melanholiam primariam vocant Medici, preceperunt, ubi cerebrum primariò afficitur, sive peculiari, sive totius corporis vitio, quā mentis alienatione laborantes vel cogitant, vel loquuntur, velefficiunt absuda, longeque à ratione & consilio abhorrentia, eaque omnia cum metu & mortitiae, Heig. dict. loc.

† Quare iudex ecclesiasticus, ante quam sponsaliorum dissolutionem decernat, arbitrium suum temperare debet, ut intelligat, quali in gradu furiosus constitutus, ne ob morbum, mitiorem conjunctos separet, nec propter furorem, vehementem cum in iuriā sanī dissolutionem sponsaliorum deneget. † Quā in reprobatione opus est, qua quia hoc casu habetur difficultis, signis & conjecturis exercitoribus, nec non per testes de diversis actibus furorem argumentibus deponentes probati potest, Iacob.

- 8 cob. Menoch. dict. præsumt. 45. n. 23. Prosp. Farinac. part. 3. oper. criminal. quest. 94. n. 50. & 51. Nicol. Boëc. dict. 23. num. 41. Joseph. M. Card. de probat. lib. 2. conclus. 824. n. 5. † Quin & Medicus requiri debet, ut cum furioso conversetur, eiusq; temperamentum & causas furoris exquirat, cui postea de furore rationabiliter deponente ita si des habetur; secundum tradita Farinac. dict. quest. 94. n. 24. & Petri à Plach. in epistom. dict. lib. 1. cap. 29. n. 2.
- 9 Idque tantò magis necessarium, † quia furor quandoq; habet sua intervalla, quin & curari potest. Etsi enim morbus furoris suā naturā insanabilis ac omni tempore præluminatur durate, ita ut quamvis interdum dilucida habete videatur intervalla, non tamē nisi per accidens ea fieri videntur, l. si verd. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satud. cog. l. cum aliquis. 21. C. de jur. delib. Nicol.
- 10 Reusner. lib. 1. dict. 17. n. 33. † attamen cùm novum non sit, ut furore peritus restituatur, nequaquam properandum nimis, sed de spe curationis benè dispiciendum erit, priusquam sponsaliorum dissolurio
- 11 decernatur † Quem in finem per tempus & años aliquot expectandum vulgo cen-
- sent, ut quòres sit evasura, animadverti queat, iuxta effatum Gaii hisce verbis prolatum: *Sepe justa ac necessaria causa non solum annum vel biennium, sed etiam triennium & quadriennium & ulterius trahunt sponsalia, veluti valetudo sponsi, sponsayé &c. in l. 17. ff. de sponsal.* † 12 Quo tempore elapso, si ea sit vis furoris, ut peritorum testimonio eius curatio habeatur difficilis, vel desperetur, dissolutioni locus erit, cùm Deus ipsem quodammodo eadimere videatur perpetuum obiciens impedimentum, Paul. Cypræus de sponsal. cap. 13. §. 59. n. 1. in fin.
- 13 † Planè si ægrotus ante sponsalia contracta furore celaverit, fieri vix potest, ut non deceptus videatur alter contrahens: quare absque dilatione & expectatione ad dissolutionem tum bene progredieatur iudex. † Ex quo enim dolus consensum ex 14 cludit, l. & eleganter. 7. in pr. ff. de dolo. cap. quamvis. 2. extr. de pact. in 6to. cap. cum contingat. 28. extr. de jurejur. Joh. Schneidvv. in pr. Inst. de action. n. 25. Fab. de Anna. consil. 24. n. 10. non censetur sanus unquam in sponsalia cum furore contracta consensisse, ut hinc rescissionem petenti ed facilius sit annuendum.

Ita † Consistorium Supremum ad requisitionem Anna vidua Michaelis K. illi Greyberg die 26. I^o
 Januar. Anno 1608. (Verba Sentent: Als ihr uns schriftlich zu erkennen gegeben/ daß Tobias L. sich mit einer Tochter Regninen / vermittelst ewers jaworis in ein Ehege. lobniss eingelassen/ Aber unlängsten umb geringer ursachen willen gegen euch/euren Kindern und Freundschaft unte schiedene wiedige reden geföhret / und hierüber vor wenig Tagen in solche Unstinnigkeitse aerathen/ daß er nunmehr an Keiner angeschlossen in seinem Hause bewähret wird. Dérerwegen ihr gebeten/euch des rechten zu berichten/ ob eure Tochter von gemelten ihrem Brütingamb widerumb los gesprochen werden/ und sich mit gutem Gewissen anderweit vereheligen könne. Dem nach erkennen und sprechen wir vor rechte / daß die gesuchte losprechung noch zur zeit nich statt findet/ sondern eure Tochter zu warten/ und wie die angezoene Unstinnigkeit binnen Jahresfrist sich ferner anlässe/ zu zusehen schuldig sey. Ihr könnet denn vor uns/ wie recht darthun und erweisen/ daß obgedachter L. ewerm fernern anziehen nach/ vor diesem anderswo auch der gestalt an Keinen gelegen/ und ihr solches zur zeite der verlobniss nicht gewis/ sondern jeso erst in erfahrung gebrachte hättest/ Darmit würdet ihr billich gehörig/ und erglunge also dann in dieser sache ferner was recht ist/ W. A. W.)

M m m 3;

DEFI.

DEFINIT. CLXXXIV.

Propter fornicationem seu adulterium sponsæ post sponsalia commissum repudio locus est.

S V M M A R I A.

1. *Dissolvi possunt sponsalia ob fornicationem sponsæ.*
2. *Quia propter adulterium uxoris rumpitur matrimonium.* (Jalio.)
3. *Multò magis ergo ob sponsa adulterium sponsa.*
4. *Sponsa adulterium committit, alteri copiam sui faciens. n. 5.*
5. *Sponsa appellatione uxoris nuptæ comprehenditur.*
6. *Dissolutionis causa in jure canonico fundata.*
7. *Turpis est iuris, quām non admittitur hospes.*
8. *In provinciis Electoratū Saxonici res hæc expedita est. n. 10.*
9. *Sententia Consistorii Supremi. n. 12.*

Nemo facile inficias ibit, propter fornicationem sponsæ dissolvi sponsalia, cùm hæc unanimis ferè sit Doctorum opinio, ut videte est apud Joh. Harppr. ad rubr. Infl. de nupt. n. 55. aliosque ab eo allegatos, Johan. Gerhard. in loc. de conjug. §. 166. Henn. Arnst. de jur. connub. cap. 5. sect. 7. nu. 8. Joach. à Beust. de sponsal. cap. 10. quæ & fundamento ac ratione haud destitutus: (1)

1. *† Quod si enim divortium conceditur matrimonio jam per nuptias consummatō ob adulterium conjugis superveniens, prout expeditum.* Matth. 5. vers. 32. & cap. 19. vers. 9. Joach. à Beust. de matrimon. part. 2. cap. 21. Matth. Wembec. in parat. ff. ad Leg. Iul. de adult. n. 19. *† multò magis utique repudio locus erit, si sponsalibus contractis sponsa fornicetur, quia semper facilius sponsalia dissolvuntur, quām matrimonium per nuptias consummatum.* Harpp. dict. loc. n. 121. Non minus siquidem crimen habetur fornicatio sponsæ, quām adulterium uxoris, *†* quin & ipsissimum est adulterium, veluti sponsa alteri copiam sui faciens adultera nuncupatur, Hof. c. 4. v. 13.

4. *† & in sponsam adulterium committi, rescripsierant D. Severus & Antoninus, quorū sententiam refert & sequitur Ulpianus in l. si uxor. 13. §. divi 3 ff. ad Leg. Iul. de adult. Hostiens. in summar. de adult. §. si quis. num. 2 vers.*

5. *Nedum autem maritus. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. adulterium. n. 8. Matth. Berlich. part. 4. conclus. 27. nu. 140. & seqq. Anton. Gomez in l. Iauri. 80. num. 47. vers. dubium tamen est. Petr. Gregor. in syntagma. jur. univers. lib. 36. cap. 6. n. 2. Petr. Heig. lib. 2. quæst. 28. n. 16. quod nec mirum videbitur, postquam ob fortissimum sponsaliorum vinculum appellatione *†* nuptæ uxoris sponsa quoq; venit, & quod de nuptiis dispositum, in sponsalibus eriam obtinet, l. si sponsa. ff. de jur. dot. l. lex Iulia. ff. defundo dotal. l. abdus. §. 1. C. qui potior. in pign. l. tutor. §. 1. l. oratio ff. de sponsal. l. in sponsalibus. §. 1. ff. eod. cit. l. cui fuerit ff. de condit. & demonstr. Bartol. in l. cum pater ff. ad Leg. Pompej. de parricid. Nicol. Boér. decis. 22. num. 33. & seqq. Alber. Gentil. in tract. de nupt. lib. 2. cap. 23. post pr.*

6. *(2.) *†* Estq; hoc ipsum argumentum ab adulterio ad sponsalia desumptum, quo Pontifex Innocentius III. dissolutionem sponsaliorum probat, quando inquit: Nam si post contractum conjugium vir propter fornicationem licet potest uxorem à sua coabitatione dimittere: longè fortius ante conjugium celebratum propter eandem causam sponsus licet potest in suam coabitationem non admittere sponsam. *†* quia turpis est iuris, quām non admittitur hospes, in cap. quemadmodum. 25. vers. aliqui si post. extr. de jurejur.*

7. *(3) *†* Mi-*

(3.) † Minus dubium vero id haber in
provinciis Electoratus Saxonici, propter
sanczionem Ordinat. Ecclesiast. Rubr. von
Ethesachen / tit. Von der Straff der Un-
zucht und des Ehebruchs. §. Würde aber
auch / &c. Ordin. matrim. de Anno 1624. punct.
4. §. Würde auch i mandis / ibi : Würde
auch jemandes eines andern Braut / the
dann der Bräutigamb beygelegen / wissen.

lich bryschaffen / junct. verb. Es wolte dann
der Bräutigamb die Braut wiederumb an-
nehmen. Quæ verba haud obscure innu-
unt, sponso fas esse sponsam ob fornicationem repudiare, & à sponsalibus rece-
dere, † quia voluntati eius committitur,¹⁰
an recipere illam velit? quod alias fieri
non posset.

Ita † Consistorium Supremum ad consultationem NN. zu D. die 20. Januar. Anno 1618. (Verba I.
Sentent. Hat Ursula Hansen T. hinterlassene Wittbe sich mit euch in ein Ehegelob-
nūß eingelassen? Zumassen ihr denn einander die arrhas darauff gegeben / sie die Ver-
lobte aber sich zuvor mit Hippolyto S. nit allein heimlich versprochen / sondern wie vor/
also auch hernach erlich mahl / als sie schon mit euch verlobet gewesen / verdächtiger
weise zuthun gehabt / und ihrem etigenen Beklänen nūß nach im Faulbette und auf der
Laden bey und nebens ihme gelegen / da sie denn ihre Hansaenossin mit derselben
Tochter heissen heimbgehien / welche auch nicht zur rechten gressen Thür sich dürfen
hinaus begeben / sondern durch den Garten über die Mauer steigen müssen. Ob nun
wol sie die Wittbe der mit S. vorgegangenen verspreching und vereheligung in abreds
gewesen / S. auch selbst außgesagt / daß solches clandestin und in geheimb geschehen.
Dennoch aber weil sie beiderseits freywillig gestanden und bekant / daß sie sich ver-
dächtiger weise bey der Nacht an unterschiedenen orten zusammen gehalten / auch bey
einander zu mehrmahlen / wiewol ihrem vorgeben nach ohne fleischliche vermis-
chung / gelegen / solches aber / sonderlich an einer Wittben in Rechten nicht vermu-
lich; Als sehr ihr in ewrem Gewissen unverbunden / bey gestalten sachen mit offige-
dachter Wittben die Ehe zu vollziehen / D. R. W.)

Et † ad petitionem Marci S. zu VV. die 27. Jun. Anno 1613. (Verba Sent. Hat ewer Schwager
Johan L. als er nach absterben seines vortigen Eheweibes sein Trauerjahr aufge-
standen / sich mit Elisabethen / Bastian S. Tochter in ein Ehegelobnūß eingelassen. Es
wil aber verlaufen / daß bemalte Elisabetha sich nicht allein zu Erasmo VV. verdächtig
gehalten / sondern auch mit demselben fleistlich vermischet haben sol / inmassar
denn euerm fürgeben nach solches unschwer bezubringen. Ob nun wol die Ehever-
lobnūß allbereit öffentlichen vollzogen worden: Dasfern aber dennoch gedachter ewer
Schwager Johan L. beybringen und ausführen möchte / daß zwischen ihr und Erasmo
die fleischliche vermischung vorgangen / und also nach geöffnetem Ehegelobnūß sie
an ihme brüchtig worden wäre; So möchte er sie wider seinen willen zubehalten / und
die Ehe mit ihr zu vollziehen nicht gedrungen werden / sondern wird auff sein anzu-
chen von ihr billich los gezehlet / und ihme seiner Gelegenheit
nach sich mit einer andern zuverheurathen.
verstant / D. R. W.)

DEFINIT. CLXXXV.

Etiamsi fornicatio præsumptivè saltem fuerit probata.

SUMMARIUM.

1. Ob fornicationem sponsæ repudio tūm locus est, si id sponsus petat. n. 5.
2. Non etiam sponsa condonet, eamq; recipiat. num. 4.
3. Prout in crimine adulterii receptum.
6. Dissolvuntur sponsalia ob fornicationem etiam præsumptivè probatam.

NON tamen aliter obtinebit repudiū in casu fornicationis seu adulterii à sponsâ commissi, quām si sponsus dissolutionem sponsaliorum petierit; de jure siquidem eiustantū modò controvexit: Quare si sponsæ condonare, eamque recipere velit, † non modò sponsalia per nuptias consummati, sed & pœna remitti debet in favorem coniugii, ut diximus in Præst. crim. part. 2. quest. 5. 6. n. 5. 2. & seqq. perinde ut in crimine adulterii id juris † receptum, Novell. 134. cap. 10. vers. adulteram. auth. sed hodie. C. ad Leg. Iul. de adult. Conf. Elect. 19. part. 4. Petr. Heig. part 2. quest. 28. nu. 27. & seqq. Paul. Cypr. de matrim. cap. 10. §. 24. n. 12. Matth. Colet. part. 1. decif. 175. n. 37. Matth. Berlich. part. 4. concl. 27. n. 149. † Quod & faciunt verba Ordin. Ecclesiast. sub Rubr. von Etheschen. tit. von der straff der Unzucht und des Ehebruchs. §. Würde aber auch. & Ordin. matrim. de anno 1624 punct. 4. §. Würde auch jemand ibi: Es wolte denn der Bräutigam die Braut wiederumb annehen. &c.

5. † Econtra verò si sponsus hoc facere renuat, ipsum cogi posse ad consummationem matrimonii, tantum abest, ut sponsalia ad instantiam eius dissolvi etiam debeant, data ipsi licentia pro lubitu aliquam ducere uxorem; † quantumvis præ-

7. Fornicatio est de genere delictorum occultorum.
8. In occultū delictū conjecturata probatio pro concludenti habetur.
9. Non alia criminis certitudo requiritur, quām quæ haberi potest.
10. Decretum Consistorii Supremi.
11. Eiusdem Sententia.

sumtivè saltem fornicatio sponsæ fuerit probata; quod hanc obscurè innuunt verba Impp. Leonis & Anthemii. Tunc enim quasi nullo facto, utpote sine causâ easdem arrhas prestatas, tantummodo reddi consequens esse præcipimus; His illud quoque adjicimus, ut etiam si legibus prohibita non sint sperate nuptiae, post arrhas autem sponsalitas sponsa coniugium sponsi propter turpem vel prodigam vel impudicam conversationem recusaverit &c. in l. mulier juris sui. §. C. de sponsalib. † Scilicet adulterium & fornicatio est de genere delictorum occultorum, quæ clam & abditè perpetrantur. Rarò siquidem talia committentes solent deprehendi, ut proinde difficilis sint probationis, l. consensu. 8. §. 6. C. de repud. Jacob. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. quest. cent. 2. cas. 116. num. 11. & lib. 5. de præsumt. præf. 41. num. 1. latè Joseph. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 57. num. 3. Atqui in delictis occultis † conjecturata etiam probatio pro concludenti habetur, Bald. in l. quicunque. col. 6. vers. 8. C. deserv. fugit. Dec. in cap. licet causam. num. 12. in fin. extr. de probat. Nicol. Boët. decif. 164. num. 4. Tiber. Decian. lib. 1. confit. 18. num. 221. † neque criminis certitudo alia requiritur, quām quæ haberi potest, Johan. Georg. Gödelman. in tract. de mag. venef. & lam. lib. 3. cap. 10. num. 47.

Ita †

- 10 Ita † Confistorium Supremum in causā N. N. contra N. N. die 9. Novembr. Anno 1610. (Verba Decreti: Dass Kldger seines Fürwendens ungeachtet die Ehe mit der Beklagten zu vollziehen schuldig/ Er könnte un wolte den des bösen Verdachts haben etwas beständiges wieder sic/wie rechte darchum und erweisen damit würde er bey so gestalten Sachen in zeit Sächsischer frst billich gehöret/ der Beklagten ihre Noturfe darüber vorbehaltlich/ D. R. W.)
- 11 Et † ad consultationem M. Adami P. Pastoris in P. die 12. Januar. Anno 1611. (Verba sententia: Ob ihr wol in eurem Zustand/ da ihr ein Scholäar ohngefähr von 19 Jahren aus der Fürsten Schuel Grimmatomme / Anno 1601. eu h mit Marien Bayerin in ein beständige Ehegelebniss eingelassen. Do ihr aber dennoch vor dem ordentlichen Confistorio durch zweyer Zeugeney lich Aussage/ darwider die Maria mit ihre noturfe auch b. lich gehöret wird/ excepti: eso viel außführen und erhalten könnet/ das sie die Maria im mindeste ohngefähr vor 3. oder 4. Jahren si d an einen Schneidergesellen gehangen/ ihm nachgetrocknet/ und öffentlichen ohne schw schw sich mit ihm geschleppt/ auch vernehten lassen/ das sie ihn lieb hätte/ sich mit ihm gehorzet/ und ihm einen Ring geschencket. Daraus und andern Unbständen in gemein das für gehalten worden/ das diese Personen ein paar zusammen seyn müssten/ Hierüber ob gleich mehr gedachter Gesell etn. in Diebstal begangen/ und ihm darüber der Strang zuerkannt worden/ si: dōch dessen ungeachtet von ihm nicht abgelassen/ vorm S. fängniß auch noch die Nacht zuvor/ als er auf am morgen gerechfertigt worden/ mit ihm allerley Gespräke gehalten. So würdet ihr von der offterwähnner Marlen wider eu h erhobene Eheklage und Zusprüchen gestalten sachen nach hinwiederumb billich entbunden und losgezehlet/ D R W.)

DEFINIT. CLXXXVI.

Sponsa quoque repudiare potest sponsum post sponsalia fœdis libidinibus te contaminantem.

S V M M A R I A.

1. Ob fornicationem quoq; sponsi dissolvuntur sponsalia. n.2.
3. Sponsus & sponsa sunt correlata.
4. Correlatorum eadem est natura & disciplina.
5. Dispositio de uno ex correlatis locum quoque habet in altero.
6. Adulterium est causa repudii hoc casu. n.7.
8. Ex impura sponsi vita priore, de fide defatur i conjugii judicandum.
9. Adducitur monitum Augustini.
10. Decreta Confistorii Supremi. n.11.12.

QUod de fornicatione sponsæ diximus, id etiam obtinet in sponso, si post sponsalia contracta fornicetur, aliquamque carnaliter cognoscat. † Non magis enim cogi potest sponsa, ut sponso fordis libidinibus post sponsalia sese contaminanti nubat, sed & tum locus erit dissolutioni sponsaliorum, Johan. Gerhard.

in loco de conjug. §. 166. Paul. Cypræus de sponsal. cap. 13. §. 56. Caspar. Erasm. Broch. mand in art. de conjug. quaest. 34. Joh. Harppr. ad rubr. Inst. de nupt. nu. 55. (1.) † Ex quo enim sponsus & sponsa sunt correlata, non potest non repudium, quod ob sponsæ fornicationem permittitur, Defin. 184. ad eum quoque extendi casum, quo sponsus cum

Non

fus cum

- sus cum aliâ concubuit, & post sponsalia
 4 est fornicatus; † siquidem correlatorum
 eadem est natura & disciplina, Alexand.
 lib. 5. consil. 131. num. 2. Ripa in l. siplagii 123.
 num. 11. ff de V.O. Nicol. Boér. decis. 48. n. 3.
 5 Maurit. de restit. in integr. cap. 246. n. 1. † Et
 dispositio de uno ex correlatis locum quo-
 que habet in altero, Eyerhard. in loc. de cor-
 relat. n. 3. Luldoph. Schrader. de feud. part. 10.
 sect. 5. num. 228. vers. & certum est. Sylvan. de
 6 feud. recognit. quest. 31. n. 2. (2.) † Cumq; ad-
 adulterium sit causa repudii, si sponsa post
 contracta sponsalia alii copiam sui fecerit,
 7 ut diximus supra Desin. 184. † Quidni ob-
 rationis hujus identitatem & sponsae fas
 esset repudiare sponsum post sponsalia fœ-
 dis libidinibus se contaminantem, quia &
 hic adulterium committit, ac fidem spon-

sæ datam frangit, ut probavimus in Pract.
 crim. part. 2. quest. 56. (3.) † Ex impurâ et-
 iam sponsi vita, quæ conjugium prece-
 dit, facile est astimare, quâ constantia
 servaturus sit postea sponsus conjugi fi-
 dem, Brochmand dict. quest. 34. ut profe-
 cto vertendum vitio haut sit sponsæ, si ob
 periculum istud sponsum repudiet, qui
 nec eam admissurus esset, si ejusmodi vi-
 tio sc̄e dedisset, Cyprius dict. cap. 13. §. 56.
 (4.) † Et benè hoc facit illud Augustini:
*Si ducturi estis uxores, ser ate vos uxoribus re-
 stris: Quales vultus eas invenire, tales & ipsa in-
 veniant vos. Quis vivens est, qui non castam re-
 lit ducere uxorem, & si accepturus est virginem,
 quis non intactam desideret? Intactam quaris? in-
 tactus es. Puram quaris? purus es. in can. si
 ducturi, 32. quest. 6.*

Ita † Consistorium supremum in causa NN. contra NN. die 24. Augus. Anno 1614. (Verba I)
 Decreti: Dieweil Beklagter g. standen / daß er nach deme mit Klägerin gehaltenen
 öffentlichen Eheverlöbniss die Interessentin fleischlichen erkant und geschwängert /
 Klägerin auch ihm zuverzeihen nicht zubewegen gewesen; So wird das zwischen ihr
 und Beklagten gehaltenes Eheverlöbniss hiermit casuiret und aufgehoben / der Klä-
 gerin auch hin andere wege sich Christlich zuverehelichen billich verstaetter und nach-
 gelassen / der weltlichen Obrigkeit die Straße wider den Beklagten und Interessentin
 vorbehältlichen / V. R. W.)

Ii: † in causa Jobst S. an einem Ursulen V. anders Thuis/ die 15. Maij Anno 1629. (Verba II)
 Decreti: Dieweil Jobst S. an der Ursulen V. brüchtig worden; So ist sie denselben
 wider ihren Willen zuehlligen nicht schuldig / sondern wird von seinen Zusprüchen
 billich absolviret und entbunden / Wie wir sie dann hiemit davon entbinden und los-
 ziehen / der weltlichen Obrigkeit die straffe wider ihn den Verbrecher vorbehältlich /
 V. R. W.)

Et † in causa Annen Hansen B. Witben zu M. Klägerin an einem Hansen K. doselb. II
 stn Beklagten anders Thuis/ und Barbaren Paul B. Witben interventient in dritten
 thuis (die 24. Augus. i Anno 1608. (Verba Decreti: Dieweil Beklagter nicht in abrede/
 daß er mit der Interessentin Unzucht getrieben / und an der Klägerin (welche auf un-
 sie zurede sich mit ihm nicht verböhnen wollen) brüchtig worden; So wird das zwis-
 chen ihnen gehalte Verlöbniss casuiret und aufgehoben / der weltlichen O.
 brigkeiten die Straße wider Beklagten und interventi-
 ent in vorbehältlich / V. R. W.)

DEFINIT.

DEFINIT. CLXXXVII.

Repudiare licet sponsam ante sponsalia ab alio
vitiata.

S V M M A R I A.

1. *Nam repudiare liceat sponsam ante sponsalia vitiata?*
2. *Movetur dubium ex qualitatis errore. n.3.*
3. *Quod rursus refellatur. (substantiam.)*
5. *Error virginitatis concernit ipsam conjugii.*
6. *Decisio ponitur affirmativa.*
7. *Fundamenta & rationes decidendi n. 12.13.*
8. *Error substantialis vitiat sponsalia.*
9. *Vitiata dolosè pro virgine venditat.*
10. *Dolus ipso iure vitiat contractus.*
11. *Ex dolo suo nemo commodum sentire debet.*
14. *Iudicium Imp. Leonis hac de re.*
15. *Sponsalia simulata nullius sunt efficacia.*
16. *Ipsum rumpitur matrimonium, si uxor ab alio ante vitiata reperiatur.*
17. *Facilius quid prohibetur ne fiat, quam ut factum dirimatur.*
18. *Tentanda est reconciliatio ante dissolutionem sponsalorum.*
19. *Sponsus vitiata scienter matrimonium promittens eam repudiare nequit.*
20. *Scientia contrahentis dolus purgatur.*
21. *Sententia Consistorii Supremi. n.2.3.*
22. *Eiusdem Decretum.*

EThæc ita se habent in sposo (sponsa) post contracta sponsalia fornicate, quo casu cum committatur adulterium, quod & matrimonium per nuptias consummatum dirimit, de sponsaliorum dissolutione minus dubitandum videtur,

1. Quid † vero si ante contracta sponsalia fornicate fuerit sponsa, cui tamen virginitatis amore & opinione sponsus promiserit matrimonium, num eam ob qualitatis errorum repudiare licebit? Certi enim juris est, † quod error qualitatis matrimonii haut impedit, nec vitiet sponsalia, cum qualitas sit tantum accidentis, quod salvo matrimonio adesse & abesse potest, can. un. vers. error fortuna & qualitatis. 29. quæst. 1. Ludolph. Schrader. ad tit. Inst. de nupt. part. 2. n.37. Schneidw. ad tit. Inst. de nupt. part. 4. n.59. Joh. Harppr. ad rubr. eiusdem tit. nu. 94. Albert. Genil. lib. 3. de nupt. cap 3. † Virginitatis vero error versari tantummodo in qualitate videtur, cum nuptiae etiam cum meretrice consistere queant: quo ex fundamento Canonistæ repudium hoc casu improbat, cap. quemadmodum. 25. exir. de jure in. Sed rem exactius si consideremus, error iste solam qualitatem & accidentalia matrimonii non concernit, sed ipsam conjugii substantiam ingreditur; siquidem castitas habetur de substantia matrimonii quod est conjunctio in unam carnem. Et attingit error eiusmodi ipsum corpus, quia læsa virginitas corporis vitium censetur, quod pertinet ad materiam coniugii, hæc autem ad rei substantiam spectat, veluti in fert Balth. Mentz, hisce verbis: *Vocatur sanè error ille qualitatis, qui tamen si exquisitè loquendum est, ad ipsam formam coniugii referatur, unde non debet negari ad essentiam matrimonii perinere pugnat enim cum illa principio: Erunt duo in carnem unam. Forma coniugii est obligatio sive vinculum ortum ex mutua consensione in arctissimam & indissolubilem coniunctionem in carnem unam. Quare ut adulterium è diametro pugnat cum matrimonio, ita certum est, scortationem etiam cum eo pugnare, non in aliquo accidente, sed respectu ipsius formæ.* Hæc tenus Menizer. de iconi pag. 90.

† Non immittet itaque sponsam ante sponsalia vitiata & pro virgine du&am repu-

repudiari posse, ac dissolusioni sponsaliorum locum dari, dixerimus cum Joh. Gerhard. in loco de conju. §. 110. & 111. Paul. Cypræ. de sponsalib. cap. 13. §. 40. Ioach. à Beust de sponsalib. cap. 10. Iohan. Harppr. ad §. sunt & alie. 11. n. 74. Inst. de nupt. (1.) Vel † ex hoc ipso fundamento, quod error virginitatis sit in ipsâ matrimonii substantiâ, non in nudâ qualitate, ut jam demonstratum dedimus: Atqui error in substantiâ omniū 7 Dd. consensu vitiat matrimonium † & sponsalia, l. nuptias. 30. ff. de Reg. Iur. cap. tua nos. 26. circa fin. ibid. Glossa in verb. forma extr. de sponsal. Harppr. dict. n. 74. Aut si mavis errorem hunc conditionis appellitare cum Cypræo, propterea quod vitiata statum quodammodo mutet, infamis fiat, & capitis diminutionem patiatut, nam pudicitia amissa omnis in feminâ virtus ruit. dict. cap. 13. §. 39. eò minus repudium poterit declinari, quia de jure pariter civili & canonico error conditionis matrimonium impedit, Gerhard. dict. loco (2.) † Nec quisquam, opinor, negare ausit, dolosè sponsam pro virgine se venditare quæ est vitiata, ac ita dolo inducere sponsum, ut matrimonium promittat; quomodo ergo consistere potest contractus sponsalitus, † cùm dolus vitiaret ipso jure contractus bonæ fidei, l. & eleganter. 7. in pr. ff. de dolo malo. l. 3. §. ult. ff. pro socio. quin & stricti juris contractus per exceptionem rescindat, l. si quis cum aliter. 36. ff. de verbis. obligat. l. pen. C. de inutil. stipulat. & privilegium quodcumque adimat l. 2. §. sed ita demum. ff. ad SCtum Velleian. Joh. Gœdd. in tract. de contrah. stipulat. cap. 3. conclus. 7. num. 114. & seqq. Petr. Gregor. Tholos. lib. 21. 11 syntagm. jur. univers. cap. 2. num. 5. Et † per- 12 iquum profecto foret, quenquam ex dolo suo ac improbitate lucrum vel commodium sentire, l. in princ. l. non debet u. in fin. cum l seqq. ff. de dolo malo. l. verum est. 63. & l. hoc queque. 7. ff. pro socio. (3.) † Eo- que vulgo referunt illud ex sacris, quod 12 Josephus Marius sponsus, ante quam ex An- gelo didicisset, sponsam suam ex pecu- liari & supernaturali Spiritu sancti ope- ratione absque viri congressa concepisse, cogitaverit eam deserere, nec tamen hoc reprehenditur, quin potius justus voca- tur, Matth. 1. vers. 19. Iohan. Gerhard. dict. loc. Harppr. dict. §. sunt & alie. Inst. de nupt. num 66. & 67. (4) † Et metuendum, si a 13 liud dicamus, ne ex coactione innocen- tis ad consummationem matrimonii dif- ficilem id exitum sortiatur, cap. præterea. extr. de sponsalib. in perpetua namque su- spicione hæredit maritus, semel malam in posterum etiam sui similem futuram. Atque eò respexit Leo Imperator, quan- do ait: † Sponsam quandam furtivis comple- 14 xibus ab alio esse gravidatam, cum illa inter- rim sponsalem præ se ferret castimoniam, sponsa- liorum tempore compertum est. Decernimus igitur, ut propter hoc, quo nihil magis matri- monio adversatur, quos sponsaliorum opinio, non veritas copulavit, disiungantur. Quomodo e- 15 nim vera sponsalia sunt, in quibus nihil ve- rum neque genuinum conspicitur, ubi meretri- cium se offert scelus, ubi causa sunt disfidorum & odii. ubi animorum alienatio, quæ mala ac- cernatim omnia cum peregrino alienoque semine suscipiuntur, quomodo ibi matrimonialis con- cordia, quomodo purus sponsale que est amor? in Novell. 93. † Scilicet sponsalia ejusmo- 16 di sunt simulata, quæ nullius momenti & efficaciam habentur, arg. l. nuptias. 30. ff. de Reg. Iur. l. cum ea. 21. C. de transact. (5.) † Cum quæ ex hoc errore ipsum etiam ma- trimonium per nuptias jam consumma- tum dicitur, ut infra dicemus. Desin 193 Alber. Gentil. lib. 6. de nupt. cap. 13. Nicol. Reusner. lib. 4. decis. 5. Caspar. Eras Broch- mand. in art. de coniug. questi. 33. Bidenbach. de caus. matrim. sol. 87. multo magis utique matrimonium per sponsalia tantummodo. incho-

17 inchoatum dissolvi poterit, quoniam le-
viore occasione quid prohibetur ne fiat,
quam ut factum dirimatur, can. ult. §. his
ita respondetur. 15. quest. 1. cap. quemadmodum.
25 §. quod si post in fin. ibid. Dd. extr. de jurejur.

Dupliciter tamen hanc assertiōnē li-
18 mitatam velim (1.) † Vt si gravida reperia-
tur sponsa, ante omnia tentetur reconciliatio, & sponsus admoneatur a Judice ec-
clesiastico, ne a pacto matrimonii discede-
dat, praeſertim si sponsa a celebratis spon-
ſalibus modeste se gesserit, culpamque
commissam humiliter fuerit deprecata;

vel etiam ignorantia sponsi sit spontanea
aut satis crassa. Modò haec admonitio
in coactionem non degeneret, quæ ab-
esse hinc debet. (2.) Si † sponsus pudici-
tia virginalis sciens ac gnarus sponsalia
cum deflorata contraxerit, non con-
cedatur repudium, quia serò nimis recu-
sat mores mulieris, quos uxorem ducen-
do probavit, l. 13. § ult. ff. ad Leg. Iul. de
adult. † nec se deceptum queri potest, qui 20
sciens & volens eam sibi despondit, cuius
conditionem haut ignoravit, Johan. Ger-
hard. dist. loc. §. 111. tit. pag. 191.

Ita † Consistorium Supremum ad requisitionem D. Helvici Carthi zu Freyberg die 28. Novemb.

Anno 1610. (Verba Sentent. Auf euren Bericht in Ehe und Schwangerungssachen
Balthasar H zu Weinsdorff Klägern an einem / Marien Martin H nachgelassene
Tochter Beklagte am andern und den in Hass genommenen Christoff T. intervenienten
dritten Theils / Erkennen und sprechen wir vor recht: Hat Kläger sich mit der Be-
klagten / unawissende / das sie von dem intervenienten stupraret, und geschrängert wor-
den / in ein Eheverlobniss eingelassen; So ist er mit derselben die Ehe wider seinen
Willen zu vollziehen nicht schuldig / Es mag auch sie den intervenienten, wofern zwis-
schen ihr und ihme der Ehe wegen nichts abgeredet ist / zu ehelichen nicht gedrungen
noch angehalten werden (V. R. W.)

It: † in causā Mēbus R. zu Belatz Klägern an einem / Annin Jacob L Tochter daselbst 22
Beklagte anders Theils / die 25. Januar. Anno 1609. (Verba Decreti: Dieweil Beklag-
te nicht verneinet/das sie von Peter Seidein/ehe sie mir Klägern sich verlobt / schwang-
ger gewesen/uns auch zwischen den Parteien die gütliche Aufführung entstanden;
So wird das zwischen ihnen gehaltene Eheverlobniss hiermit billich casirer und auf-
gehoben (V. R. W.)

Et † ad petitionem NN. zu S. die 10. Novembr. Anno 1609. (Verba Sentent. Als ihr uns bei 23
richtet/wie das George N. sich mit Barbarē NN. nachgelassenen Tochter ehelichen
versprochen / und hernach erfahren / das die Barbara vor dem Verlobniss von
Thomas N. geschwängert worden weches denn die Dirne gestanden / und darauf
von Georg N. bey euch gesuchet worden / daher von bemüher Barbarē möchle los-
gesprochen werden / alles nach fernern Inhalt einer uns eingeschickten Berichts /
darüber ihr euch des Rechten zu belehren gebeten habt. Demnach erkennen und spre-
chen wir ic. vor recht: Do es euerm Bericht nach bewandt wird Georg N. mir fleiß er-
mahnet die Barbarāt wegen selner geschehenen Zusage zu h. liegen / Do aber solches
bey ihme nicht zu erhalten; So wird der selbe wegen angezogener Schwangerung von
der Barbara billich losgesprochen/ ihme sich mit einer andern seiner Gelegenheit nach
Christlich zuverehligestattet/ mi nachgelassen wird vor auben Thomas N. wegen
begangener schwangerung mi unzucht/inhalts unsrs gnädigsten Herrn aufgegan-
genen Ordnung von der weltlichen Obrigkeit billich in straff genommen (V. R. W.)

DEFINIT. CLXXXIX.

Concedipotest repudium ob fornicationem & stuprum à sposo
ante contracta sponsalia commissum.

S V M M A R I A,

1. Sponsalia num dissolvenda si sponsus ante ea
fuerit fornicatus?
 2. Negant hoc Cypr. & Dd. communiter.
 3. Ratio diversitatis quanam hoc casu inter spon-
sum & sponsam?
 4. In sponsâ insitio stirpis adulterina metuenda
est.
 5. Non etiam in sposo.
 6. In feminâ libido multò fædior, quam in viro.
 7. Major requiritur castitas in feminâ, quam in
viro.
8. Ex jure divino adducitur diversitas.
 9. Lex Mosaica conscientias munit.
 10. Locum habet diversitas hac in matrimonio
consummato.
 11. Sponsaliorum verò dissolutio etiam ob sponsi
fornicationem permittenda.
 12. Facilius dissolvuntur sponsalia, quam matri-
monium.
 13. Non minor sit castitas sponsi quam sponsa.
 14. Decretum Consistorii Supremi.

I Vid verò juris in casu conveiso, si
quempe vir ante sponsalia contracta
fuerit scortatus, num id sponsa ei objicere,
ipsumque repudiate poterit? Negat hoc
† Paul. Cypræ. de sponsalib. cap. 13. §. 57. n. 2.
ubi dicit: Itaque ut rem in pauca conferamus,
sponsalia dissolvi minimè existimaverim, etiam si
sponsa sponsu obijciat, eum Veneri, ante sponsalia
deditum fuisse & se libidinibus contaminasse,
idque doceri posset modò post illa contracta castam
instituat vitam. Haec tenus Cypræus † Cu-
jus opinioni plerique adhærent, nec sine
ratione diversitatis, quæ & in correlatis
iuris diversum indecit, † Sponsam enim vi-
tiatam repudiandam inquiunt, propter
insitatem stirpis adulterinae, per quam
non solum marito, sed & toti familiae ma-
gna infertur injuria, l. 6. §. 1. 34. § 1. ff. ad
Leg. Iul. de adult. Matth. VVsembec. in pa-
rat. ff. eod. tit. num. 4 & seqq † quod me uen-
dum non est in sposo, qui fœdis libidini-
bus antea se contaminavit, & scortatus
fui. Ac licet castitas à viro pariter & uxo
re desideretur, ac iniquissimum sit, mari-
tum ab uxore pudicitiam exigere, quam
ipsemet non exhibeat, l. si uxor. 13. ff. ad Leg.

Iul. de adulteriū attamen in feminâ libido 6
multò fædior est, quam in viro, læsaque
pudicitia omnis in feminâ virtus ruit.
Quin † ergo major castitas in feminâ, 7
quam in viro requiriatur, ambigendum
non est, Glos. in l. palam. §. quæ in adulterio.
ff. de rit. nupt. Johan. Goedd. ad l. 101. num.
4. ff. de Verb. signif. Deficit † porrò hoc 8
casu autoritas juris divini, quod jubet la-
pidibus obrui compiessam ab alio, quæ
postea tanquam virgo nupsit alteri, si fuerit
accusata, & vir petat divorcium, Deu-
ter. 22. Sed de marito, qui ante initum
matrimonium deditus fuit fornicationi,
nil teperitur dispositum; ut hinc diversi-
tatem inter viu & feminæ fornicatio-
nem utrò petere liceat; Quantumvis † e-
nim lex Mosaica judicialis ad nos haut
pertineat, exemplum tamen legis illius
conscientias munit, ut loqui ut Philippus
Melanchthon. in loco deconjugal allegatus à
Joh. Schneidvvin. ad rit. Inf. de nupt. part.
4. num. 62.

† Fateor ponderis esse magni hascerationes, 10
ob quas post consummatum per
nuptias matrimonium divorcium haud
per-

permittendum facile concesserim, ut maximè stuprum mariti ante matrimonium commissum uxor proberet ac separationem petat, de quo pluribus dixi in Iurispr. Forens.
I ad Conf. Elec. 20. part. 4. Defin. 13. At matrimonio nondum per nuptias consummato, si sponsa ob stuprum & fornicationem sponsi eum repudiare velit, repudium decernendum & sponsalia dissolvenda esse, arbitrati fuerunt Domini Consistoria.
I 2 les procul dubio ex hoc fundamento, + quod facilis ac plauibus ex causis rompanctur sponsalia, quam matrimonium per-

nuptias consummatum, quodque turpius ejiciatur, quam non admittatur hospes, cap. quemadmodum. 25. vers. alioquin. extr. de jurejur. + Ac profecto ex impurâ sponsi vi-
tâ facile est æstimare, quâ constantia ser-
vatorus sit postea sponsus conjugii fidem:
Et quo iure castitatem à sponsa exiget
sponsus, quam non repudiat? aut quo iure
id petet, quod nō reddit? Quo circa fas est,
ut qui intactam sponsam querit, ipse sit
intactus, & qui puram experit, ipse sit pu-
rus. Casp. Erasm. Brochmann. in art. de con-
jugio quest. 34.

Ita + Consistorium Supremum in causâ NN. Kläg. rin an einem NN. Beklagten am andern/ 14 und NN. Interventient dritten Theils/die 4. April. Anno 1628. Verba Decreti: Dierveil Beklagter geständig/ daß er die Klägerin beschlaffen / hernach mit der Interventientin als derselben Vaters Brüderin Tochter sich verlobt/ welche ihn aber nunmehr zuverehlig nicht beghret; So wird solches Ehegelöbniss billich hinwiederumb casfret und aufgehoben/ Auch der interventientin sich in andere wege hinwieder zuverehlig verstaert und nach gelassen / der Klägerin aber umb angezogener Ursachen willen bis an ihr ferner ansuchen der gebetene Anstand mitgehetlet/ V. R. W.

T I T. X I.

De

Divortio.

DEFINIT. CL XXXIX.

Veram divortii causam præbet adulterium alterutrius conjugis.

S V M M A R I A.

1. Arctius est vinculum nuptiarum, quam sponsa- liorum.
2. Difficilius conceditur divortium quam repu- dium.
3. Conjugium perpetuum & indissolubilis est con- traclusus.
4. Quondam à Moze divortia fuerunt concessa.
5. Num per conniventiam, sed per modum dispen- sationis.
6. Et qua ex causa: num. 7.
- I** Nuptiarum vinculum longè for- tius existere quam sponsaliorum,
8. Divortia temeraria in Nuevo Testamento sunt abrogata.
9. Ob causam adulterii etiamnum permissa. n. 11.
10. Quæ causa exceptionis?
11. Fornicatio & adulterium justa divortij causa. num. 13.
14. Dupliciter de criminis adulterij agere licet, cri- minaliter & civiliter.
15. Divortium est pena adulterii civilis.
16. Decreta Consistorii Supremi. num. 17. 18.
- nemo est qui dubitare possit, siquidem ma- trrimonii per sponsalia saltem inchoatum per-

- per nuptias tandem consummatur & firmatur: ex quo facile judicare licet, † dissiliens impetrari divortium, hoc est, ipsius matrimonii dissolutionem, quam repudium quod est disruptio & callatio sponsaliorum, cap. quemadmodum 25. vers. alioquin extr. de iurejur. Joh. Harppr. ad rubr. Inst. de nupt. num. 139. Nec immereit, quia † conjugiam perpetuus & indissolubilis est contractus secundum ejus institutionem in Paradiso & ordinationem Christi, Matth. 5. & 19. Marc. 10. Luc. 16. Praeavendum ergo, ne rumpatur per divortium, quod propterea nonquam licitum fuisse contendit Innocentius III. in cap. gaudemus extr. de divort. Didac Covarruv. part. 2. de matrimon. cap. 7. §. 4. num. 7. Beza de repud. pag. 216.
- 1 Sed errat Pontifex, cum iamdudum Moses in Republica Iudaicâ per legum suarum approbationem divortia toleraverit Deut. 24. vers. 1. Lev. 21. vers. 7. & 14. non per solam connivitiam, † sed per modum dispensationis ad vitandum homicidium, Malach. cap. 2. ibi. Qui odio habet uxorem, dimitat eam, dicit Dominus. D. Chrysost. in homil. in cap. 19. Matth. can. hâc ratione. 3. 1. quest. 1.
- 2 † Nimirum dispensando Deus jus à se constitutum remisit, divortiumque concessit, ne deterius quid ex odio inveterato extirretur. † Satis enim putavit Jehova vinculum conjugii relaxari, quam foedioribus rixis, insidiis, veneficiis & patricidiis viam & occasionem aperiri, Bellarm. de matrimon. cap. 17. Joh. Gerhard. in loco de conjug. num. 563. † Etsi verò postea in Novo Testamento Christus Pharisæos ad primam conjugii institutionem revocavit, & temeraria illa divortia planè abrogavit, causam † tamen fornicationis seu adulterii ad divortium sufficientem disertè exceptit, Matth. 5. vers. 32. & cap. 15. vers. 9. utpote quæ conjugii formam, adeoque ipsum †
- conjugium tollit, quia solvit unitatem carnis, fidem conjugalem evertit, ipsaque matrimonii substantialia abolet. Conuges namq; ex ipsius Dei institutione sunt una caro, Genes 2. vers. 24. Matth. 19. vers. 6. At mulier adultera sit una caro cum adultero, 1. Corinth 6. vers. 16. † Quod si ergo 11. Maritus uxori adulteram dimittit, aliamque dicit, non certè magis peccat, quam si post mortem prioris conjugis, aliam dicit, siquidem per adulterium pariter ac mortem vinculum unitatis conjugalis dissolvitur, non ab homine, sed ipsa matrimonii lege, quam adultera nefariè est transgressa & ab obligatione ejus se subtraxit, quo defusus dixi in Pract. criminal. part. 2. quest. 63. num. 8. & multis seqq.
- 3 Dubiū itaq; non est, † quin etiamnum 12. hodie fornicatio seu adulterium justa & sufficiens habeatur divortii causa: quatenus maritus uxori adulteram retinere nolit, civili auctoritate ad tori sive matrimonii separationē bene experiri potest, cap. 5. extr. de procurat. cap. significasti & cap. ex literio. 5. extr. de divort. cap. literio. 12. extr. de presumt. cap. 4. extr. de donat. int. vir. & uxor. † E converso uxor 13. contramaritū adulterū parili ratione agere valet ad divortium & matrimonii dissolutionem, can. in conjugio. & can. seq. vers. similiter 32. quest. 1. cap. quasivit. 2. extr. de d. v. vrt. 1. consensu. 8. §. si qua igitur. C. de repud. † Nimirum dupliciter de crimen adulterii agere licet: Criminaliter ad poenam infligendā; & civiliter ad tori separationem, dotisque & donationis propter nuptias amissionē, Hent. Bocer. in tract. de adult. cap. 3. num. 19.
- 4 † Est ergo pena civilis adulterii divortium seu matrimonii dissolutio. Joach. à Beust. de matrimon. part. 2. cap. 20. Flamin. de Rub. in tract. de adult. cap. 16. n. 4. Matt. Wensem. in parat. ff ad leg. Iul. de adult. n. 19. Ludov. Gilhaus. in arbor. jud. crimin. cap. 2. tit. 18. n. 22. Bocer. de adult. cap. 5. in pr.

16. *Ita † Consistorium Supremum in causa Hansen P. Klägern an einem / seines Weibes Mar-then Beklaget anders theils / die 20. Augusti, Anno 1628. (Verba Decreti: Dass Beklagte des mu Andreas Fickl. in bigangenen Ehebruchs zur nocturpi überführt; Derewegen Kläger der Ehe halber von ihr billich entbunden und loszgelieht wird / wie wir ihn hiermit davon entbinden und loszehlen / rc.)*
17. *ii: † in causa Annen Daniel N. Eherweibes / klägerin an einem / jenzo gedachte ihren Ehemann beklagten am andern theil / die 27. Augusti, Anno 1628. (Verba Decreti: Daraus allenhalben / sonderlich beklagten originaliter producirten und recognoscirten Schreiben am dato den 21. April. Anno 1626. desj gleichen seinen und Magdalenen G. untern dato Essela den 18. Augusti, Anno 1626. producirten und recognoscirten bekandtis soviel zu befinden / dass beklagter an der klägerin brüchig worden / Derwegen sie von ihm der Ehe halber zu absolvieren und zu entbinden / wie wir sie hiermit davon entbinden und loszehlen / rc.)*
8. *Et in causa Annen/ Gottfried M. Eherweib/ klägerin an einem / jenzo gedachte ihrem Ehemann beklagten anders theils belangende / die 19. Novembr. Anno 1623. (Verba Decreti: Dieweil klägerin mit des Centrichiers zu B. Hansen Jacob E. bestegelter Kundschafft best einget / dass ihr Ehemann Gottfried M. an ihr brüchig / und derenhalben daselbst an den Pranger gestellte und des Landes zu ewigen Zeiten verwiesen worden; So wird sie der Ehe halber von ihm billich absolvier und entbunden / ummassen wir sie hiermit davon absolvieren und entbinden / rc.)*

DEFINIT. CXC.

*Dissoluto ex causâ adulterii conjugio, innocentia nuptias cum
aliâ personâ contrahere licet.*

S V M M A R I A.

1. *Frustra an non disputetur de hac questione: n.*
 2. *3.*
 4. *Nequaquam effectu destituitur quaslio hoc.*
 5. *Quando scilicet negligens est Magistratus in puniendo adulterio.*
 6. *Aut si justa excusa, mortis pœna adultero remittatur.*
 7. *Num ergo innocentia liceat ad aliud convolare matrimonium?*
 8. *Decisio affirmativa.*
 9. *Qua & placuit B. Luther.*
 10. *Non modò ea est fundata in jure civili.*
 11. *Sed etiam in sacris.*
 12. *Fundamenta ex iure divino quanam? num.*
 13. *14.*
 15. *Premittenda est reconciliatio, priusquam detur facultas cum aliâ personâ inire matrimonium, n. 16.*
 17. *Etiam ex mente B. Lutheri.*
 18. *Decreta Consistorii Supremi. n. 19. 20. 21.*
- F**rustra disputari dixeris de concedendâ facultate novarum nuptiarum, factâ ob adulterium in provinciis Electoratu Saxonici divortiō, cùm indifferenter ferè mortis supplicium in adulteros sit constitutum, quod si Reis infligatur quin parti innocentia ad novas convolare liceat nuptias, dubium vix relinquitur, absque controversiâ conjugio morte dissoluto; ut non immerito † Joach. à Beust eâ de questione judicium suum hisce protulerit verbis: *Sed Dei beneficio Magistratus Ducatus Saxonici tam justus & severus adulterorum vindicta est, ut huic questioni locum non relinquitur.*

- quae, in tract. de iure connub. part. 2. cap. 25. in fin. † Quod & Christo, innocentii vivente adhuc adulterâ aliam ducere uxorem permittenti, Matth. 5. & 19. obijcere potuissent Pharisæi ex lege Mosaica, quæ adulteros lapidibus obrui jubet. Levit. 20. & Deut. 12. cui supplicio non potuit non derogare Christus, jus novarum nuptiarum concedens factô ob causam fornicationis divortiô, si non frustanea fuisset concessio, Henn. Arnis. de iur. connub. cap. 6. sect. 2. n. 24. Sed † cum Christus præviderit neglectum legis Mosaicæ de puniendo adulterio, quem tamen verbis expressis reprehendere, & officium Magistratûs involare noluit, saltem conscientiis sub negligente Magistratu prospiciens, Alber. Gentil. lib. 6. de nupt. cap. 11. Arnis. dict. sect. 2. n. 25. † suo hauri constitui effectu questionem hanc, non obscurè indicavit, ut hinc de eâ non frustâ disputeretur, quando negligens est Magistratus in adulterio puniendo, nec solum facit officium; quò & B. Lutherus respexit in libello de vit. coniug. tom. 2. Ienens german. fol. 166. verb. Wo aber die D. brigetii seumig und nachlässig ist/ und nicht tödet/ rc. Quin † & locus dabitur questioni huic, si Magistratus ex speciali quapiam ratione justâ que ex causâ gratiam fecerit adultero, mortisque supplicium remiserit, pœnâ mitiori & arbitrariâ carceris vel pecuniariâ substituta, quo de pluribus dixi in Pract. crimin. part. 2. quæst. 57. 60. 61. &c. † Quæ ergo illius decisio?
- Missis his, quæ contra Bellarm. de matrim. cap. 14. & Canonistas disputantur, & à nobis etiam prolixius adducta suêre in tract. crimin. dict. part. 2. quæst. 63. n. 18. & seqq. firmis stat pedibus resolutio † nostrarium Theologorum & Consistorialium, quod lictum sit conjugi innocentii, vivente adhuc parte adulterâ cum aliâ personâ contrahere matrimonium, ut videre est apud Nevizan. 1. syb. nupt. n. 106. Beza de divort. fol. 178. Mauler. de nupt. Joach. à Beust dict. part. 2. cap. 24. Joh. Schneid. win. ad tit. Inst. de nupt. sub rubr. de divort. n. 35. & seqq. Henn. Arnis. dict. cap. 6. sect. 2. à quâ sententia etiam non † fuit alienus B. Lutherus tom. 5. Ienens german. in lib. de caus. matrim. part. 2. pag. 255. quando scribit: Ich kan und mag nicht wehren/ wo ein Gemahl die Ehe brich/ und kan beweiset werden öffentlich/ daß das andere theil frey setz/ und sich scheiden möge/ und mit einem andern verehelichen/ rc. † Ea que de jure civili dubium non habet, l. consensu. §. virum. & §. sin verd. C. de repud. sed & in sacris bene fundata. (1.) † Quicunq; enim, inquit Christus, dimiserit uxorem suam, exceptâ causâ fornicationis, & alia duxerit, mœchatur, Matth. 19. Sequitur ergo à contrario sensu, non mœchari eū, qui propter caulam fornicationis uxore dimittit, & aliam ducit; Nam lex Mosaica ex quâcunq; causâ id permittebat: quam Christus lustulit, unicum excipiens casu fornicationis. Quò igitur exceptio sit de regulâ, verba Christi ita sunt intelligenda, ut innocentii lictum sit aliam ducere uxorem, adulterâ etiâ vivente, Jö. Schneid. win. & Beust dict. loc. (2.) † Nec verba Christi concedentis divortium in causa adulterii, Matth. 5. & 19. de inani vocabulo erunt accipienda, sed de liberazione potius tali, quæ sit re ipsâ, ubi innocens persona non retineretur ligata, veluti Apostolus de fideli pronunciat: Si infidelis discellerit ab eo, non erit fidelis subjectus servituti, 1. Corinth. 7. † cumque verba a pud Marc. 10. & Luc. 16. generaliter prolata necessariò sint explicanda de divortio à vinculo, non potest alius affingi sensus verbis à Matth. cum exceptione relatis, quia utrobique eadem historia idemque narratur responsum. (3.) Et quis nō animadvertit, † si factô divortiô non liceret cum

cum aliâ personâ inire matrimonium, partem innocentem cogi ad cœlibatum contra ipsam Christi verba: Qui potest capere, capiat, Matth. 19. vers. 12. nec non Apostoli: Si non continent, nubant, melius enim est nubere quam uti, 1. Corinth. 7. ver. 9

L Quæ et si ira se habent, tamen properandum est ad concessionem novi conjugii, sed cum temperamento procedendum, ut nempe apud partem innocentem reconciliatio prius tenteretur, quia Ecclesia redeunti & respicenti gremium non claudit, cap. super eo. extr. de haret. in Sto. quam adhortationem si admittere nolit,

rursus monenda, ut ab alio abstineat coniugio vivente adulterâ, si se non contineat castèq; vivere queat; si vero non concedenda demum est facultas cum aliâ personâ nuptias contrahere. Beust dict. cap. 24. Joh. Schneidw. in. dict. rubr. de divortio. n. 35. quæ & ipsissima fuit sententia B. Lutheri dict. tom. 5. Ienens. part. 2. pag. 255. ibi: Wiewol wo mans thun kan / daß man sie versöhne und bey inander behalte / ist's gar viel besser / wann aber das unschuldige theil nicht will / so mags im Namen Gottes seines Rechtes gebrauchen / &c.

Ita tamen Confessorium Supremum in causa Hansen P. Klägern an einem Marchen sein Ehe¹⁸ weib Beklagte anders heils/ die 20. Augusti Anno 1628. (Verba Decreti: Das Beklagte deft mit Andreas F. begangenen Ehebüchs zur noturft überführt/ Dero wege Kläger der Ehe halber von ihr billich entbündend loszehzelt wird/wie wir ihn hiermit davon entbinden und loszehzeln/ ihme auch als dem unschuldigen theil in anderer wege sich hinwieder christlich zuvereheligen/ und die Ehe/ doch ohne Gepränge/ zuvolziehen verstatten und nachlassen/ X. R. W.)

It: tamen in causa Annen/ Daniel N. Eheweibes Klägerin an einem/ sogenedachten ihren Ehe¹⁹ mann Beklagten anders heils/ die 27. Augusti Anno 1628. (Verba Decreti: Daraus allenhalben so viel zubefinden/dass Beklagter an der Klägerin brüchig worden/ Derowegen sie von ihm zu absolvieren und zuentbinden/ wie wir sie hiermit davon entbinden und loszehzeln/ ihr auch als dem unschuldigen theil in andere wege sich hinwieder christlich zuvereheligen verstatten und nachlassen/ der weltlichen Obrigkeit die verwirckte straffe wieder Beklagten vnd Magdalenen G. vorbehaltende/ V. R. W.)

It: tamen in causa Caspari H. Klägern an einem/ seines Weibes Annen beklagten andern heils/ die 5. Sept. 1628. (Verba Decreti: Daraus so viel zubefinden/dass Beklagte an Klägern brüchig worden/ derowegen er von ihr der Ehe halber billich absolviret und entbunden wird/ wie wir ihn hiermit davon entbinden und loszehzeln/ ihme auch als dem unschuldigen theil in andere wege sich hinwieder christlich zuvereheligen verstatten und nachlassen/ V. R. W.)

Et tamen in causa Annen/ Gottfried M. Eheweib/ Klägerin an einem/ sogenedachtem ihren Ehe²⁰ mann Beklagten anders heils/ die 19. Noverbr. Anno 1623. (Verba Decreti: Die weil Klägerin mit deft Rentrichters zu Bamberg Hansen Jacob S. besiegester Kundschafft bescheinigt/ dass ihr gewesener Ehemann Gottfried M. an ihr brüchig/ und derohalben daselbst an den Pranger gestellt und deft Landes zu ewigen Zeiten verwiesen worden; So wird sie der Ehehalber von ihm billich absolviret und entbunden/ immassen wir sie hiermit davon absolviren und entbinden/ Ihr auch in andere wege sich hinwieder christlich zuvereheligen verstatten und nachlassen/ V. R. W.)

DEFINIT. CXC I.

Parti etiam nocenti seu adulteræ certis conditionibus novæ concedi possunt nuptiæ.

S V M M A R I A.

1. Ex sententiâ Canonistarum nocenti haut concedenda sunt novæ nuptiæ.
2. Quibus in extibus juris canonici ea fundata?
3. Non destruitur hac sententia ratione.
4. Alter sensit B. Lutherus.
5. Cuius sententia vera & recepta n. 6.
7. Cum micâ salis tamen accipienda.
8. Prius tentetur reconciliatio.
9. Precedat severa admonitio.
10. Consensus Consistorii acedat.
11. Et mulcta vel emigratio nocenti iungatur.
12. Rescriptum Electorale.

- I**Constans est Canonistarum sententia, quod dissoluto ob adulterium coniugi, parti nocenti potestas novum inire matrimonium haud comperat, uti legere est in cap. literis. 12. vers. Ex violentâ & certâ suspicione fornicationis potest sententia divortii promulgari, ita quidem, ut vir licentiam habeat, mortua illâ (adulterâ) ducendi aliam, muliere sine spe coniugii remanente, extr. de presumpt.
2. † & in can. quadam cum fratre 32. quaest. 7. ibi: Quedam cum fratre viri sui dormivit, decrenum est, ut adulteri nunquam conjugio copulentur, illi verò, cuius uxor stuprata est, licita conjugia non negentur. Idemque statuit in can. si quis viduam. can. qui dormierit. can. concubij. can. si quis cum novercâ caus. & quaest. eadem.
3. † Nec sine ratione, quia absolum videtur, partem nocentem commodum sentire ex suo delicto, ac criminibus præberi incentivum: quod certè fieret per indulgentiam novarum nuptiarum; nunquam non enim mulieres odio piorum maritorum adulteras se mentientur, ut ad novas nuptias adiuvare pareat.

4. † Alter nihilominus sensit B. Lutherus in lib. de viu. conjug. tom. 3. len german. fol. 166. quando scribit: Fragst: wo das andere bleiben soll / wann es vielleicht auch nicht kann Reusch her halten? Antwort: Darumb hat Gott im Gesetz geboten / die Ehebrecher zu füngten/dass sic dieser Frage nicht dürfien/

Also soll auch noch das weltliche Schwerdt und Obrigkeit die Ehebrecher tödten: Wo aber die Obrigkeit seumig und nachlässigt ist, und nicht tödtet, mag sich der Ehebrecher in ein andern Land machen und freyen/ wo er sich nicht halten kan/ aber es were besser/ tödt mit ihnen umb böses Exempels wil. len 2c. † Restissimè ita Lutherus, si solā Magistratus negligentia execratio pœna intermittratur; sed cum ex ratione justâ ac sufficiente mortis supplicium sâpe remittitur & pœna adulterii mitigatur, fieri non potest, † ut non diligens etiam Magistratus hac de re sit sollicetus, ubi rursus optimè consuluit B. Lutherus, novum conjugium nocenti haud fore denegandum, cumq; sequuntur Bidenbach in promptuari connub. in append. de caus. matrim. cap. 2. q. 2. Besold. in discurs. de nupt. ca. II. n. 5. Melanchr. in loc. cōm. theol. loc. de coniug. tit. de modo proced.

Quod tamen † cum micâ salis accipendum, ne indifferenti licentiâ aperiatur fenestra ad aequitiam, nec malitia præmium consequatur exoptatum. Quare (1.) † tentanda est reconciliatio, cuius si spes aliqua superest, nocenti ad alias convolare nuptias neutiquam concedatur. (2.) † Graviter pars nocens menenda, ut delictum suum agnoscat, laboribus & jejunis concupiscentias carnales reprimat, seque indignam judicet, cui novi matrimonii potestas

10 testas detur. (3.) † Cavendū porrō, ne propriā auctoritate persona nocens ad novū transeat conjugium, sed Consistorii seu Magistratū ecclesiastici consensum prius experat. (4.) † Ac si omnino conscientia eius in cœlibatu periclitetur, novum conjugium hac demum conditione conceda-

tur, ut pars nocens sedem fortunarum ac domicilii mutet, atque eō se conferat, ubi ejus turpitudo non innotuit, vel saltē multam luat pecuniariam, & nuptia absque pompa celebrentur. Hemming. de matrim. pag. 186. Joh. Gerhard. in loco de conjug. §. 621. pag. 1048.

Ita † Serenissimus Saxonia Elector Consistorio Zicensi die 7. Iunij Anno 1626. (Verba Rescripti: 12

Wir haben auf angehöriger Verlesung euers unterthänigsten Berichts, was es umb Judichen s. Johau Friederichs C. gewesenem Eheverlust vor eine Gelegenheit habe vernommen. Wofern nun wegen begangenen Ehebruchs nach erlangter Landes sicherung bei ihrem gewesenen Ehemann die remission und Aufsöhnung nicht zu erhalten / Sie auch auf euer zuredet mit unverlezen Gewissen außer der Ehe nicht bleiben kan. So können wir nach Gelegenheit ihrer Jugend und anderer Umstände geschehen lassen / das sie gegen Erlegung 50. Thaler in unsern Kirchenkassen all hier / mit Christoff s. sich anderweit vereheligen / und die Ehe ohn alles Gepränge/ auch an keinem andern Orte/ als auf ihrem Gute zu s. vollziehen möge. Und behrden hier mit gnädigst. Ihr werdet die Supplianam darauff be cheiden / auch auf gedachten Fall berüdrie 50. Thl. von ihr einbringen / und anhero in unser Ober Consistorium überenden; Daran geschickt unsere Meinung ic.)

DEFINIT. CXCII.

Propter desertionem quoque malitiosam ita dissolvitur conjugium,
ut novum liceat parti innocentis inire matrimonium.

S V M M A R I A.

1. Ob necessariam conjugis absentiam novum non licet inire conjugium.
2. Priusquam de absenti morte uxori fuerit certiorata.
3. Quia causa necessaria malitiam excludit.
4. Alia & diversa est ratio desertionis malitiosa.
5. Ob quam permittitur divortium.
6. Et parti deserta novum licet inire matrimonium.
7. Quod probatur ex sacris.
8. Alia hujus assertio ratio.
9. Causa desertionis non improbata à Christo ad divortium. n. 10.

10. Conveniunt Theologi nostri cum Canonictis, quod mariō ex necessitate vel probabili causā abiente ac superstite, uxori non liceat alteri nuberi etiam si longo tempore absfuerit maritus, priusquam † de morte ejus sit certiorata cap. in præsentia. extr. de sponsal. cap. dominus. extr. de secund. nupt. Joh. Schneidvvin. ad tit. Inst. de nupt. sub F. ubr. de divort. num. 38 & 41. Henning. Arnis. in tract. de jure connub. cap. 6. sed. 7

Ooooo 3

† Causa

- 3 † Causa enim absentiae sive sic necessitatis
sive duntaxat probabilis, dolum & malitiā,
quę sola causatur divortium, exclu-
dit, quā de absentia procul dubio accipi
debet. *Auct. hodie C. d. rep. & Nov. hodie.* 117.
4 c. i. i. Alia verò est ratio † desertionis mali-
tiosę, quando nullā coactus causā hone-
stā, sed velleitate, vel impatientiā freni
conjugalis injustā, aliisvè non necessariis
causis impulsus conjunx à conjugē disce-
dit. Quo casu † justè divortium fieri non
facilè quisquam negaverit, *Henn. Arnis.*
dicit sect. num. 4. Joh. Schneidvvin. *dicit loc. n.*
43. *Joach. à Beust. de iur. connub. part. 2. cap.*
26. *vers. nos verd. Paul. Cypræ. de iur connub.*
part. 1. cap. 13. §. 77. n. 10. Martin Chemnit.
in exempl. Concil. Trident. part. 12. can. 6. & 7. sess.
8 pag. 262. & seq. *Basil. Monner. in tract. de*
matrim. cap. 7 part. 5. Joh. Gerhard. in loc. de
coniug. n. 623. Casp. Erasm. Brochmand. in
art. de coniug. cap. 4. quest. 58.
- 5 † Quidni ergo tū in parti desertę novū
inire matrimonium fas esset? ex sententia
D. Apostoli: *Corinth. 7. vers. 15.* ubi inquit:
Si infidelis discedit, discedat; non enim leti-
vitutis subjectus est frater vel soror in hu-
jusmodi casu. Quid ita explicat Andt. O-
siander *ibidem* ut pars deserta nō teneatur
propter malitiosam conjugis absentia per-
petuā à matrimonio abstinere, *Joh. Har-*
ppr. ad §. sunt & aliae. 1. n. 13. Inst. de nupt. †
7 Etsi verò Apostolus speciatim agit de tali
desertione, qua infidelis deserit fidem,
rectissimè tamen Theologi hoc ad quam-
libet desertionem malitiosam extendunt,
nisi dicto Pauli *1. Timoth. 5. vers. 8.* si quis suo-
rum & maximè domesticorum curam nō
habet, fidei negavit, & est in infideli deteri-
or: At curam domesticorum suorum neu-
tiquam dicitur habere, qui deserit conju-
gem piam, ut hinc merito deterior sit infi-
deli, causamq; divortii præbeat sufficien-
tem malitioso suo discessu, *Brochmand.*

dict. art. de coniug. cap. 2. sect. 9. Et verendum
omnino, ne si facultas novum ineundi cō-
jugium denegetur innocentι, conscientię
ejus iniiciatur laqueus ex criminе alieno,
cū tamē delicta suos teneant autores,
I. sanctius. 22. C. de pœn. Nec est quod cau-
sam hanc divortii à Christo improbatam
quisquam existimet hoc ipso quod adulteriū
solummodo ab eo ponitur divortii
causa, *Matth. 5. vers. 32. & c. 19. vers. 9.* Si qui-
dem Christus ibidem agit † de persona te-
merè conjugem absciente, quod facere
minime permissum. Aliud verò habendū
de persona in justè desertā, cui Magistratus
opem ferre debet, quod pie & tranquille vi-
vat, novas ei nuptias concedendo, ut sic
Christus de faciente divortium, Aposto-
lus verò in loco suprà citato de pariente di-
vortium loquatur, *Hemming. in libello de*
coniug. pag. 188.

† Quod ipsum tamen non aliter accipi.
endum, quād si legitimū præcesserit
desertionis judiciū, & conjugium per sen-
tentiam fuerit dissolutum, *Philipp. in loco*
de coniug. tit. de desert. *Iohan. Schneidvvin. dict.*
Rubr. de divort. n. 46. *Ioach. à Beust. dict. part.*
2. cap. 27. † Cujus porrò hic existit effectus,
ut redeunte licet desertore, novū tamen
non rumpatur conjugium. *I. miles. 21. §. mu-*
lier. 12. ff. ad Leg. Iul. de adult. Non equidem
latent nos † verba B. Lucherī in libr. de caus.
matrim. tom. 5. lenens. Germ. fol. 250. Wann eti-
ner glaubere und würde desß beredet mit ge-
waltigen Schein und warzeichen/ seine ver-
traute were gestorben / und darnach tāme
sie wieder / und fündete eine andere bei ihm?
Antwort. Er sol die erste wieder nehmen und
die andere fahren lassen. Wie wenn sie aber
schlecht nicht wieder zu ihm soll/ und w. ihn
kurgumb nicht haben? Wolan / so l. se sol-
ches die Obrigkeit erkennen / und sie zu dir
zwingen / will sie nicht / solah dich frey spre-
chen/ und bey der andern bestätigen sc. † Ex 14
quo

quo sanè posterius coniugium videtur re-
scindendum, quæ & Menteriest senten-
tia in tract. de coniug. aliorumque Theologo-
rum orthodoxorum, Casp. Erasm. Broch-
mand. dict. cap. 4. quæst. 59. Sed restringen-
¹⁵ dum hoc est † ad casum absentiæ probabi-
lis & necessariæ, vel si persona deserta,
haut præviō desertionis processu legitimū
nec antegressa publica desertoris citatioē,
¹⁶ novas contraxerit nuptias. † At si desertor
malitiosus ex causa non necessaria nec
probabili absens, solenniter citatus non

compatuerit, ac Magistratus autoritate &
consensu persona deserta aliud inierit
coniugium, tamū abest, desertorem post-
ea redeuntem coniugemque desertam si-
bire restituī potenter audiendum fore, † ut ¹⁷
poenis potius sit subiiciendus & in exilium
mittendus iuxta illud Lutheri: Si desertor
citatus non venerit, nunquam postea veniat, h.e.
redeundi potestas ipsi denegetur, prout hoc ex-
pliāt Iohan. Gerhard. dict. loco de coniug.
§. 634.

Ita † Consistorium Supremum in causâ Rosinen Christoff W. Eheweibes Klägerin an ei, ¹⁸
lichen zuverehelichen und die Ehe jedoch ohne Gepränge / zu vollziehen verstaete
und nach gelassen wird/ B. R. W.)

Et † in causa Marthen/ Hansen M. Eheweibes Klägerin an einem / ieggedachten ihren 17
Ehemann/ Beklagten anders Theils ic. die 24. Januar. Anno 1613. (Verba Decreti: Die-
weil beklagter nicht verneinen könnten/dazer das seine verzehret/ und Klägerin seinem
Weibe/ so er nun mehr driziehen Jahr zur Ehe gehabt/ chelchen nicht bewohnen kön-
nen; So ist Klägerin ihm bey so gestalten Sachen wider ihren Willen ferner bey-
zuwohnen nicht schuldig ic.)

DEFINIT. CCI.

Idemque obtinet, si maritus cum uxore ob corporis aliquod
vitium coire nequeat.

SUMMARIA.

1. Impotentia mariti iustum praebet divorcio cau-
sam.
2. Movetur obiectio ex iure divino.
3. Quæ tamen duplo modo refellitur. num. 4. §.
6. Propter inhabilitatem corporis coniugium dis-
solvi potest.
7. Ut si maritus cum uxore ob vitium corporis co-
ire nequeat
8. Quibus ex rationibus & fundamenti n. 10. 12.
9. Eadem ratio idem ita operatur.
11. Correlativorum eadem est natura & ratio.
13. Sententia Consistorii Supremi.

Expedi-

- E**xpeditum ideoque est, impotentiam mariti causam divortio præbere sufficiem: cui tamen non parùm videtur adversari effatum Christi: Ego dico vobis, quis quis uxorem dimittit exceptâ fornicationis causâ, is adulterium committi, Matth. 5. vers. 32. † ex quo patescit, unicam duntaxat esse causam divortii, nempe adulterium, veluti latè disserit & probat ex hoc dicto Johan. Gerhard. in loco de coniug. § 602. & seqq. non ergò ob impotentiam mariti divortium erit permittendum? Sed agit ibidem Christus vel de personâ temere conjugem abjiciente & propriâ sponte divortium faciente, quo ipso nec desertio malitiosa, nec alia cause excluduntur, ut monimus suprà Defin. 192. num. 9. & 10. Hemming. in libell. de coniug. pag. 188. Casp. Et. Sm. Brochmand in artic. de coniug. cap. 4. quest. 55. † vel distinguendum inter dissolutionem conjugii perfecti, & declarationem pro nullo ejus, quod ab initio non subsistit, veluti ob dolum, deceptionem, aut inhabilitatem nulliter contractum; † Licet ergò dissolutionem Christus non nisi ob adulterium & fornicationem concellerit, declarationem tamen pro nullo conjugio alias ob causas non prohibuit; ex quo etiam hoc casu divortium propriè haut fieri a-junt, Brochm. dict. quest. 65. Gerhard. dict. loco deaduct. §. 636. † Manet igitur verissimum, propter inhabilitatem corporum, salvò Christi effatō, ita separari posse coniuges, ut parti deceptæ integrum sit transire ad novum conjugium.

¶ † Confessorium Supremum ad consultationem Andreae K. in N. die 12. Ianuar. Anno 1629. 13
 (Verba Sententia: Hareure Tochter vor 12. Jahren sich verehelijget / und bishero feine Leibesfrucht der Welt gebracht / darüber zwischen beiden Eheleuten grosser Zank / an welchem Theil der Mangel seyn möge / sonderlich bey einer Tochter erfolger / dem zuverhüten ihr fleissige Nachforschung gehabt / und nach vorgehender Besichtigung durch zweyer geschwörner Wehemüter allhier gehane Aussage so viel in Erfahrung gebracht / wie es mit eurer Tochter von Mutterleibe an also beschaffen / das.

Ex quo porrò inferendum, si forsitan contingat, † ut maritus cum uxore suâ ob vitium aliquod corporis coire nequeat, dissolutionem pariter matrimonii novarumque nuptiarum licentiam ei haud degandam fore. Non solum (1.) † propter illas ipsas rationes, quas ob mariti impotentiam ad divortiu sufficientes diximus Defin. præced. Nam & hæc maritum dissolutionem conjugii petentem juvant; nempe deceptio fraudulenta & destitutio remedii ad extingendas unctiones & libidines, † ut ex rationis identitate eidem quoque jus hic obtinetere, tutò affirmemus, l. illud. 32. ff ad Leg. Aquil l. à Tito. 108. ff. de verb. obligat. Jason. in l. l. n. 11 ff si quis ius dicent. non obtemper. (2.) Sed etiam † quod interdicendum non sit marito, quod permissum est uxori; Si enim hæc audienda divortium petens ob impotentiam mariti; cur non & vice versa maritus licentiam novarum nuptiarum querens, si cum uxore ob vitium aliquod corporis coire nequeat? vel saltem ex naturâ correlativorum, quæ eandem † exiguntur juris dispositionem, Ale xant. lib. 5. consil. 131. num. 2. Ripa in l. siplag. 123. num. 11. ff. de verb. obligat. Nicol. Boër. decis. 48 num. 3. Modest. Pistor. lib. 2. consil. 42. n. 29. versum relativorum &c. (3.) † Et faciunt hoc verba Labeonis: quia non potest videri nupta, quæ virum pati non potest, in l. quod pupilla. 30. ff. quando dies legat. Quod si enim talis foemina nupta non est, impedimento certè non potest esse matrimonium, quod reverâ tale non est, quominus maritus ad novas accedat nuptias.

dass sie keines Mannes schuldig werden / noch Kinder zur Welt gebären / ihr auch ohne höchste Leibesgefahr weder gerathen noch geholfen werden könne / sc. Wosein nun einer Endambs sich länger nicht gedulden / noch mit unverleidem Gewissen außer dem Ehestande leben könne; So were bey seiner Geistlichen Obrigkeit die Ehesonde rung zu suchen ihm unbekommen / und ergienge alederlin dorauß / so wol seiner andretwelt Vereheligung halber / was recht ist / D. R. W.)

DEFINIT. CCII.

Haud dissolvendum est conjugium propter impotentiam aliudvè corporis vitium post nuptias superveniens.

S V M M A R I A.

1. Impotentia præbet causam separationi conjugum, ut & vitium corporis.
2. Modo non contrahentibus nuptias fuerit notum.
3. Sciens enim persona de hoc conqueri nequit. num. 4.
5. Supervenientia impotentia vel inhabilitatis post nuptias causam non præbet divorcio. num. 9. 10.
6. Variis modis impotentia accidere potest.
7. Ligatura magica frequens est in Gallia.
8. Ut & in Germania.
11. Probatur hac assertio ex iure canonico.
12. Quid B. Lutherus de hac senserit?
13. Refellitur quodam obiectio.
14. Rescriptum Consistorii Supremi.
15. Eiusdem Sententia.

Quod † diximus Defin. preced. 200. & 201. dissolvi posse matrimonium ob impotentiam vel corporis vitium, quo congressus impeditur conjugalis, id duplci modo limitatum volumus: (1.) Si aliquis vel aliqua scienter nuptias cum impotente contraxisset. † Licet enim hoc casu vir mulierem impotentem non possit verè habere in uxorem, nec mulier virum in maritum; tenetur tamen habere ut sororem & fratrem, cap. consultationi. 4. extr. de frigid. & maleficat. † Nam persona alterius vitii conscientia procul dubio fraudem fuit meditata, Ecclesiam pariter, Rempublicam, & semetipsam decipiens; quare si divorcium perat, dolus hic ei prodesse ac patrocinari non debet, l. 1. in pr. & l. ne ex dolo. 12. ff. de dolo malo. l. eum qui 14. §. is autem. ff. de furt. Hemming. in lib. de coniug. pag. 194. loach. à Beust. de jur. connub. part. 2. cap. 14. Iohan. Harpprecht. ad §. sunt & alia. 11. Inflit. de nupt. num. 142. † quam sententiam exemplo Da-

vidis & Abisag. Sunamitidis 1. Reg. 2. confirmat Bidenbach in prompt. connub. append. cap. 7 quæst. 6. pag. 557.

(2.) † Porro nec vitium aliquod corporis congressum carnalem impediens, vel impotentia, si post nuptias jam contractas supervenerit, justam divorcio præbet causam: Variis siquidem modis potentia † coéundi personis jam desponsatis adimi & accidere potest, vel ex causis naturalibus, vel ex ligaturâ nagicâ, quæ in Vasconia frequens prohibetur; quin † & in totâ Gallia adeo frequenter neci nodum, ut plerumque sponsi Missis nocturnis, antequam lucescat, copulentur, ne ab incantatoribus per lucem conspiiantur, inquit Henning. Arnis. in tract. de iure connub. cap. 6. sett. 8. n. 19. † Eandemque ligaturam cum ingenti damno novorum conjugum sapissime quoque fieri in Germaniâ, multorum hominum testantur querelæ. Quocunque autem modô id accidat, veluti de modis variis videt

I. *dere licet Panorm. & Hostiensis. in rubr. & tot tit. extr. de frigid. & maleficat. Corras. annot. 2. in arest. Thol. Klingium in libell. de caus. matrim. † supervenientia impotentiae vel inhabilitatis vinculum conjugale haut solvit; sed cogitent conjuges ad fortunam quamcunque ferendam se esse obstrictos, 10 † nec posse propter causas vel morbos adversos, post quam matrimonium jam consummatum est, invicem separari. Johan. Gerhard. in loco de coniug. §. 685. Joh. Harppr. ad §. sum. & alia. II. n. 136. Inst. de nupt. nihil enim tam humanum esse videtur, quam fortuitis casibus mulieris maritum, & contra uxorem virti participem esse, l. si dotem. 22. §. si maritus. 7. ff. solut. matrimon. III. Quod bene animadvertis Pontifex, † his- cc verbis scribens; Impossibilitas coeundi si post*

carnalem copulam inventa fuerit in aliquo, non solvit conjugium, si verò ante carnalem copulam reprehensa fuerit. liberum facit mulieri alium virum accipere, in can. quod autem quest. 27. 2. † Et 12 piè sentit B. Luther. quando ait: Wie darf wann jemand ein frances Gemahl hat das ihm zur ehelichen Pflicht kein Nutze worden ist/ mag der nicht ein anders nehmen? Bey leibe nicht/ sondern diene Gott in dem franten/ und warre sein/ dencke. daß dir Gott an ihm hat Helligthum in dein Haus gesetzet/ tom. 2. lenens german. de rit. coniug. fol. 156. b. † Neque incontinentia 13 conjugis impedimento huic sententiae esse debet, quoniam Deus neminem super vires tentat, ut ex eodem Luthero respondeat Gerhard. dict. §. 685. in fin.

Ita † Consistorium Supremum Superintendenti & Senatui Chemnicensi, die 2. Ianuarii, Anno 14 1626. (Verba Rescripti: Was an uns Samuel VV. Bürger bey euch / in sachen sei, ner Tochter Barbaren/ und ihrem Ehemann Johan H. betreffende / gelangen lassen/ solches habt ihr aus dem Einschluß mit mehrern zuvernehmen. Wiewol wir nun aus ewerm den 7. Novembr. abgewichenes Jahres eingewickten Bericht so viel be- funden / daß gedachter H. wegen anfälliger leibesbeschwerung zum Ehestand ungeschiickt worden / ic. So tragen wir doch die Ehescheidung anzuordnen bedenken/ und ihr werdet sie daranff zubeschieden wiss. n/ ic.)

Ee † ad requisitionem Matthei G. zu VV. die 27. Januar. Anno 1613. (Verba Sentent: Habt 15 ihr ewore Tochter Christoff I. eh. lichen zugesaget und versprochen/ marauff sie beyde mit einander getrauet worden/ Hochzeit gehalten / und in die drey Jahr friedlichen einander behgewohnet / Es wil aber nunmehr dahero Widerwertigkeit unter ihnen entstehen/ daß bemelter Christoph I. durch ein Unglück und unversehenen Fall an seinem Leibe und heimlichen Orte dergleichen schaden genommen / daß er hinsucho seinem Weibererter Tochter nicht ehelichen behwohnen mag. Ob ihr nun wol gemeinet deswegen die Ehescheidung zusuchen: Dierweil aber gleichwohl solche ungelegenheit aus sonderbaren Verhängniss geschehen / in welchem fall ein Ehegatte vom andern nicht abzusezen; sondern ihm gerettet zuzyn / und in gedult göttlicher Schickung sich zu unterwerffen pflichtig; So mag demnach die Ehe- scheidung nicht statt finden/ B. N. B.)

DEFINIT. CCCII.

Non permittenda est separatio conjugum sive divortium propter furtum ab alterutro commissum.

S V M M A R I A.

1. Pœna furii est ultimum supplicium.
2. Quandoq; minor irrogatur pœna furibus.
3. Ut fustigatio vel sola relegatio.
4. Furtum alterutriu conjugis non præber causam divortio sufficientem.
5. Matrimonium non facile dirimendum.
6. Sponsalia ob furtum à sposo commissum
7. haut dissolvi debent.
7. Faciūs sponsalia quām nuptiae dirimuntur.
8. Probatur decisio ex jure canonico.
9. Nec non jure civili. n. 10. 11. 12.
13. Vxor Caini maritum vagabundum secuta.
14. Sententia Consistorii Supremi. n. 15.

FRUSTRA hoc à nobis asseri existimaveris forsitan cùm furi indicatur hodie ultimū supplicium, seu pœna laquei. tit. 27. §. ult. FF. 2. Landrecht. lib. 2. art. 13. in pr. Ordinat. crimin. Carolin. art. 159. & 160. Const. Elect. 32. part. 4. unde fieri non potest, ut dissolutio per mortem conjugiō huic quæstioni locus relinqui possit? Sed†quis nescit, in puniendo hoc crimen pro varietate circumstantiarum & qualitate furti, judices quandoque esse duriores, quandoque vero remissiores, nec semper pœnam suspendi Reis infligi, † sed vel fustigatione, vel solā etiam relegatione eos puniri, Ord. crim. Carol. dict. art. 159 & 160. Dan. Möller. ad Const. Elect. 32. n. 1. & 11 part. 4. Tiber. Decian. vol. 3. consil. 16. & consil. 24. Joh. Baptist. Caccialup. inter consil. crim. Ziletti consil. 92. n. 1. & seqq lib. 2. † Quod si fiat, non concedetur divortiū, coniuge innocentie quantumvis hoc petente. Neutquam enim (1)pius Magistratus facile rumpi ac dissolvi patietur matrimonium, † quod est consortium omnis vitae. l. 1. ff. de rit. nupt. autoritate juris divini, cuius h̄c maximè ratio habenda, deficiēt, sine quā nil temere est asseverandum, l. dissidentiis, 5. C. de repud. cap. 18. in fin. extr. desentent. excomm. Iason in l. illam. 19. nu. 8. C. de collat. Franc. Vivius decis. 358. n. 4. (2.) † Cumq; sponsalia obfuti

delictum à sposo commissum haud dissolvenda dixerimus supr. Defin. 17 3. & lib. 5. Respons. Elector. 11 5. multò minus utiq; divortium hoc casu obtinebit post conjugium jam perfectum & omnibus modis consummatum; † quia sponsalia faciliū & pluribus ex causis per repudium, quām nuptiæ per divortium dirimuntur, arg. cap. quemadmodum 25. §. quod si in fin. extr. de iure. can. ult. §. his itaq; respondetur. 15. quest. 1. (3.) † Nec ulterius hac de re dubitandum, propter claram Pontificis sanctionem; ita enim ait Alexand. III. Nos itaq; taliter respondemus, quod mulier pro fурto vel alio crimen viri sui ab eo separari non debet, in cap. quæfir. 2. extr. de divort. † qua sanctorio etiam ab Imp. est probata. Hisce namque verbis rescripsit Imp. Constantinus: Sin autem aqua & igni interdictum erit, vel deportatio illata, non tamen mors ex pœna subsecutā donationes à viro in uxorem collate adhuc in pendentī maneant, quia nec matrimonium in huiusmodi casibus dissolvit, in l. res uxoris. 20. C. de donat. inter vir. & uxor. † Alexander itidem Imp. Matrimonium quidem deportatione, vel aqua & ignis interdictione non solvit, in l. 1. C. de repud. Ac tandem † Imp. Iustinianus: De. 1. deportatio tamen, in quam migravit & antiqua ignis & aqua interdictio, quam aqua & ignis interdictionem vocant nostra leges, non solvit matrimonia,

22 trimonia, in Novell. 22. cap. 13. (4.) † Cumque nihil tam humanum videtur, quam calamibus fortuitis & afflictionibus mulieris maritum, & econtra uxorem afflictionibus viri participem esse, l. si dotem. 22. §. si maritus. 7. ff. solut. matrim. Hart. Pistor. observat. I 48. n. 2. & equū certe erit, ne uxor hoc calu-

derelinquat maritum, quin potius ipsum relegatum sequatur; † veluti etiam uxore¹³ Caini post commissum homicidium secutam esse maritum Cain; & coactam ferre partem calamitatum mariti, pie sentit B. Luther. in comment. in Genes. cap. 4. in verb. Et cognovit Cain uxorem suam in fin.

Ita † Confessorium Supremum ad requisitionem Christophori D. zu D. die 11. Augusti, Anno 1628. 14

(Verba Sent. Ist Heinrich F. vor 6. Jahren Diebstals wegen zum strange verurtheilet / aber aus Churfürstlicher Gnade mit staupenschlägen des Landes ewig verroten worden. Ob nun wol Maria sein Ehemahl hierbevor von solchem Diebstal keine wissenschaft gehabt / sondern erst 14. iage nach gehaltener Hochzeit dieses offenbar worden/nach mehrern inhalt ewrer frage. Dieweil aber dergleichen verbrechung und erlittene straffe keine vollzogene Ehe aufsheben kan; So mag ihr noch zur zeit in andere wege sich hinwieder zu vereheligen nicht verstatet werden. Hätte aber gedachter Ihr Ehemahl sich ihrer nicht angewonnen / noch ihr etwas zu empfehlen lassen / daß sie nichts wissen könnte wo er hinkommen und ob er tot oder noch am lebten sey. So wäre ihr unbenommen bey uns widerthn / als einen verlasser seines Ehemahles / umb Edictal-citation anzuhalten / auf welchen fall / wann er durch einen Anwalten zu erscheinen zu gewöhnlicher frist vorgeladen / und nichts darauff einwenden lassen würde / die lofzehlung nū anderweit vereheligung halber in der sachen ergehet / was recht ist/ V.R.W.)

Et † ad consultationem Michael M. zu H. die 27. Januar. Anno 1609. (Verba Sentent. Habe ich vor myn Jahre ewer Tochter Martham Hansen S. ehelichen versprochen und zu gesagt worauf auch Hochzeit gehalten worden / Es hat sich aber nunmehr befunden / daß gedachter ihr Ehemahl zu G. vor dreyen Jahren wegen begangenen Diebstals / in demer einem Kaufmann auf freiem Marche einen beuel mit Geilde aus den Hosen gezogen / öffentlich zur staupen geschlagen / und der Gericht des Orts ewig verwiesen worden / dahero ihr vermeynet / es könne ewre Tochter hinwiederumb von ihm geschieden werden. Ob nun wol weder ihr / noch bemeldte ewre Tochter zur zeit der getroffenen Verlobnüs und gehaltenen Hochzeit darumb wissenschaft gefraget: Dieweil aber bei begangene Diebstal und dessen beschaffen bestraffung zu aufshebung der Ehe keine gründliche Ursach geben mag; So kan auch disfalls zwischen mehrermeliter ewrer Tochter und dero Ehemahl die Ehe nicht getrennet / noch ihr in andere wege sich zu vereheligen verstatet und nachg. lassen werden/ V.R.W.)

DEFINIT. CCIV.

Non concedendum est divortium ob paupertatem conjugis, aut
si multo ære alieno sit gravatus.

S V M M A R I A.

- | | |
|--|---|
| 1. Delicta unius conjugis non prabent divortio causam. | 3. Nec concedendum divortium ob coniugis paupertatem, aut si ære alieno sit obstrictus. |
| 2. Ex sententiâ B. Lutheri. | 4. Fundamenta & rationes hucus assertiæ. |

5. Error circa qualitates accidentales non vitiat conjugium.
6. Ut est error fortuna. n. 7.
8. Adducitur fundamentum ex sacris.
9. Coniuges pii certâ uituntur consolatione.
10. Suntq; caro una.

Quod de furto ejusque pœnâ diximus
Defin. præced. id quoque de aliis deli-
ctis intellectum volumus, utpote si mari-
tus uxorem ad furta, Venerem preposte-
ram, vel poculum abortionis cogere velit;
item si uxor mariô insciâ abortum pro-
curet, si mentiatur se esse gravidam & po-
stea suppositô alienô partu maritum fal-
lat; si veneficium coniugi & liberis inferre
pateret. Etsi enim huiusmodi in casibus

2 Hemming. divortium concedit, † rectius
tamen hoc negat B. Lutherus, additâ ra-
tione, quod nemo ad peccatum cogere al-
terum possit, & quod conjuges occultis
periculis eximi nequeant, manifestis verò
attentatis per magistratum vel cognatos
occurri possit, in lib. de caus. matrim. tom. 5.
Ienens. german. fol. 257.

3 † Nec aliud habendum de paupertate
coniugis, vel si maritus sit ære alieno cre-
ditoribus obstrictus, ita ut facultates suæ
ad debita exsolvenda haui sufficiant: Ne-
quaquam enim ob id audienda pars altera
divortium petens. (1.) † Quia de causâ
hac divortii nullib; in e jure divino, nec ci-
vili quidquam reperitur sancitum, ut pro-
fessio & eam temeratio ausu ponere non li-
ceat: Multò minus verò error circa facul-
tates cōjugis ab initio valet vitiare matri-
monium, siquidem est error circa acciden-
tiale quoddam, non substantiale matrimo-
nii, † quales quisunt, conjugium non irri-
tum reddunt, Schradet. ad tit. Inf. de nupti-
part. 2. n. 37. Joh. Schneidw. ad tit. tit.
part. 4. n. 19. Johan. Harppr. ad pr. n. 9. 4. tit.
jusd. Alber. Gentil. lib. 3 de nupti. cap. 3. Paul.
Cypræ. de jur. connub. part. 1. cap. 13. §. 39.

11. Quid hac dere senserit B. Lutherus?
12. Dolus tamen si accesserit, viciat matrimoniu-
mum. n. 13.
14. Adducuntur verba Alberti Gentilis hanc in
rem.
15. Decretum Consistorii Supremi.

(1.) † Est que hoc ipsum, quod vulgo dici-
tur: Error fortunæ matrimonium non vi-
tiat, satis fundatum in effato Pontificis,
quando ait: Error fortuna & qualitas non ex-
cludit consensum, velut si quis consentiret in pra-
lataram alicuius Ecclesie, quam putaret esse divitem.
& illa minus esset copiosa; quamvis hic decipere-
tur errore fortuna, non tamen posset renunciare
pralatura accepta. Similiter quia nubii pauperi,
putans illum esse divitem, non potest renunciare
priori conditioni, quamvis erraverit. † Error qua-
litatis non excludit similiter consensum, utpote si
quis emerit agrum vel vineam, quam putabat
esse uberrimam, quamvis iste erraret in qualita-
te rerum, rem minus fertilem emendo, non potest
tamen vindicationem rescindere, in can. unie.
caus. 29. quest. 1. Didac. Covart. tom. 1. de ma-
trim. part 2. cap. 3. §. 7. n. 2. Andr. Gail lib.
2. obseruat. 93. num. 12. Johan. Schneidv.
diss. part. 4. num. 58. Beza de repud. & divort.
pag. 87. vers. errore vero fortuna. Paul. Cypriæ.
dict. cap. 13. §. 35. Alber. Gentil dict. lib. 3.
cap. 4. (3.) † Quod si et si etiam ex sacris
probatio huius assertio petatur, sup-
peditabit eam cap. 18. Matth. ubi servus de-
bitor uxorem & liberos jubetur vendere,
ut debito sese liberet. Joh. Gerhard. in loco
de cœnjug. §. 6. 81. pag. 1. 45. tantum abest, ut
uxor planè separationem obtinere queat.
(4.) † Nec habet profecto, ut conditio-
nem suam deploret, quia conjuges pii
certâ uituntur consolatione, quod in an-
tibus Dominum non sic defutatum omne
bonum, Psal. 34. vers. 11. quodq; labores ma-
nuū suarum sint manducaturi. Ps. 128. v. 2.
† Et quia una sunt caro facti conjuges per
matrimonium, non minus obesse potest
pau-

paupertas conjugio, ac corpori humano,
quod nulla sciendit paupertas, † ut verè dixerit B. Lutherus: Denn gleich wie sie ein Leib sind worden / so müssen sie auch gleich ein Leib bleiben / s komme Ehre oder Schande/Gut oder Armut/in tom. 5. Ienens. german. fol. 257.

12 Planè † si ad errorem hunc accesserit dolus, ut li prætextu divitiarum alterutra contrahentium persona ad matrimonium promittendum fraudibus, & fallaciis fuerit inducta, licet non dissolvatur conjugium, haut tamen obstante dolo contractū,
13 † haut tamen obstante dolo contractū videtur, adeoque pro nullo declarabitur, Joh. Gerhard. in loco de coniug. §. 105. in fin. Bald. lib. 2. consl. 312. Dec. cons. 112. ubi Socinū respondisse refert, abrumpi consum-

matum posse matrimonium, si juvenis facilitate suā, calliditate mulieris inductus sit ad matrimonium, spe sibi facta divitiarum, ita ut duo concurrere necessum sit, persuasi facilitatem & persuadens calliditatem. † Et bene ait Alber. Gentil. Quod 14 igitur dolus & mendacium circa qualitatem personæ, sive circa bona non vitient, et si ille de causa huic contractui: & dolus circa contractum dotis non vitiet matrimonium, & concursus mendacii non impedit matrimonium subsistens ex consensu, & id genus alia: ea tamen omnia sit ipse putem accipi oportere, si dolus non sit, qui errorem inducat & consensum impedit, dict. cap. 4. Joh. Harppr. ad Rubr. Infl. de nupt. num. 153.

Ita † Consistorium Supremum in causā Henrici R. und seines Weibes Marlen an einem / der Vatter Mathes H. und Annen Augustin R. Witten anders Thells / die 9. Novembrū Anno 1621. (Verba Decreti: Das Weibes H. seines Fürwenders ungeachtet seine Tochter ihrem Ehemann folgen zulassen / und sie demselben hinwieder ehelich bezuwohnen schuldig. Wegen der vorhandenen Schuld aber, damit gedachter ihr Ehemann seinen Creditoren verhafftet werden die Parthenen hinwiederumb an Rath zum Hahn zu glücklicher Vergleichung oder gebührlicher Verabschiedung hiermit billich gewiesen. V. R. W.)

DEFINIT. CCV.

Nec annuendum marito divortium petenti ob dotem promisam sibi non exolutam.

S P M M A R I A.

1. Num maritus petere posse divortium ob dotem promisam sibi non exolutam?
2. Fructus dotis debentur marito pro oneribus matrimonii.
3. Decisio negativa huius questionis.
4. Fundamenta & rationes decidendi. num. 5.
5. Sine legis autoritate nihil est asseverandum.
7. Dos sine matrimonio esse nequit.
8. At benè matrimonium sine dote.
9. Causa dotis quænam?
10. Tacitam in se habet dos conditionem, si nuptiae fuerint.
11. In odium non est retorquendum, quod in favorem est constitutum.
12. Decretum Consistorii Supremi.

Non magis audieundum fore maritum divortium parentē, propriea quod certa sibi dos promissa haut exoluta fuc-

rit, indubitate afferere licet secundum tradita Joach. à Beust. de iur. connub. part. 2. cap. 66. Ut maximè enim † dotis fructus

marito pro oneribus matrimonii debeantur, l. pro oneribus, 20. C. de jur. dot. Bartol. & Salycet. int. ult. §. praterex. 2. C. dejur. dot. quin & loco alimentorum habeantur, Matth. de Afflict. decif. III. n. 10. Bald. Novel. in tract. de dote. part. 6 priv. 16. unde magnus dotis favor; Tantus tamen haud est,

3. ¶ ut propter non solutam dotem matrimonium contractum & per nuptias consummatum rursus dissolvi nequeat: (1.) ¶

4. Non etenim auctoritate humana causa divortii alia addenda iis, quae a Christo & D. Paulo sunt expressae, propter exclusivam a Salvatore notanter adjectam, Joh. Gerhard. in loco de conjugal. §. 69. pag. 1145.

5. ¶ Cum ergo dotis promissae exsolutione negata inter causas illas haud reperiatur, quis tam temerarius esset, ut divortii effectum ei adscriberet, cum nec sine legis civilis auctoritate quid asseverare liceat, l. illam. 89. C. de collat. Barbola in axiom. jur. axiom. lex. 136. num. 11. (2.) ¶ Et quantumvis dos sine matrimonio esse nequeat, §. si quis adversus. Inst. de nupt. l. 3. ff. jur. dot. l. ult.

11.e. ¶ Consistorium Supremum in causâ Marien Michael G. Eheweib's Klägerin an einem
jezogedachten ihren Ehemann Beflagt. in anders theils / die 26. Januar. Anno 1620.
(Verba Decreti: Dass Beflagter sein Eheweib alsobald hinwieder zu sich nehmen / und mit Unterhalt zuversorgen schuldig. In verbleibung werden ihr an den Schösser in Dippoldiswalde executoriales bishl. mitgeheilte dagegen ihme die versprochene Mit-
giff bei ihres Vatters Weitlicher Obrigkeit zu suchen unbenommen / D. R. W.)

DEFINIT. CGVI.

Diversitas Religionis non dissolvit matrimonium, nisi accesserit malitiosa desertio.

S V M M A R I A.

1. Periculum est matrimonium inter diversa Religionis homines.
2. Quod probatur exemplo Regis Salomonis.
3. Non facile contrahendum ejusmodi conjugium.
4. Prohibitum hoc est in jure civili.
5. Num verò contractum rursus dissolvendum?
6. Affirmant id Pontifici.
7. Et quibus ex fundamentis? n. 8.
9. Verior decisio Lutherañorum negativa.
10. Rationes & fundamenta hujus assertionis. num. 15.
11. Adducuntur verba expressa D. Apostoli.
12. Ne quidem sponsalia ob Religionis diversitatem sunt rescindenda.

13. Diffici-

33. Difficilis imperatur divortium, quām repudium.
34. Conjugium est perpetuus & indissolubilis contractus.
35. Sape que fieri non debent, si facta sunt, hanc rescinduntur.
17. Multa matrimonium impediunt contrahendum, at contractum non dissolvunt.
18. Reselluntur rationes Pontificiorum.
2. **Q**uām periculose sit matrimonium inter fideliens infidelem, vel etiam diversæ Religionis homines, satis clarescit ex libr. Iud. cap. 3. vers. 5. ubi hæc leguntur verba: *Filiū Israēl habitarunt in medio Canaan & Ketherai & Amorrhai, & duxerunt uxores filias eorum: ipsique filias suas filii eorum tradiderunt, ac servierunt Diis eorum, feceruntque malum in conspectu Domini & oblisti sunt Dei sui, servientes Baalim. Nimisrum consortium inter homines disparis religionis secum trahit periculum defectionis à verâ Religione: † quod & probat exemplum Regis Salomonis, cui licet à Deo datum fuerat cor sapiens & intelligens, adeò ut nullus ante eum similis ipse esset, nec post eum surrexerit, 1. Reg. 3. vers. 12. attamen cùm adamarerit mulieres alienigenas, averterunt illæ cor ejus, ut sequeretur Deos alienos, nec fuerit cor perfectum cum Domino,*
3. *1. Reg. 11. vers. 3. † Nunquam ergo, vel caute conjugium ejusmodi contrahatur vel ut diximus supra Defin. 6. hac part. 2. Ut non immerito id publicâ lege prohibuerint Imp. Valentianus, Theodosius & Arcadius, † sancientes: Ne quis christianam mulierem in matrimonium Iudauis accipiat, neq; Iuda christiana conjugium sortiarur. Nam si quis, inquiunt, aliquid huiusmodi admiserit, adulterii vicem commissum huiusmodi crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata, in l. ne quis 6. C. de Iuda. & cœlicol.*
5. *† Quod si verò accidat, ut inter diversæ Religionis homines conjugium jam fuerit*
19. Examinatur factum Esdra conjugia cum infidelibus rescidentis.
20. Explicatur dictum D. Apostoli: Si infidelis discedit, discedat.
21. Si desertio ad diversitatem Religionis accedit, locum habet divortium.
22. Quia desertio, malitiosa sufficiens est causa divortii.
23. Sententia Confessoris Supremi. n. 2. 4.
- contractum & per nuptias consummatum, aut post initum matrimonium alterutram pars à verâ fide defecerit, num dissolendum id rursus erit, ac concedendum ob religionis diversitatem divortium? Ita Pontificii † autumant, quorum partes tuerur Bellarmin. lib. 1. de matrim. cap. 12. §. 2. & cap. 14. §. 5. & videtur iis adminiculari præceptum divinum Veteris Testamenti de non permittendis connubiis Israëlitarum cum Cananæis, Exod. 34. vers. 16. Deut. 7. vers. 3. quod Esdras sic exposuit, ut matrimonia cum infidelibus consummata rescindere licet, Esdr. 9. vers. 10. Nec aliter in Novo Testamento se tem habere, conantur † probare ex verbis D. Pauli: Si infidelis discedit, discedat, 1. ad Corinth. 7. Sed postquam de hoc futhis actum supra Defin. 7. & ex asse à Joh. Gerhard. in loco de coniugio. §. 665. & seqq. repetere hic ea supersedemus, præcisè nostram sententiam inhærentes, † quod nec infidelitas conjugis alterutrius, nec disparitas religionis sufficientem præbeat causam divortio, B. Luth. in explicat. dict. cap. 7. ad Corinth. 1. §. Wie sollte denn nit das christliche Gemahl ic. Gerhard. citat. loco. & pag. 599. Philipp. in loco de coniug. Beza de repud. pag. 99. & seqq. Balth. Menizer. in tract. de coniug. pag. 148. & seqq. Casp. Erasm. Brochmand. in art. de coniug. cap. 2. quast. 3. Hemming. in lib. de coniug. Joach. à Beust. de iur. connub. part. 2. c. 37. Henning. Arnst. de matr. c. 5. secl. 5. num. 40.
- (1) † Firmiter enim stat Christi effatum: 10
Quos:

- Quos Deus conjunxit; homo non separet,
Math. 19. vers. 6. Quis ergo tam audax &
temerarius esset, ut dissolveret diversæ re-
ligionis homines aut infideles, quos Deus
et quem conjunxit, Gerhar. dict. loco. §. 665. pag.
110, nec unquam Jehova præcepit dissol-
vere matrimonia fidelium cum infidelibus,
nec unum inter diversæ religionis homi-
nes contracta, Beust. & Arnul. dict. loc. (2.)
- 11 † Quin potius contrarium verbis expre-
sis mandavit Deus per Apostolum, nem-
pe: Si quis frater uxorem habet infidelem, & hac
consentit habitare cum illo, ne dimittat illam: Et si
que mulier virum habet infidelem, & hic consen-
tit habitare cum illâ, non dimittat virum. Sanctifi-
catus est enim maritus incredulus per uxorem, &
sanctificata est uxor incredula per maritum; alio-
qui sibi v. sibi immundi essent, nunc autem sanctifi-
catur, i. ad Corinth. 7. vers. 12. Quod de infi-
delibus dictum multò magis certè obti-
nebit in diversæ religionis hominibus. (3.)
- 12 † Comque hanc ob causam nec sponsalia
dirimenda diximus supr. Defin. 7. multò mi-
nus utique dissolutio locum sortiertur in
matrimonio ipso per nuptias plenè & per-
ficiè consummato, quia longè difficultius
imperacut divortium, hoc est ipsius ma-
trimoniū cassatio, quam repudium, quod
est disruptio sponsaliorum, cap. quemadmo-
dum. 25. vers. alioquin extr. de jurejur. Joh.
Harpocr. ad rubr. Inst. de nupt. n. 139. nec sine
causa, siquidem conjugium † perpetuus &
indissolubilis est contractus secundum e-
jus institutionem in Paradiso & ordinati-
onem Christi, Math. 5. & 19. Marc. 10. Luc.
16. ut hinc a sponsalibus ad nuptias & con-
jugium negativè tu: liceat argumentari.
- 13 (4.) Positò etiam quod ab initio & re ad-
huc integrâ non facile permittendum sit,
inire conjugium cum infidelibus ac diver-
sæ religionis hominibus; attamen si con-
tra quum jam esset, rescindi propter crea-
non debet, quia s̄epe † quæ fieri non debent,
- si facta fuerint, haud rescinduntur, l. 1. §. 1.
ff. de feris. l. quid ergo. 13. § pœna. ff. de his qui noi-
infama. in ambiguo. 85. §. 1. ff. de Reg. iur. l. moris.
9. §. ista. 11. ff. de pœn. l. relegatorum. 7. § ad tem-
pus. 4. ff. de interd. Erelegat. l. §. biduum. ff. quan-
do appell. sit, & intra qua tempora. † suntque 17
multa matrimonium contrahendum in-
pedientia, quæ tamen jam contra quum
noi dissolvunt, l. patre furioso. 8. ubi gloss. in
verb. retinere. ff. de his qui sui vel alien iur. sunt.
Andr. Fachin. §. controvers. 40. Theodot.
Reinking. de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. claus.
1. cap. 5. num. 24.
- † Nec Esdræ factum hisce obicem po- 18
nit, ob singularitatem prohibitionis divi-
na solos Judæos concernentis: ex quâ
Christiani in Novo Testamento haut ob-
ligantur: Nam † in Veteri Testamento De. 19
us populum Israëliticum ab omnibus
gentibus separatum in peculium sibi ele-
getat proprium: at in Novo Testamento
destituta est materia, quâ Judæi à genti-
bus dirimebantur, Ephes. 2. vers. 14. dict.
loc. §. 392. † Effatum D. Apostoli quod 20
attinet: Si infidelis discedit, discedat, i. ad
Corinth. 7. concinnè id explicat Gethard.
citat. loco de conjug. §. 666. Apostolum vide-
licet nequaquam in his verbis causam fa-
ciendi divortii statuere infidelitatem, ac si
fidelis propter infidelitatem debeat ab in-
fidieli discedere, sed consulere parti inno-
centi divortium propter desertionem pas-
sæ, quando scilicet infidelis malitiosa de-
sertione de facto divortium instituit. Si in-
quit, infidelis nolens coabitare fidelis discedit, id
est, si conjugale vinculum per desertionem suam ne-
fariè disrumpit, discedat, id est, equo animo illud
à fidelis ferendum ac Deo commendandum, non e-
nim servituti subiectus est frater & soror in hujus-
modi, b. e. in talicaju christianus maritus aut
christiana uxor non tenetur propter malitiosam
coniugis desertionem à matrimonio in perpetuum
abstinere, sed libertatem obtinet, rebus suis novo
matri-

- matrimonio consulendi. Verba hæc sunt Gerhardi dict. §. 666.*
- 21 *Stante hac explicatione, † dicimus, licet infidelitas per se causam haut præbeat sufficientem divortio, id tamen non fore denegandum, si malitiosa accesserit desertio, & infidelis fidelem dereliquerit, ex mente scilicet D. Apostoli, ut jam diximus, † quæ desertionis malitiosæ causa alias etiam sufficiens habetur divortium, supra Defin. 192.*
- 23 *Ita † Consistoriorum Supremum ad requisitionem M. Ioachimi Pascha Pastoris in Zittav. die 12 Februar. Anno 1608. (Verba Sentent. Alſibruns in Schriften berichtet Wie daß ein Becke bei euch Paul. H. genant/ in seiner Jugend und Wanderschaft ohne gefehr zu den Hütterischen Brüdern oder Wiedertaufern zu Pausaran in Mähren kommen/ welche ihn nicht allein zu ihren Becken aufgenommen / sondern auch zu ihren Gründen beredet / und zwey Weiber ihrer art nach vereheligt/ unter welchen die erste im Kindesnöthen gestorben / der andern aber er länger nicht den sieben Wochen beygewohnet/ in deme er des Gründens nneworden und seines Weib's wegen vernommen / daß sie sich zuvor in Dessen 2: ich vor ein vñzüchtig Weib soll haben gebrancken lassen/ derowegen er sich vor sieben Jahren wiederumb nach Zittaw in sein Vaterland begeben / von angedeuteter irrigen Ehr zu unserer wahren Christlichen Religion und gebrauch des heiligen Abendmahls gänzlich gewendet/ auch anjego (weil insonderheit sein Weib/ daß sie u ihm nicht herans kommen / sondern biß an ihr ende bei den Hütterischen brüdern bleiben wolle ihme zu entbieten lassen) sich mit einer andern Person ehelichen einzulassen vorhabens sey / darauf ihr umb unsre Rechtsbelehrung / ob gemültten Paul. H. eine andere zu hielien könne verstatet werden/ geben. Demnach erkennen und sprechen wir vor recht/ daß mehr zedachter H. wegen blassen unterscheid des Glaubens und seines Weibes wiedriger irriger Religion, ehe und zuvor von der selben durch gewöhnlichen rechtmäßigen disertion process sich losgewirkt/ von ihr nicht zu scheiden noch ein ander Weib zur Ehe zunehmen besiegeln/ D. R. W.)*
- 24 *Et † ad petitionem Danielii H. in A. die 26. April. Anno 1609. (Verba Sentent. Hat ewer Sohn Andreas/ so seines Handwerks ein Sattler/ sich in Niederland und Engeland begeben/ und eitliche jahrlang auf solchen Handwerk gereiset/ Alſi er aber wieder zurück kommen/ und unterwegens mit Anna s. befand worden/ hat er eine beständige Liebe auf sie geworffen/ sich auch entlischen/ jedoch mit ewigen vorbewußt und einwilligung mit ihr verheirathet und Hochzeit gehalten. Ob sich nun wol anjego befindet/ daß bemelte Anna s. der Calvinischen Religion zuerhan/ davon auch weder er ewer Sohn/ noch ihr etwas gewußt/ daherio ihr gerne scheit/ daß sie wiederumb von einander bricht/ und ewer Sohn sich mit einer andern verehligen möchte. Dieweil aber dennoch vorerwähnter massen die Ehe durch öffentliche Trauung und Hochzeit einmal vollzogen worden: So verbläbers dabey billich/ und es hat diffals die Ehescheidung nicht statt/ D. R. W.)*

Sss 8

DEFINIT.

T I T. X I I.

De

*Separatione coniugum quoad torum & mensam ex causa
discordie atque sevitie.*

DEFINIT. C C V I I.

Conjuges sibi invicem cohabitare debent, ad quod etiam inviti à Magistratu sunt adigendi.

S V M M A R I A.

1. *Perpetuum & indissolubile est vinculum matrimonii.*
2. *Non ergo dissolvendum autoritate humana.*
3. *Disspar ratio consensus & dissensus in matrimonio.*
4. *Coniuges quoad torum & mensam se invicem separare nequeunt.*
5. *Sed obstringuntur ad cohabitationem.*
6. *Quibus ex fundamentis? num. 7.*
7. *Multa oriuntur incommoda ex eum modi separatione.*
8. *Divortia illa abrogavit Imp. Iustinianus.*
9. *Quid si conjuges cohabitare sibi invicem nolint?*
10. *Compellendi ad hoc sunt à Magistratu ecclesiastico.*
11. *Non permittendum arbitrio privatorum, quod publicè est praeceptum.*
12. *Rescriptum Consistorii Supremi.*
13. *Etiamdem Decreta. n. 1 f. 16.*

PErpetuum & indissolubile quia est vinculum matrimonii, Matth. 19. §. nuptia. Inst. de patr. potest. quin & secundus divinum, Proverb. 2. vers. 17. Malach. 2. vers. 14. autoritate humana † nequaquam dissolvi debet, multò minus mutuo conjugiū dissensu. Non enim eadem est † in dissolutione vinculi huius libertas per dissensum, quæ fuit in ejusdem obligatione & constrictione per consensum, quia obligatio facta est in rem suā naturā indissolubilem, à quā proinde ac alterutri, nec utriq; proprio ausu dilcedere fas est, usque adeò, ut † nec separare se queant conjuges quoad torum & mensam, sed invicem cohabitare teneantur, Paul. Cypræ. de jur. connub. p. 2. cap. 8. n. 19. Joh. Gerhard. in loco de coniug. §. 639. Joach. à Beust de iur. connub. part. 2. cap. 65. † quia per conjugium inducitur perpetua vita consuetudo & habitatio inter maritum & uxorem, dict. §. nuptia. Inst. de patr. potest. Eandr. lib. 1. art. 45. & lib. 3. art. 45.

Das das Weib sei ihres Mannes getroffen, sin und trete in sein recht / wens sie in sein bette gehet. † Ex quo enim homo separate prohibetur, quod Deus conjunxit, Matth. 19. vers. 6. satis ipsiusmet conjugibus interdictum est, mutuō dislensu sese dissepare & sejungere, quia & ipsi pronunciatio illō generali comprehenduntur, Gerhard. dict. loco. † Quod & clavis inculcat verbis D. Apostolus, quando ait: Iis, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxor à viro non discedat, vir uxorem non dimittat, 1. ad Corinth. 6. vers. 10. quod tamen fieret, si conjugibus quoad torum & mensam se invicem separare fas esset. Ne dicamus de scandalo, quod hinc datur Ecclesiæ, † contentu ordinationis divinæ, scilicet societatis conjugalis sanctissimæ, infinitis in familiam & policiam inde redundantibus incommodis. Ut meritò Imp. Iustinianus divortia ex mutuō consensu facta penitus abrogaverit: † 9
Quia

- Quia, inquit, ex consensu aliqui usque ad pra-sens alterna matrimonia solvebant, hoc de cetero fieri nullo sinimus modo, nisi forte castitatis con-cupiscentiam quidam hoc fecerint, Novell. 117, cap. 10. in princ.*
10. † At quid si præcepto divino conjuges se subtrahant, nec cohabitare velint? Persua-sionibus pariter & severis adhortationi-bus † ad hoc sunt adigendi à Magistratu ecclesiasticò, prout patet ex cap intelleximus. 6. verb. final. nihilominus eum cogas, ut eum re-tupiat & maritali affectione pertractet, extr. de adulti & stupr. & cap. literas tuas. 13. in verb. ad restitutionem plenariam ecclesiasticā debet censurā compelli, extr. de rest. spoliat. ibid. Panorm. & Felin. in cap. 1. extr. de sponsalib. n. 8. Beust. dict. 12. loco. Nec tamen privatorū arbitrio concede-dū, quod jure pariter divinō & huma-nō præceptū est, alioquin contumacia & inobedientia fenestra aperiatur latissi-ma, criminisq; permisso nova crearet litigia, & publica turbaretur latitia, l. nemo. 3. C. de psc. audiēt. Bodin. lib. 1 c. ult. Ventur. de Valent. in partibus. litigios. lib. 2. cap. 10. n. 9.

Ita † Consistorium Supremum Prefecto Dresdensi, die 9. Maii, Anno 1627. (Verba Rescri-
pti : Als ist Dassir Begehren ic. Ihr wollet zu Verhütung mehrer Aergermusses
und anderer besorglicher Ungelege: hat ihrem Ehemann bey Straß so. Thlr. als.
bald auferlegen/dass er ohne fernern Verzug sein Eheweib und mit ihr erzeugtes Kind
zu sich nehmen/dieselben mit nothürftigem Unterhalt versorgen / sich auch gegen ih.
nun/wie einem Ehemann gesetzet / vernünftig vnd mit gebührender Bescheidenheit
verhalten soll ic.)

11. † in causa Iosephi H. zu P. Klägern an einem Barbaren sein Eheweib Beklagt in anders
theils/die 11. Maii, Anno 1610. (Verba Decreti: Dieweil Kläger selbsten geständig/dass er
Beklagte/ob sollte sie von ihm nicht schwanger gewesen seyn / aus Irrthumb beglich-
tiget/und sich bisher von ihr gesondert; So ist er sie vnd ihre beyde Kinder wiederum
zu sich zu nehmen / mit nothürftigem Unterhalt zuversorgen / vnd eine bürgerliche
Nahrung anzustellen; beklagte auch ihm solche treulich zu befördern, und das seinige
stetig zu rathen zu halten schuldig/ V. R. W.)

11. † in causa Georgii P. zu T. Klägern an einem Christinen sein Eheweib/beklagte anders
Theils betreffende ic. die 27. Martii, Anno 1618. (Verba Decreti: Ob wol Beklagte wider
die geklagte desertion exceptionem servitarum vorgewendet. Dieweil aber Kläger derer
nicht geständig gewesen/und sich aller Bescheidenheit künftig gegen ihr zu verhalten
zugesaget sie auch derentwegen nichts beibringen können; So ist sie ihm wieder
ehelich bei zuwohnen und nachzufolgen/dagegen er sie mit nothürftigem Unterhale
zu versorgen/vnd aller Thätigkeit sich gegen ihr zu erhalten schuldig/ Im wiedrigen
fall werden sie darzu billich compelliret und angehalten/V. R. W.)

Eit in causa Gregor T. Klägern an einem Marchen sein Eheweib / vnd ihren Kriegs-
schen Vormunden Matthes R. Beklagte anders und dritten Theils die 27. Octobr.
Anno 1609. (Verba Decreti: Demnach Kläger vorbringen lassen / dass ihm sein
Weib eine Zeit hero nicht behgewohnet/vnd ihr eingebrauchtes Gut aus Verleitung
ihres kriegischen Vormundens entzogen. De oweget zu he iher Beywohnung vnd
Darreichung der Nutzung von ihren gütern sie anzuhalten gebeten; beklagte aber we-
der der desertion, Verleitung oder Vorenthalung etlicher Nutzung ihres eingebrauchs-
ten Guts geständig gewesen/sondern darvider exceptive eingewendet das sie mit sie s-
währender Krankheit bedenken/ von ihrem Manne keinen unterhalt erlangen können/

und wegen abfalls seiner nahrung in gefahr stünde / daß sie umb ihr Armut gänzlich gebracht werden möchte. As haben wir der Beklagten aufseilegt ihrem Ehemanne nicht zu Tische sondern auch / so viel ihr wegen der angezogenen Krankheit möglich / zu Bett bezzuwohnen / und die Abmündung von ihrem vermögen ohne Abbruch zu reichen / dabey soll ihr von dem Ehemane nochtürfsliger Unterhalt verschaffet werden / &c.)

DEFINIT. CCIX.

Cohabitationem detrectantes à Magistratu politico carcere quandoque,
aliavè pœnâ arbitriariâ ad eam compelluntur.

S V M M A R I A.

1. *Conjuges ad cohabitationem compellendi.*
 2. *Et à Magistratu politico pœnis propterea subjiciendi. num. 10.*
 3. *Quibus ex rationibus & fundamentis?*
 4. *Delicta puniri publicè interest.*
 5. *Quo inobedientes cautius mercati discant. n. 6.*
 6. *Personae desponsatae ad consummationem matrimonii pœnis adligandi.*
 7. *N*eququam ergo militia conjugum cohabitationem detrectantium est indulgendum, sed res ita componenda, quod omni suspicione sinistrâ rixâque depositâ, animi eorum reconciliatur, & ad cohabitandum conjuges adligantur non modo persuasionibus amicabilibus, sed etiam minis: usque adeò, ut si in contumaciâ perleverent, coercitioni Magistratus politici subjiciantur, certâque multâ vel pœnâ ad hoc compellantur. Nec tamen (1.) quisquam negaverit, contumaciam ejusmodi inter crimina & delicta referri, quæ puniri tamen publicius interest, l. in delictis. §. cum dominus ff. de noz. action. l. Stichum aut. Pamphilum. ff. de solut. l. ita vulneratus ff. ad Leg. Aquil. l. si longius. §. 1. ff. de iudic. Vincent. de Franch. decis. Neapolit. 98. num. 2. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quast. 12. 7. num. 6. 4. & part. 4. quast. 8. 140. num. 51. tamen quod inobedientes in posterum cautius mercati discant, l. si pœnam. ff. de pœn. can. prodigiis severitas. 23. quast. 5. t. &
 8. *Cur non ergo etiam conjuges se separantes ad cohabitandum?*
 9. *Clara haec de re adducitur sanctio Electoralis.*
 10. *Pœnâ arbitriariis contumacia coercetur.*
 11. *Rescriptum Consistorii Supremi,*
 12. *Eiusdem Decret. n. 14. 15.*
- ut quos maiorum exempla à malis non revocant, pœna castiget, l. i. C. de emendat propinq. cap. ut clericorum. extr. de vit. & honestat. iter. can. plurimos. dist. 8. 2. cap. felicis §. in pœnâ. extr. de pœn. in 6to.
- (2.) tamen personæ desponsatae conjugium per nuptias seu benedictionem sacerdotalem consummare nolentes, multâ pecuniariâ vel incarceratione, aliavè pœnâ arbitriariâ ad hoc adligantur, veluti diximus supr. Defin. 133. & ad Const. Elect. 20. part. 4. Defin. 10. Ioach. à Beust de sponsal. cap. 6. 1. vers. hic sciendum est. tamen non multo magis post matrimonium per nuptias consummatum conjuges se se separantes iisdem pœnis atque mediis ad cohabitationem compellerentur: cùm longè facilius rumpanter sponsalia, quam matrimonium per nuptias consummatum, cap. quemadmodum. 25. vers. aliquin. extr. de jurejur.
- (3.) tamen quod clara sanctio Electorali approbatum legitur in Ordinat. Eccles. sub tit. Boni Echſachien. Rubr. Non

7

8

9

10

den Ehegatten / so einander bößlich verlassen. & in Ordinat. matrimon. de anno 1624. punct. 3. §. Würden auch iwb. Würden auch zwey Eheleute sich sebst von einander trennen/ungeachtet / daß sie gleich nicht außerhalb Landes gewichen / und sie wolten sich beiderseits nicht wieder versöhnen lassen; So sollen sie beide / oder das eine Theil / so unversöhnlich mit Gefängniß so lange gestrafft werden / bis sie einander wie sichs gebühret / ehelich beywohnen. Quantumvis autem solus incarcerationis ibidem fiat

¹⁰ mentio, non tamen multa pecuniaria.

vel etiam relegatio exclusa censetur, postquam poenæ hæ sunt æquè arbitrio, Bartol. in l. quid ergo. 13. § pœna gravior. vñquaro. ff. de his qui not. infam. & in l. hodie 13. ff. depæn. ubi Marth. Wesemb. num. 3. Nicol. Reulner. decif. 16. n. 3. † arbitrioque Magistratus politici relictum est, quâ pœna quoque medio contumaces coerceri, & debitam obedientiam compelli facilius posse existimat, Bidenbach. in tract. de caus. matrimon. pag. 26. & 27. Johan. Haippr. ad rubr. Inſt. de nupt. num. 135.

Ita † Consistorium Supremum Senati Haynensi die 22. Octobr. Anno 1628. (Verba Rescripti: 12)

Begehrten hierauf ic Ihr woller ihn als bald zum wenigsten auf acht Tage mit Gefängnißstrafe belegen/ und desselben nicht ehe entledigen / er habe dann vorher zugesagt/cas er seinem Weibe hinführō beywohnen/sie und das Kind mit nochdürftigem Unterhalt versorgen / sich eines göttlichen / eingezogenen und nüchtern Lebens befestigen/ einer Diährung abwarten und sich zur Küchen und Gebrauch des heiligen Abendmahl's einstellen/ auch sein Weib nicht davon abhalten wolle ic.)

Ie: † in causa Hansen H. zu R. an einem/sein Eheweib Annen anders Theils belangende/ 13 die 30. April. Anno 1618. (Verba Decreti: Das beide Theil / ihres Fürwendens ungeachtet/einander wiederum behelich beywohnen / und ihrer Handarbeit sich Christlich nehren/oder von der Weltlichen Obrigkeit durch Gefängnißstrafe darzu angehalten werden sollen/Darnach sie sich zu machen ic.)

II: † in causa Annen / Simon O. Eheweibes / Klägerin an einem / jegogedachten ihren 14 Chemann Beklagten anders Theils die 12. Iunij Anno 1611. (Verba Decreti: Das Beklagter sun Eheweib sampt ihren beiden Kindern zu sich zunehmen / und mit nochdürftigem Unterhalt zu versorgen/daben sie ihm in der Haushaltung treulich füranzischen und schuldiges Gehorsams sich zu bezeigen pflichtig. In Verbleibung dessen werden beide Theile von der Weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel darzubillich angehalten / V.R.W.)

divort. Hieron. Schurff. censur. 1. consil. 42.
n. 3. Alexand. ro^s consil. 78. n. 1. & seqq. lo-

ach. à Beust. de iure connub. part. 2. c. 9. Quin & [†] rixos ac maledictionibus quandoque 4
mariti molestantur ab uxoribus, usque adeò ut vix alio quā separationis remedio
quoad torum & mensam ab hoc onere se liberare queant. Quem [†] stenim fugit
iracundia mulierum, quæ præcipites fer-
runtur in ferrū, in necem tam suam, quam
fuorum, prout canit Juvenalis in calce Sa-
tyra 6. de mulieribus loquens:

Quo-

— Quoties facit ira nocentem

Hunc sexum, & rabie jecur incendente feruntur

Principites, ut saxa jugis abrupta, quibus mons subtrahitur, clivus, latus pendente recedit.

numenti inscriptio, quæ Romæ in via Tiburtinæ etiam num hodiè conspicitur:

Heus viator, miraculum, hic vir & uxor non litigant.

Qui sumus non dico. At ipsa dicam: Hic

Bebius ebrius

Ebriam me nuncupat. Hci uxor etiam mor tua, litigas!

Nequaquam tamen † ex causâ hac ad separationem properandum, aliâ præsertim

si viâ alioque modô compesci queant litigia; scilicet si uxor pœnitentiâ ducta à rixâ in posterum abstineat, correctionem

vitæq; pacatæ ductionem promittat. Non etenim tûm habet manitus, ut hanc faceret

tentamen, nec promissioni fideret, quâm si neglectam postea deprehendit, denuo sepa-

rationem quoad torum & mensam petere valet. † Recipiat ergo uxorem pœnitientem, cui nunquam non janua misericordiæ patet. Et cur non recipere eam,

causâ separationis per pœnitentiam sublatâ, qua etianym dolus, nedum culpa pur-

gatur, Hostiensis in c. pro humani, n. 22. extr.

de homiuid. in 6to. Felini. in cap. 1. nu. 4. extr. de

præsum Jul. Clar. in pract. §. ult. quest. 6 o. n. 22.

Ita. † Consistorium Supremum in cau. à Johannis E. Pastorū in P. an einem / Annen / sein Ehe- 12

weib anders ihells / die 5. Mäj, Anno 1620. (Verba Decreti: Ob wol aus der Zeugen

aussage zu befinden, daß des Pfarrers Weib ihrem Ehemann mehr, denn er ihr zur

Unehmigkeit iu Sach gegeben. Dieweil sie aber ihm derentwegen abbitte thun und

besserung aussagen, er aber solche nicht annehmen wollen, und darben unser's ernsten

zuredens ungeachtet beharret; So wird ihm hiermit b. y verlust seines Diensts

auferlegt, sein Weib mit ihrem Kinde htwieder alsobalden zu sich zunehmen / und

mit hofürstigem unierhalt zu versorgen/dagegen soll sie sich gegen ihm alles gebür-

lichen gehorsams und ehrerbietung zu bezeigen/ und der Hanthalung treulich vor-

zustehen schuldig seyn / oder du ih zwangsmittel daran angehalten

werden. Darnach sich beyde ihell

zuachten ic.)

DEFINIT. CCXIX.

Cautio quandoque de non offendendo ulterius uxorem præstanta à marito, ut eò facilius obtineatur reconciliatio à parte uxoris sævitiam mariti metuentis.

S V M M A R I A.

1. Non facilè deveniendum ad separationem conjugum quoad torum & mensam.
2. Quare & cautio ad inventa à marito præstanta.
3. Qua non negligenda.
4. Fundamenta & rationes huius satisdationis. num. 9.ii.
5. Varia satisdationum species recensentur. numer. 6.7.
8. Præstatio cautionis arbitrio iudicis commissa.
10. Propter minas exigitur caucio de non offendendo.

Nunquam facilè Magistratus ecclesiasticus ad separationem conjugum quoad torum & mensam, ceu ultimum pro evitandis litibus domesticis remediu descendit, omnia priùs tentans, quibus reconciliatio obtineri potest: inter quæ t & medium satisdationis vel cautionis à marito præstantæ haut ultimum habetur. Postquam enim uxores quandoque adè sunt timidæ, ut in posterum maritis non fidant, nec sævitiae correctionem sibi perluaderi pariantur, t cautio non raro efficit, ut tandem ad reconciliationem adigantur. Quare medium hoc satisdationis omitti non debet, Hieron. Schurff. cent. 1. consil. 42. Joh. Gerhard. in loco de conjug. §. 637. Joach. à Beust. de jur. connub. part. 2. cap. 9. Panormit. ad cap. literas. extr. de restit. spoliat. (1.) t per text. inc. extr. transmissa. verb: 4. Mandamus quatenus si vobis confiteris, quod prefata mulier predicto militi legitimè desparsata fuisset, & ab eo cognita: ipsam ei restitu facias, recepta tamen sufficiente cautione, quod illi non debeat aliquid malum inferre, extr. de restit. spoliator. quod idem probatur per cap. literas tuas, in fin. extr. eod. tit.

(2.) t Ex quo porrò variæ traduntur satisdationis species, veluti de damno infecto, tot. tit. ff. de damn. infect. de utendo fruendo arbitrio boni viri, tot. tit. ff. de usufr.

12. Decreta Consistorii Supremi. n. 13. 14. 15. quemadmodum de opere demoliendo, tot. tit. ff. de oper. nov. nunciat. de restituendo eo, quod quis habuit ultra legem falcidiam, tot. tit. ff. si cui plus quam per leg. falcid. t de ratõ, quam præstat actor non habens mandatum pro conjunctâ personâ, l. 1. C. de procurat. l. Pomponius. §. rati. ff. eod. tit. & tot. tit. ff. rem rat. haber. de expensis in casu succumbentiæ ab auctore præstanta, Aut generali, C. de Episc. & Cler. t de re non baratanda, h. e. occultanda, consumenda vel intervertenda, Re imponenda, l. si fidejussor. §. si satisdatum. ubi Gloss. ff. qui satis. cog. l. se natu consulto. in fin. ff. de off. presid. & quas alias congesit Robert. Marant. in specul. aur. part. 6. membr. 8. de satisdat. Arism. Tepat. in compend. decis. tit. 9. 8. cap. 3. t usque adè, ut non immerito quis satisdationem pro iudicis arbitrio præstantam existimaverit cum Octav. Cacheran. decis. 133. n. 3. t non certè animadvertere possumus, cur denganda sit cautio in casu matrimonii conservandi, idq. tanto minus, quanto maioris momenti hæc causa habetur.
- (3.) Et t nonne ob minas ac præteritas 10 offendiones, ex quibus etiam metuenda sunt aliae in futurum, satisdandum est, ut diximus in Pract. criminal. part. 1. quæst. 37. nu. 79. Petr. à Blach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 7. num. 1. Jul. Clar. in Pract. §. ult. quæst. 77. nu. 2. Domin.

Domin. Arum. ad cap. 17. Aur. Bull. th. 17. Joach. à Beust. ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 1179. Dan. Moller. libr. 3. semestr. 29. quod & Imperatoria sanctione verbis manifestis approbatum in Ordin. Carolin. criminal.

1 Mart. 176. † Quidni ergo etiam à marito ca-

vendum esset, cùm non modò præterita sed & timor futuræ sevitiae attendi debat? Canonistæ in dict. cap. literas. extr. de restit. spoliat. Joach. à Beust. de jur. connub. part. 2. dict. cap. 9.

Ita † Consistorium Supremum in causâ Annen/ Hansen R. Eheweibes/ Klägerin an einem/ 12
jezogedachten ihren Ehemann/ Beklagten anders theils die 8. Iulij. Anno 1608. (Verba Decreti: Daraus allenhalben so vieler erscheinet, daß Klägerin ihrem Ehemann/ ehe und zuvor er ihr gnugsam vorstand, sie an ihrem Leib und Leben nicht mehr zu gefährten/ ihr auch mit den Kindern notürftigen unterhalt zu verschaffen/ wickeln/ Chen bestelle/ hinsuro bezuwohnen nicht schuldig/ V. R. W.)

It: † in causa Gregor Hauptvogels zu S. Klägerin an einem/ Margarethen seinem Ehe. 13
wilbe/ Beklagtin anders theils die 10. Febr. Anno 1609. (Verba Decreti: Das Beklagte wider ihren willen Klägern/ ehe und zuvor er ihr caution, sie an ihrem Leib und Leben nicht zu gefährten/ und mit notürftigem unterhalt zuversorgen bestelle/ bezuwohnen nicht schuldig/ V. R. W.)

It: † in causa Annen/ Wilhelm R. Eheweibes/ Klägerin an einem/ gedachten ihren Ehe. 14
mann/ Beklagten anders theils die 4. Januar. Anno 1611. (Verba Decreti: Daraus/ so wöl der Gerichte allhier eingeschickten Bericht und acten so viel zu finden/ daß Klägerin vor bestalter gnug samen caution, sie an ihrem Leib und Leben ferner nicht zu gefährten/ ihr auch notürftigen unterhalt zu verschaffen/ Beklagtem ihrem Ehemann wider ihren willen bezuwohnen nicht schuldig/ V. R. W.)

Et † in causa Euphrosinen/ Matthes Eauen Eheweib/ Klägerin an einem/ jezogedachten 15
ihren Ehemann/ Beklagten anders theils die 22. Maii, Anno 1611. (Verba Decreti:
Dieweil daraus zu bestinden/ daß Beklagter zu wider der eydlich geleisteten caution die Klägerin am 8. April. dieses Jahres ohne ursach außs newe g. schmähet und geschlagen;
So ist sie ihm wider ihren willen ferner zu Tische und Bettre bezuwohnen nur schuldig/ er habe ihr denn zuvor bürgerliche caution bestellt/ daz er sich mit schmähen und schlagen an ihr weiter nicht vergrussen/ sie auch mit notürftigem unterhalt versorgen wolle/ V. R. W.)

DEFINIT. CCXIX.

Quæ caution regulariter præstatut pignoribus vel fidejussoribus:
quandoque tamen juramento, si uxor huic fidat.

S V M M A R I A.

1. Satisfatio de non offendendo idonea præstari debet à marito.
2. Quoniam talu sit, arbitrio Magistratus ecclesiastici committendum.
3. Praestanda satisfatio pignoribus vel fidejussoribus.
4. Non admittitur caution juratoria.
5. Nisi uxor juramento mariti fidere velit.
6. Favore etiam matrimonii id exposcit.
7. Deficientibus aliis satisfactionum generibus locus est cautioni juratoria.
8. Rescripta Consistorii Supremi, cum formulis juratae cautionis n. 9. 10. 11.

Non

Non sufficit, cautionem de non offendendo uxorem à marito præstari, sed & idonea sit, necesse est: At quænam ea? Decisioni Magistratus ecclesiastici id commitendum, fatebitur quisquis, cui ignotum haud est, pro ratione sævitiae minarum & offensionis certam haut regulam hac de re tradi posse, ut non immixtio cautio habeatur idonea, quam Magistratus circumstantiis quibusquo probè perpensis tale arbitrabitur, Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cas. 140. Prosper. Farinac. part. 7. oper. criminal. quest. 107. n. 39 & 43. Hoc tamen certum est, quod cautio de non offendendo necessariò vel per pignora vel per fidejussiones debet præstari, l. hac autem satisatio. 4. ff. si cui plus, quam per legem falcid. l. illicitas. 6. §. ne parentiores. 2. ff. de off. præsid. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. quest. 47. n. 3. Joach. à Beust. de jur. connub. part. 2. cap. 9.

Non itaq; admittenda erit † satisdatio juratoria; nam quando timetur de sævitia mariti, non tenetur uxor ad eum redire,

Ita † Consistorium Supremum Senatui Dresdensi, die 2. Decembr. Anno 1614. (Verba Rescripti: Was massen wir dato die irrungen zwischen Rosinen / Hansen S. althier Eheweib Kägerin eines/ gedachten s. Beklagten anders theils verabschiedet/ solches werdet ihr euch die Parteien vorlegen lassen/ und wir thun euch inliegende form einer eydesleistung auferlegen/ hiermit begehrende / Ihr wollet Beklagten in beseyn seines Weibes angedentete eydesleistung gebürlich zu werke richten lassen etc.)

Notul des Eydes.

Ich † Hans S. schwere hiermit einen Eyd zu Gott/ das ich hinfür mein Weib Rosi, nen an ihrem Leib und Leben nicht beschädigen noch gefährden wolle/ Als mir Gott helfe durch Jesum Christum unsern Herrn.

Et † Prefecto ac Senatui Dippoldiavvaldensi, die 26. May. Anno 1623. (Verba Rescripti: Was an uns Jacob H. wegen seines vorstandes mit überschickung eines gerichtlichen ver- geltchrifff supplicando gelangen lassen/ das habt ihr inlidge zu befinden/ Wofern nun Supplicant beyfugtes jurament ablegen wird; So ist hieranff unser Begehrre ic. Ihr werdet ihn auf freyen Fuß stellen/ und darnebens ihm und seinem Weibe auf diese anserlegen/ das sie nunmehr zweywochs nach Margaretha/ den 16. Iulij und so tun stig zu rechtfrüher E gezeit vor uns im Ober Consistorio unanstaß blickende erscheinungen der Verhandlung und nach vindingung gebürliches Befindet gewartet sellen etc.)

etiam si maritus caveat & juret, prout scripsit Bald. in consil. 240. quem sequitur Aym. Cravett. consil. 31. nu. 4. licet cautionem juratoriam de non offendendo sufficientem judicent Matth. Coler. part. 2. decis. 232. n. 4. & Matth. Berlich. part. 4. conclus. 22. n. 10. † Quodcumque largimur, si uxor cautioni juratoriae fidere velit; Nempe (1) quia interesse uxorius potissimum hac in re versatur, de quod ipsius periculo agitur; quidni ergo juri suo renunciare posset? l. pen. C. de pact. prout diximus in Pract. crim. part. 1. quest. 37. n. 9. 4. (2) † Favor porrò matrimonii hoc exposit, ne maritus pignoribus & fidejussionibus destitutus abstine-re cogatur à conjugie, cui fidem ac huma-nitatem promittit, per tradita Matth. VV esemb. in parat. ff. qui satis. cog. n. 10. vers. nec enim per difficultatem. (3) † Et alias quoq; juris est notissimi, quod deficientibus reliquarum satisdatiōnum generibus locus sit juratoriae cautioni, l. i. §. 2. C. de adsert. tollenda. Novell. 112. cap. 2. in fin. pr. Novell. 134. cap. 9.

Formula Iuramenti.

9 **I**ch + N.N. schwere / daß ich weder die bisherero erlitteine hafft außer Rechtiens anten und eisfern / noch mein Weib und die ihrigen mit einiger thätiligkeit gefährten / sondern mir an gleich und recht begnügen lassen wolle ; Als mir Gott helfend durch Jesum Christum seinen Sohn unsern Herrn ac.

DEFINIT. CCXX.

Praestitâ cautione à marito de marito de non offendendo uxorem, separatio quoad torum & mensam rursus aboletur , & coniuges ad cohabitationem adiguntur.

S V M M A R I A.

1. *Satisfatio mariti ius uxorius concernit.*
 2. *Cauio præstita infert reconciliationem conjugium.*
 3. *Separatio igitur quoad torum & mensam tūm rursus aboletur.*
 4. *Et coniuges ad coabitandum adiguntur.*
 1. **E**x quo cautio à marito præstanta ius & interesse uxorius potissimum concernit , adeò ut cogi nequeat fidere cautioni iuratoriæ , nec satisfactionem indoneam acceptare , *Defin. præced.* satis inde perspicuum redditur , † præstita & acceptata cautione maritum à sœvitia recessisse , & uxorem iniuriam sibi illatam remisisse , adeoq; ex parte ultraq; reconciliationē obtinuisse locū. Quid †igitur obstat , quominus aboleatur separatio quoad torum & mensam , non in perpetuum , sed usque dum animi conjugum reconcilientur , facta , quem finem cùm fuerit assedita , meritò cessat , *supr. Defin. 210. n. 12. & 13. cap. 1. & 2. extr. de divorc. Joach. à Beust. de jur. connub. part. 2. cap. 9. † & quod consequitur , coniuges ad cohabitationem rursus sunt compellendi , (1) † per text. in cap. literas tuas. in verb. final. Alioquin sufficienti (si fieri potest) securitate provisâ profectò videtur coniux aut causa cognitionem restituenda marito . *extr. de ref. spoliat.* Cùm enim factâ recōciliatione inter coniuges cohabitatio ipsis imponatur ,*
 5. *Fundamenta & rationes huius assertionis. n. 6.*
 7. *Separatio privata coniugum pœnam meretur.*
 8. *Aboluta separatione , coniuges rursus obstringuntur præcepto divino de cohabitatione invicem.*
 9. *Decreta Confistorii Supremi. n. 10.*
- supr. Defin. 216.* utique & præstitâ cautione id fieri debet , quia ut modò diximus , cautio à marito præstita & ab uxore acceptata reconciliationem innuit. (2) † Cefante etiam decretò Magistratus ecclesiastici super separatione quoad torum & mensam , eoque in casu præstitæ satisfactionis revocatò , non amplius censura & autoritate Magistratus , sed propriò ausu ac lubitu temerariò separationem degere consentunt : † quod si fiat , procul dubio pœnam merentur , & severo iudicis præcepto ad cohabitationem adiguntur , *supr. Defin. 207. Novell. 117. cap. 10. in pr. Felin. in cap. 1. extr. de sponsal. n. 8. Joach. à Beust. de iur. connub. part. 2. cap. 6. ; (3) † Et separatione abolitâ atque cassatâ , coniuges procul dubio rursus obstringuntur præcepto divino : Quos Deus coniunxit , homone separat. *Matth. 19. v. 6. & D. Apostoli : lis qui matrimonio iuncti sunt , præcipio nō ego , sed Dominus : Uxor à viro non discedat: vir uxorem non dimittat. 1. Corinth. 6. vers. 10.**

Ita † Confistorium Supremum in causa Michael F. an einem / sein Ehereib anders theils/

xxx

die 16.

16. Iulii Anno 1624. (*Verba Decreti*: Dieweil F. die zuerkannte bürgerliche eydliche *caution* zur gnüge bestellet; So ist nunmehr sein Eheweib zu tisch und bette ihm hinwie- der ehelich beyzuwohnen schuldig / oder sie wird in beharrlicher verweigerung dessen von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche mittel darzu billlich compellaret und an- gehalten) V. R. W.

¶ † in causá Magdalenen/ Peter E. Eheweibes Klägerin an einem / sozogedachten ihren 10 Ehemann beklagten anders theils / die 4. Febr. Anno 1628. (*Verba Decreti*: Dieweil be- klagter mit bestellung der *caution* unser am 31. Augusti des nachst vorwichenen 1627. jahres eröffneten urtheil / welches krafft Rechens erreicht hat / eine gnüge gehan; So ist Klägerin / ihres andern fürwendens ungeachtet / beklagtem hinwider ehelich beyzuwohnen schuldig / in dessen beharrlicher verweigerung wird sie von der weltlichen Obrigkeit durch zwangsmittel darzu nicht unbillich angehalten) V. R. W.)

DEFINIT. CCXXI.

Facta reconciliatione conjugum præstitaque cautione, poena sævitiae
exercitæ matito facile remittitur.

S. V. M. M A R I A.

1. Competit marito potestas castigandi uxorem.
2. Horrendum est uxorem occidere.
3. Contumeliosum verò, eam verberare.
4. Sævitia mariti pœna coercetur.
5. Remissio tamen pœna facilè obtinenda post re-
conciliationem.
6. Idq; ob favorem conjugii.
7. Reconciliatio & intercessio conjugi in puncto adulterii operatur remissionem pœna ordi-
narie.
8. Vnde ad reconciliationem in casu sœvitiae ar-
gumentari licet. n. 9.
10. Decretum Consistorii Supremi.

Nequaquam adimenda est marito po-
testas uxorem castigandi, quam o-
ptimò iure tenet, modò siue castigatio-
nis non excedat, eaq; in sœvitiam degene-
ret l. si constante matrimonio. 24. §. si maritus. 5.
ff. solut. maritum. Sciant † namq; mariti, quod
sicut horrendum & ignominiosum est u-
xorem occidere; ita & vil, eam absq; cau-
sa sufficiente verberare, † sœvitiamq; ali-
am adverius ipsam exercere, Gloss. & Pa-
normitan. int. quem admodum extr. de iureur.
Tiber. De ian. in tract. crim. lib. 9. c. 1. n. 14.
† Quare nec pœnam sœvitiae maritus evi-
tabit, quæ est arbitaria, carceris, relegationis aut fustigationis, ut diximus in
tract. criminal. part. 1. quaest. 12. n. 51. Eius ta-
men † remissionem, vel saltem mitigationem
facile impetrabit, si vel præstata cautione
vel absq; eā reconciliationem obti-
nuerit. Scilicet favori conjugii, quod abo-
litâ separatione quoad torum & mensam
de novo quasi contrahitur, efficit, † ne ma-
trimonium de honestetur & uxori haec-
tus afflictæ nova addatur afflictio, l. divus
14. ff. de offic. praefid. l. antepen. C depen. l. navis
onusta. 4. §. quid ergo ff. ad Leg. Rhod. de iactu.
Cumq; reconciliatio & intercessio conju-
gis † in puncto adulterii operetur pœna
ordinaria remissionem, prout juris est no-
tissimi, Conf. Elect. 19. part. 4. ubi Dan. Moll.
n. 4. Jodoc. Damhoud. in tract. crim. c. 89. n.
45. Angel. Arer. in tract. malefic. verb. che habet
adulterato la mia dona. nu. 49. Matth. Coler.
part. 1. decif. 176. n. 15. Matth. Berlich. part. 4.
conclus. 27. n. 92. & seqq. Petr. Heig. lib. 2. q.
29. in fin. cur non idem obtineret in casu
sœvitiae? ob Identitatem nempe rationis
que

8. quæ consistit fin favore & honore reconciliati matrimonii, dict. *Const. Elect. 19. verb.*
 Dem Eßstand zu ehren. ut & hinc utroq; in casu idem ius observari debear, l. illud
 queſtum est. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quadam. 9. §.
 numularios. 2. ff de edendo. l. his solis. 7. C. dere-
 vocand. donat. † Quin & pnrō in casau-

trōque injuria uxori illata potissimum
 attenditur, quam si remittat per reconciliacionem marito uxor, non est quod
 rigorem exerceat Magistratus, cum qui-
 libet juri suo bene valeat renunciare, l. si
 index. 41. vers. quia unicuique ff. de minor. l. pa-
 dum. 46 sub flia ff de pact. l. 29. C. cod. tit.

Et † Consistorium Supremum in causâ Margarethen/ Balchafar D. The vñber flägerin an 10
 einem lezogedachten ihren Ehemann beflagten anders theils die 19 lunuar. Anno 1616.
 ¶ Verda Decreti: Ob nun woldaraus und sondarlich des beflagten eigenem beträtsch
 zur gnüge erschienen / daß er bishero sein Eheweib übel geschieltet / verwünschet und
 trachtet, dahero wir nicht allein ihrer bitte nach sie von tisch und bette zu separieren, son-
 dern auch thy deren wegen / sowolum b seiner andern unverantwortlichen begünſti-
 gung willen mit wol verdienter ernster straffe zubelogen ursach gehabt. Dierweil er über
 solches alles erkant/ herewei/ sein Weib und ihre Freunde umb Christliche verzeihung
 gebeten / und ihr hinsort mit vermissi und befeinden beyzuwohnen/ sie mit noth-
 wendigem unterhalt zuversorgen / auch mit schmähen und schlügen weiter nicht abe-
 lästigen / sowol sonst unärgerlich und unverwöhlichen und außer seinem hause
 sich zu bezeigen / mit verßändung seiner haab und güter angelobet u. ad zugesaget;
 Als haben wir sie allerseits zu diesem trial mit einander aufgesühnet/ und die flägerin
 ihrem Mann schuldige ehestche Liebe/ iren und gehorsam zu bezeigen/ und in der hauss-
 haltung wol fürzustehen / auch seiner fleißig zu pflegen / und ihm mit geduld zu über-
 winden vermahnet: welchem sie gleichfalls also nachzukommen versprochen. Wür-
 de aber beflagter über verhoffen seiner gehanen zusage zu widerleben / So soll als-
 dann die vorige straffe hiermit außeräcklich vorbehalten seyn / und andern zum ab-
 schew an thme unnachlässlichen exequunt werden ; Darnach sich beyde ihel zuach-
 ten / ic.)

DEFINIT. CCXXII.

Pendente separationis procesu marito , ut interim separa-
 tim degat, benè injungi potest.

S V M M A R I A.

1. Non licet coniugibus absq; decreto Magistra-
 tū separatim vivere. n. 2.
3. Sed ad cohabitationem sunt vinculati.
4. Semper ideoq; expectandum iudicis decretum.
5. Ante litem separationis finitam marito quan-
 doq; iniungitur, ut separatim vivat.
6. Non absq; iusta ratione. n. 8.
7. Minitatores in carcere detinentur , usq; dum
 præsterint cautionem de non offendendo.
9. Iudicis arbitrium non constringendum.
10. In Consistorio Principis supremi non semper
 solennia strictè observantur.
11. Decretum Consistorii Supremi.
12. Eiusdem Rescriptum.

torū & mensam, ut demonstratū dedimus
 supr. Defin. 211. † quod & luculentē innu-
 unt verba Serenissimi Saxoniae Electoris:
 Es wäre dann die Ehescheidung zwischen

Axx 2

Mann

Mann und Weib iurecht erkand. in Conf. 26. part.3. Cæteroquin vinculo divino ita sunt ligati , † ut uni ab altero discedere huius fas sit, Matth.19.vers.6 & 1, ad Corinth. 6. vers. 10. Ioh. Gerhard. in loco de coniug. §. 639. Ioh. à Beust. de iure connub.

An ergo † semper ex pectandum erit Magistratus decretum? Ita sane est ; nec enim quisquam in propria causa admittitur index l. un. C. ne quis in sua caus. iudic. vel insibidicat. Oldrad. consil.156. n. 1. & seq. atamen cautè hac in re Magistratus procedit decernendo † quandoq; , ut maritus sœvitiae accusatus separatim degat , licet processus nondum fuerit finitus , nec super separatione quoad torum & mensam pronunciatum. Prudenter sane , † ne uxor trepitans virique sœvitiam metuens proprio ausu discedat , timore quasi coacta , hanc expectato litis eventu : ac potest hocce litigium protrahi in multum temporis , quo casu patrum erit prospectum uxori contra sœvitiam mariti , quam ut interim Magistratus compescat , habitacionem separatam ipsi coniungere valer : de quo sane conqueri maritus non habet.

† Postquam enim minitor tamdiu in

Ita † Consistorium Supremum in causa Elisabethen / Elia K. Ehemann / flägerin an einem / 11
bezogedachten ihren Ehemann / beflagien anderswohls / die 14. Maii Anno 1617. (Verba Decreti : Dieweil beflagter der beschuldigten / seritien nicht geständig seyn wollen ; So soll deren wegen erkundigung eingenommen werden / unterdessen aber beflagter setzen unterhalt und lager nicht bey seinem Weibe sondern an einem andern ort suchen / und ihr bis zu der sachen fernir nicht beschwerlich seyn / rc.)

Et † Prefecto Dresdensi , die 3. Iulii Anno 1635. (Verba Rescripti : Was wir heutiges tages 12
in Ehe und sœvitien sachen zwischen Marchen / Hansen K. wütben an einem / Iulium 5.
beflagten am andern theil belangende / vor ein urtheil publiciret , das möget ihr euch von der flägerin in originali vorweisen lassen. Dann sie dann berichteet / das nach beschener publication beflagter mit bedrohung und schmäheworten unauffhörlich fortfaire : Als ist hiermit an statt Yhrer Churf. Dur xl. unser begehrten / Ihr wollet noch malis aller thätigkeit mit worten und werken / so woltires wohnhauses bis zu der sachen erörterung / sich gänzlich zu erhalten / und an gleich und recht begnügen zu lassen / ihme bey leibesstraff alsobald auferleg(n / rc.)

carcete detineri potest , donec sufficientem præstiterit cautionem de non obnuddendo , scilicet quo tutus sit is , contra quæ minæ fuerunt probatae , Petr. à Plach in epitom. delict. lib. 1. c. 7 n. 1. Iul. Clar. in tract. §. ult. quest. 47 n. 2. Matth. Coler. part. 2. decif. 232. Dan. Moller. lib. 3. semestr. 29. Quid & sanctione Carolinâ satis firmatum legitur in Ordin. crimin. art. 176. † quidni ob hanc ipsam etiam causam , quo uxor tuta sit , sœvitia mariti remedio multum humano-re ac leviore declinare posset ? nempe ut separatim degat , abstinentia à cohabitatiōne coniugis , donec usque super sœvitia & inde pendente separationis processu sententia feratur definitiva . Nec † enim manus iudicis ita sunt constrictæ , ut ex arbitrio in commodum & favorem utriusque partis litigantis etiam ante causam finitam decernere quid possit , idq; maximè procedit in Supremo Principis Consistorio , † quod ad solennia juris ad eō obstitutum non est . Sebas. Vant. in tract. de nullit. tit. an quibus sententia possit dici nulla . n. 148. Cagnol. in l. 2. n. 148. C. derescind. rendit. Ioach. Mynsing. centur. 1. observat. 27. & cent. 4. observat. 26. Andr. Gail. lib. 1. observat. 42.

8

9

10

11

12

Tit.

T I T. XIII.

Partu legitimo : & quisnam talis habeatur ?

DEFINIT. CCXXIII.

Cognitio de partu legitimo causa habetur ecclesiastica, adeoque
Consistoriis committenda.

S. V. M. M. A. R. I. A.

1. Cognitio de partu legitimo diverso respectu ad Magistratum politicum spectat.
2. Causa matrimonialis quondam fuit habita civilis.
3. Propriè tamen cognitio de fœtu maturo pro causâ habetur ecclesiastica.
4. Sicut & ipsum matrimonii negotium.

Non inficias ibo, cognitionem se partu legitimo diverso respectu ad Magistratum politicum spectare, scilicet si pœna parentibus ob copulam carnalem nuptias prævenientem veniat irroganda, quod nec mirum alicui videbitur, postquam & causam † matrimonii quondam civilem fuisse habitam, novimus ex responsu Ludovico IV. Imperatori dabo à Marsilio de Padua & Guilielmo Occa, Besold, in discursus de nupt. cap. 4. n. 2. pag 18. quod nec dispuicuit B. Luthero in libell. von Ehesachen. circapr. Monner, tract. de matrim. part. 3. cap. 1. n. 6. & Alber, Gentil, de nupt. lib.

3. 1. cap. 1. 2. & 7. † Attamen haud dubitandum, quin causa etiam sit ecclesiastica, de partu legitimo cognoscere, perinde † ut & ipsum matrimonii negotium, quod per copulationem ministri Ecclesiae perficiatur, can. 1. 2. & seqq. 30. quest. 5 c. nulli 35 quest. 2. cap. cum inhibito. extr. de clandes. diffronsat. Paul. Cypr. de connub. jur. part. 1. cap. 11. §. 14. & seqq. Jacob. Menoch. lib. 1. consil. 69. ac proinde † ad causas mixtas, civiles pariter & ecclesiasticas referatur, Wintzler. de jurid. Episc. german. tit. 15. Martin. Chemniz. in exam. Concil. Trident. part. 2. de matrimoni. can.

5. Quod inter causas refertur mixtas.
6. Quare cognitio de partu legitimo Magistrati ecclesiastico committenda n. 7.
8. Causae matrimoniales in Consistoriis tractantur.
9. In cognitione partus legitimi tanguntur conscientia parentum.
10. Rescriptum Consistorii Supremi.

11. Theodor. Reinking. de regim. secul. & eccl. lib. 3. class. 1. cap. 10. n. 23.

Non ergò est, ut potestatem cognoscendi de partu legitimo ambiguam facimus † Magistrati ecclesiastico vel Consistoriis. Neminem siquidem fugit ex matrimonio legitime & juxta ordinationem ac leges ab Ecclesiâ præscriptas contraria eam descendere; partus enim si legitimus hanc fuerit, † non possunt non conjuges incurrire suspicionem, quod haud expectari nuptiis ac benedictione sacerdotali carnaliter se commiscuerint, ac per id matrimonium de honestaverunt. Quemadmodum ergò † causæ matrimoniales in Consistoriis tractantur & deciduntur, c. multorum. 35. quest. 6. cap. veniens ad apostoli. cam. 13. & cap. cum in apostolicâ. 18. extr. de divorcio. Ordin. Ecclesiast. sub Rubr. Von beden Consistorii. cap. 7. ibi: Erstlich alle Ehesachen. Reinking. dist. cap. 10. nn. 20. Anton. Fab. de religion. regenda. lib. 2. cap. 9. n. 12. Cypr. dist. part. 1. cap. 14. §. 29. n. 9. ita & cognitionem de partu ibidem suscipiendam fore, consequitur. Et quis † non animadvertis, in hac ipsâ etiam cognitione de fœtu conscientiam parentum non parum tangi, si

præsertim uxor ab alio ante nuptias im-
prægnata perhit beatur, & divortium pe-

tatur, ut vel propterea saltem Magistratū
ecclesiastico res hæc sit committenda.

*Ita † Consistorium Supremum Ioachimo Bernardo à Khor in Elsterwerda die 14. Ianuar. Anno 10
1618. (Verba Rescripti: Wie hoch an uns Sigmund Z. über euer Ehreweib und den
Schöffer wegen abgenommenen Biers/ weil sein Eheweib zu frühe darnied. x kommen
seyn soll / supplicando sich beschweret/ solches habe ihr aus insligerer Abschrift zubefin-
den. Wann dann euerm Eheweibe und Schöffer ab executione anzufangen nicht ge-
behrir/ sondern diese sa che/ ob Supplicantens Kind partus legitimus oder nicht/ vor uns
gehörig; Als beghren an stacē höchſtgedachter Ihrer Churf. Gn. wir hiermit/ Ihr
wollen bey straff 50. Goldgulden Reinish/ alsbald Supplicanten das geflagte Bier
wiederumb folgen lassen. Da ihr aber euter verweigerung rechtmäßige ursachen ju-
haben vermeinet/ Mittwochs nach Septuaginta den 11. Febr. nechſtünftig zu rechter
früher Tagezeit vor uns allhier im Ober Consistorio erscheinen/ uns solche ursachen in
gegenwart Supplicantens anzeigen/ und darauf bescheids gewarten ic.)*

D E F I N I T. CCXXIV.

Partus septimestris habetur legitimus, quo cunque etiam die
septimi mensis fuerit editus.

S V M M A R I A.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Partus tempore justo hanc editus non habetur legitimus.</p> <p>2. Quodnam tempus sit justum?</p> <p>3. Non est fœtus legitimus quinto vel sexto mense editus. n. 4.</p> <p>4. Obitinuit de jure Saxonico, ut si mari-
tata mulier ante definita tempora
maturiūs prolem genuerit, fœtus eiusmo-
di in iure suo increpari queat, ut est text.
in Landre ht. lib. 1. art. 36. ubi dicitur: Van
ein Weib/ ehe dann die Zeit kommt / gebte,
rit/ so mag man solch Frühkind an seinen
Ehenschelten / das ist / vor unehrlich hal-
ten: Also auch/ wann ein Weib nach ihres
Mannes absterben Kinder gewinnet / mag
man solch Kind auch beschelten / wann es
zu spate geboren ist. † Novum id certe non
est, nec alienum à jure civili, modò con-
stet, quis legitimī partus sit terminus,
quodnam tempus maturum?</p> <p>5. Sanè partus † nondum completō men-
se sextō editus pro justo & legitimo habeti</p> | <p>5. Septimo autem mense qui est editus, habetur legitimus.</p> <p>6. Quantumvis saltem fuerit inchoatus.</p> <p>7. Rescriptum Consistorii Supremi.</p> <p>8. Eiusdem Sententia,</p> <p>non debet, ex omnium Medicorum, Phi-
losophorum & JCtorum sententiā, Ari-
stot. lib. 7. Inflit. animal. cap. 4. Plin. lib. 7. cap. 3.
Hippocrat. in lib. de septimestri part. Alber.
Gentil. de nascendi tempor. num. 6. Andr.
Rauchbar part. 2. quest. 24 n. 29. Quare † si
die nuptiarum & consummati per benedi-
ctionem sacerdotalem matrimonii quin-
tō vel sextō mense partus salvatur, quin
novi conjuges commixtionis carnalis an-
te copulam sacerdotalem peractae insimu-
lati queant, vix ambigendum erit.</p> <p>Regulariter † vero maturus & legitimus
habetur partus, qui septimo mense est edi-
tus, ex Hippocrat. sententiā relatā & ap-
probata in l. septimo. 12. ff. de stat. homin. & l.
inestato 3. S. ult. ff. de suis & legit. haed. licet †
uno</p> |
|--|--|

uno saltet die vel duobus mensis septem
mus fuerit inchoatus: Nec enim menses
septem perfecti requiruntur, ut bene no-
tat Accurs. in dict. l. *septimo*: & dict. l. *inte-*
stato. S. ult. Joach. à Beust. *dejur. connub. part.*
2. cap. 36.

Ita † Consistorium Supremum Capitaneo Senftenbergensi & Superintendenti Haynensi, die 27. Febr. Anno 1637. (Verba Rescripti: Welcher gestalt an uns Christian P. Bürger zu Senftenberg über den Pfarrer und Rath daselbst wegen vorhabender bestraffung/ daß sein Weib zu frühe in die Sechswochen kommen seyn soll / sich beschweren thut/ das habe ihr hierbey zugefinden. Wann dann aus seiner Klage zuvernehmen/ daß das Kind im siebenden Monat auf die Welt gebohren worden / und demnach pro partu legitimo zu halten; Als ist anstatt Seiner Churf. Durchl. unser begehrten/ wofern sich s. supplicantens suchen gemäß verhält/ Ihr der Superintendent wollt dem Pfarrer sein beginnen mit ernst verweisen und untersagen/ solche Fälle hinsichtlich an euch oder uns zu berichtie und dergleichen attentaten sich zu erhalten/ Ihr der Hauptmann aber dem Rath außerlegen/ Klägern mit der Straße und aufklage zu verschonen/ V. R. W.)

Et † ad requisitionem Michael S. zu R. die 26. Febr. Anno 1614. (Verba Seni. Habt ihr euch mit Marien Antonii H. Tochter vereheligt und Hochzeit gehalten / worauf sic s. begeben / daß sie eines jungen Sohnes genesen. Ob nun wol von Gerichten des Orts fürgeben werden wil/ als hätte ihr euch vor der Hochzeit zur Braut gesunden/ und wäre also einer Ehemaligkeit zu zeitig in die Wochen kommen / und ihr demnach straff. würdig. Dieweil aber gleich wol allererst den siebenden Monat nach gehaltener Hochzeit euer Weib einkommen/ dergleichen Geburt aber pro partu legitimo zu halten; Sonder bei ihr demnach weder in straff genommen/ noch des frühezeitigen beyschlosss mit be- stande beschuldigt werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CCXXV.

Legitimus quoque est partus nono mense natus.

S V M M A R I A.

1. *Partus septimestris est legitimus.*
2. *Quotnam dies in mensem computentur.*
3. *Triginta dies mensem confidere, ex iure demon- stratur. n. 4. 5.*
4. *Quod & convenit Ordinationi Camere.*
5. *Regula de hoc certa ponitur à Raubbar.*
6. *Applicatur Regula ad partum septimestrem.*
7. *num. 9.*
8. *Quid habendū de ulterioribus mensibus? n. 11.*
9. *Non itaque est, ut novis conjugi bus*
10. *præmatura imputetur comixtio car- nalis, si septimō mensē partus fuerit editus,*
11. *licet uno saltet die vel duobus fuerit in- choatus, Def. præc. ex communis cilicet Me-*
12. *Partus undecimēstris habetur legitimus.*
13. *Modò in principio mensis undecimi sit natus.*
14. *Quo casu menses computantur à tempore con- ceptionis.*
15. *Quod nec a iter se habet de jure Saxonico.*
16. *Partus sub finem undecimi mensis editus, legi- timus haut est.*
17. *Sententia Consistorii Supremi. n. 18.*

Non itaque est, ut novis conjugi bus præmatura imputetur comixtio carnalis, si septimō mensē partus fuerit editus, licet uno saltet die vel duobus fuerit inchoatus, Def. præc. ex communis cilicet Mensis undecimi, quia dicitur sententia, quia dies 182. partui legitimo præfinitur terminus, 30. diebus pro singulis mensibus computatis. † Nam diversimodè licet sentiat interpr. circa disquisitionem numeri dierū mensis undecimi.

sem conscientium, ut videre est apud Me. noch. de arbitr. judic. quest. lib. 2 cent. 1. cas. 50. & Andr. Rauchbar. part. 2. quest. 24. n. 2. & seqq. veritati tamen omnino conveniens est, si triginta dies in differenter in mensem computentur, ut ruetur multis Rauchb.

³ dict. loco. † Ita enim aetio redhibitoria sexaginta concluditur diebus, l. quod si nolit. 31. § si quid ita. 20. l. edites 38. ff. de adil. edict. vel

⁴ q. i o d i e m e s t d u o b u s m e n s i b u s , l . si v e n d i t o r . 2 8 f f . e d i t . t i t . † E t q u i d u o r u m m e n s i b u s i n s p a t i o c l a p s o v e n t r e d e b e r , a u d i t u r , s i c o m p a r e a t s e x a g e s i m o p r i m o d i e , n e d i e s t e r m i n i f i n a l i s c o m p u t e r u n t e r m i n o , l .

⁵ ubilex. 10. ff. de reg. jur. † Pariter quoq; tres menses, initia quos heres inventarium inchoatum perficere debet, l. ult. C. de jur. de liber.

pro nonaginta diebus accipiuntur, atque ita singulos in menses triginta compitantur dies, dict. l. ult. §. cum iugur. vers. fin autem.

⁶ Quod tibi em placet Ordinatione Camera Imper. part. 2. cap. 30. §. Und solchen/ ubi iudicibus inferioribus ad introducendam appellationem ultra sex menses terminum extendere permisum haut est; idque si fecerint, appellatio nihilominus in Camerā inter sex menses introducta debet: quo casu singulos in menses singuli triginta dies computantur. Generalem hinc construit regulam † Andr. Rauchbar.

⁷ In omnibus nempe mensium praescriptionibus vel terminis sive ab homine sive à lege, cum vel sine ministerio judicis constituis, adeoque quoties in jure communī, Imperii constitutionibus, statutis vel legibus municipalibus, ultimis voluntatibus aut contractibus mensis unius vel plurium sit mentio, toties in singulos menses regulariter triginta dies fore computandos. Eamque regulam multis probat argumentis & exemplis Rauchbar. dict. quest. 24.

Quā stante, partus habetur legitimus,

⁸ t qui die 182. prodiit, scilicet quia 180. dies sex faciunt menses: quibus si una vel altera addatur dies, in septimo mense partus dicitur natus, sufficit namque septimum mensem saltem fuisse inchoatum, Desin. praece. in fin. Accurs. in l. septimo. ff. de stat. hom. Joach. à Beust. de jur. connub. part. 2. cap. 36. † Quin & si mensem accipiamus pro lunari periodico, vel per agrationis, qui 29. diebus & 12. horis constat, 182. dies sufficient sex menses & quinque dies, ut eō magis partus die 182. editus sit legitimus, Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. dict. cas. 50. n. 19. & cas. 89. n. 35. Rauchba r. dict. loc. num. 31. Idque se ita habet, si paucitas dierum moveat suspicionem post nuptias contractas.

¹⁰ † At quid si defuncto marito vidua posthumum edat, quem nunquam non paucitas dierum probat ac firmat partum legitimum à marito defuncto procreatum: plurimos vero post dies si posthumus fuerit natus, saepe controversia movetur, ac de patre dubitatur? Sed & tum pro partu legitimo habetur, licet postobitum patris die 240. 250. 260. vel 270. nono scilicet mense vel ab initio, vel in eiusdem fine fuerit editus, die 270. pro novem mensibus computatis, Rauchb. dict. quest. 24. n. 34. Quòd & facit Consilium Facult. Theol. Roßbach. in verb. Ob dieser partus, der in der sieben und dreissigsten Wochen nach gehaltener Hochzeit gezeugt / legitimus sey? Halten wir das für / es könnte solches von niemand gelängnet werden / es wäre dann / dass er aller Medicorum und Physicorum sententias, auf welche sich der Collector meyntung gründen / wie zu ersehen in l. septimo mense. ff. de stat. homin. umbzustossen und niching zumachen sich wolte unterstehen et. apud Georg. Dedeckens. vol. 3. consil. lib. 4. sect. 1. n. 17. pag. 440.

Quid vero si plures præterierint dies?
Modo

- 12 Modò † haut dies 300. numerus multùm excesserit, partum in dubio pro legitimo habendum, vulgo statuitur, scilicet 301. vel 302. die fuerit natus, vel quod idem est, sub initio undecimi mensis. Nam partum undecimèstrem & Physici & Medici, ac Jcti plerique habent pro legitimo infante, † si in principio undecimi monsis nascatur, vel undecimum mensem attingat, Hippocr. de octimestr. part. in fin. Plin. lib. 9. nat. inst. cap. 5. Arist. lib. 7. inst. animal. cap. 4. Gell. lib. 3. Noct. Attic. cap. 15. Andr. Tiraquel. in l. si unquam. verb. suscepit liberos. n. 208. & 14 seqq. † Quò tamen casu menses computati debent non à mortis, sed conceptionis

tempore, veluti ostendit post Jacob. Menoch. cas. 89. num. 44. Andr. Rauchbar. dict. quest. 24. n. 50. & seqq. † Quò & facit Glotta 15 juris Saxonici in art. 94. Weihbild. rationem vel suppurationem ducens ab octiduo obitum mariti antecedente, usque ad secundum undecimi mensis diem; Crebrius enim putant, sub initio monsis undecimi natum dici, qui primò vel secundò undecimi mensis die editus est, Menoch. dict. cas. 89. n. 41. & 44. Tiraquell. dict. loc. n. 210. in fin. † Quod si vero sub fine undecimi, vel sub initio duodecimi mensis partus nascatur, quin illegitimus sit, vix ambigendum, Rauchb. dict. quest. 24. 16

Ita Consistorium Supremum ad requisitionem Friderici L. zu Wülfenitz die 12. Junii Anno 1620. 17
(Verba Sentent. Habt ihr euch einer Ehe verliebt Annen den 27. Septembr. noch verwiechen, nun Jahres ehelich trauen lassen, und sie damals für eine reine/ leusche und zücktige Jungfrau erkant, welche nachdem sie eiliche Wochen an einem Fieber in grosser Hitze und mattigkeit gelegen/den 25. Mai dieses Jahres/ und also am ersten Tage des neunden Monats nach der copulation einer jungen Tochter genesen/ alles nach mehrern inhalt eurer frage: So mag diese eure Tochter vor unehelich nicht gehalten/noch ihr und euer Weib/ als wann ihr euch zu frühe zusammen gefunden/ von der weltlichen Obrigkeit in straffe genommen werden/V.R.W.)

Ei † ad consultationem N. N. die 27. Septembr. anno 1619. (Verba Sentent. Ob ihr wol euer Weib Sonnabends vor Iudica zu euch genommen/ welche nur drey Wochen des Nachts bey euch verblieben/ hernach sich anderer orte aufz gehalten/ und den 14. Novembr. ein Kind zur Welt geboren. Dieweil aber doch von solcher Zeit acht ganze Monat und fünff Tage verflossen/ dahero das Kind im neunden Monat geboren worden; So mag sie auch deren halben vor keine Ehebrecherin gehalten/ noch von euch die Ehescheidung mit füg gesucht werden/V.R.W.) 18

DEFINIT. CCXXVI.

Nec pro illegitimo haberi debet partus octavo mense editus.

S V M M A R I A.

1. Num partus octimestris sit vitalis? apud Medicos controversum est.
2. At num etiam legitimus?
3. Quod affirmandum.
4. Fundamentum & ratio huius decisionis. nu. 5.
6. Mulieres saepe in conceptionis tempore saltantur.
7. Sententia Scabinorum Lipsiensium hac de re.
8. Pravalet in dubio sententia benignior.
9. Sententia Consistorii Supremi. n. 10.

Disputant Medicis, an partus octimestris (natus scilicet post dies 210. ad dies usque 240. tot enim dies octo constituant menses) sit perfectus & vitalis? & com-

Yyy

com-

communiquer in negativam inclinant sententiam, non esse partum eiusmodi perfectum & vitalem, Dion. Gothofr. ad l. 12. ff. de stat. homin. Gell. lib. 3. Noct. Atticar. 16. Dan. Moller. lib. 3. semestr. 28. Nicol. Boët. decis.

2. 220. Ex quo porrò † dubitari potest, an non pro illegitimo haberi debeat octavō mense natus? quod simpliciter negamus, nec conjuges novos inde commixtionis carnalis præmaturæ, nec viduam stupri inculpandam existimatnus. † Nec enim disceptatio illa Medicorum de partu octimestri perfecto & vitali quicquam effecti & utilitatis habet: cum certè & exactè octavō vel septimō, quin & nonō vel decimō mense à conceptionis die natus quis sit, dissimilante præsertim uxore terminum conceptionis, constare nequeat. † Defundit oī siquidem maritō, num posthumus octavō vel nonō, aut decimō conceptionis mense sit editus, nunquam asseri certō potest. † Vivente autem maritō, si octavō mense à die nuptiarum partus fuerit procreatus, quis dicere certō ausit, partum esse octimestrem, cum septimestris adeoque legitimus esse queat? Nam † sēpe mulieres ipsæmet in tempore ac momento conceptionis falluntur, quidni alii nupti-

atum observatores? Dan. Moller. dict. loco. Carol. Molin. in addit. ad Dec. in l. 2. n. 4. verb. sexto. C. de bonor. possēt. contr. tabul. Hotom. 9. observat. 9. † Quō & facit Responsum Scabinorum Lipsiensium, quod adduxi lib. 5. Respons. jur. Elector. 111. num. 15. ad requisitionem Iohannis Ernesti Gottschalchis zu Camburg/ Mens. Octobr. Anno 1641. hisce verbis prolatum: Dieweil ein Kind/ so nur ansangs des achten Monats nach gehaltener Hochzeit und Behlager geboren / vor unchelich nicht gehalten wird / in deme der Medicorum ein heiligen meitung nach partus septimestris pro legitimo zuachten / Und aber allerwege ungewiss/ ob ein Kind im achten Monat nach der Hochzeit geboren / nicht allererst einen Monat nach gehaltenem Behlager empfangen worden/ und also partus septimestris seyr. So mögen auch vorgedachte Personen/ ob hätten sie sich vor der Hochzeit fleischlichen zusammen gefunden/ nicht beschuldigen werden/ V. R. W. Semper nimrum judex in dubio versabitur, num partus sit septimestris vel octimestris, quidni † ergo pro talieum habebit, qui omnium consensu ac votō dicitur legitimus, scilicet mense septimo natus? Semper enim prævalet in dubio sententia benignior.

Ita † Consistorium supremum ad consultationem Tobia Pratorii Pastoris in Gedavy, die 20. Iulij Anno 1635. (Verba Sentent. Haben zwey cheliche Personen in eurer Nachbarschaft am 2. Septembr. stylo veteri Anno 1634. sich chelichen trauen lassen/ worauf das Weib am 10. April. dieses Jahres/ und also im achten Monat eines Kindes genesen; So ist dieser partus pro illegitimo nicht zuachten/ Sondern es werden beide cheile mit der Kuchenstraffe billich verschonet/ V. R. W.)

It † ad requisitionem Iacobi S. zu Friedersdorff/ die 26. Iulij Anno 1626. (Verba Sentent. 10. Habbit ihr Jungfrau Annen/ Michael P. Tochter von 18. Jahren auch am 24. Oktobr. Anno 1625. chelich trauen lassen/ welche den 25. Mai dieses Jahres eines jungen Sohnes genesen/ der des nachfolgenden Tages getauft worden. Ob nun wol von zeit der copulation bis dahin nur dreysig Wochen und vier Tage verflossen; So mag doch umb solche ursachen willen das Kind vor unchelich nicht gehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. CCXXVII.

Non rigorosè nimis inquirendum in tempus conceptionis,
si partus in dubio pro legitimo haberi potest.

S V M M A R I A.

1. Septimestris & undecimestri partus pro legitimo habetur.
2. Etiam tempore intermedio natus.
3. Iudices ne rigorosè nimis inquirant in tempus conceptionis.
4. Quinto ac sexto mense natus quandoq; pro legitimo habetur, n. II. (lucem).
5. Partus quinto mense animatus prodire potest in
6. Infans vigesima septimanā natus pro legitimo habitus fuit.
7. Quid de hac resenserint Scabini Lipsienses.
8. Non convenient Interpp. de tempore, quo fœtus existit vitalis n. 9.
10. Certa est res hac in provinciis Electoratus Saxonici.
11. In dubio in mitiorem partem est presumendum.
12. Presumtio non delicti excludit presumptionem delicti.
13. Rescripta Consistorii Supremi, n. 15, 16.

I Ve ergò septimō mense, sive nonō, vel undecimō partus fuerit editus, pro legitimo haberi debet, Defin. præced. Ex quo facile dijudicandum, quid de intermedio tempore habendum: Nunquam certe novis conjugibus præmatura commixtio carnalis, nec defuncto marito vidua stuprum jure impunitabitur, † si vel post septimum, vel ante principium undecimi mensis partus fuerit editus. Nempe quia propter incertum conceptionis diem ac momentum constare haud potest, quo mense sit natus, ut appareat ex traditis Defin. præced.

Caveant ergo † iudices, ne properando nimis ad coercitionem novorum conjugum se præcipitent, ac gravent eos, quorum innocentia probabiliter appetit. Fieri namque potest, ut & partus † sexiō saltē, vel etiam quinto mense editus sit legitimus, nimirum quando vivax haue est nec perfectus, ut maximē vivus in lucem prodeat. Partum etenim in † quinto etiam mense à die nuptiarum editum animatum esse, & sic imperfectum etiam fœtum viventem in lucem prodire posse, diximus lib. 5, Responsor. jur. Elector. IIII. n. 22, ex

